toniatis pullus equi mire pulchritudinis. Cæſari dono fuit miſſus qui omnium iudicio ſpem portendebat
uirtutis & celeritatis immenſæ. Hunc cum aſpexiſſet Maro magiſtro ſtabuli dixit natũ eſſe ex morboſa equa:
& nec uiribus ualiturum:nec celeritate:Idq; uerum fuiſſe inuentum eſt:quod cũ magiſter ſtabuli Auguſto re
citaſſet duplicari ipſi in mercedem panes iuſſit. Cum item ex hiſpania auguſto canes dono mitterentur & pa
rentes eorum:dixit. Virgilius & animum celeritatemq; futuram. Quo cognito mandat iterũ augmẽtari Vir
gilio panes. Dubitauit Auguſtus Octaui ne filius eſſet an alterius:idq; Maronem aperire poſſe arbitratus eſt
quia canum & equi naturam parenteſq; cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris illum in penitiorẽ ꝑtem
domus uocat:& ſolũ rogat an ſciat quiſnam eſſet:& quam ad fœlicitãdos hoĩes facultatẽ haberet. Noui inqt
Maro te Cæſarem Auguſtũ:& ferme equã cum diis immortalibus poteſtatẽ habere: ut quẽuis fœlicẽ facias.
Eo animo ſum reſpõdit Cæſar ut ſi uerum ꝓ rogatu dixeris:beatũ te fœlicemq; reddã. Vtinã ait Maro inter
roganti tibi uera dicere queã. Tunc auguſtus:putant alii me natum Octauio qdam ſuſpicantur alio me geni/
tum uiro. Maro ſubridẽs facile inqt ſi impune licẽterq; quæ ſentio loq iubes id dicam. Affirmat Cæſar iureiu
rando nullũ eius dictũ ægere laturũ:immo non niſi donatũ ab eo diſceſſuꝝ. Ad hæc oculos oculis auguſti in
figens Maro facilius ait in cæteris animalibus qualitates parẽtum mathematicis & philoſophia cognoſci poſ
ſunt in homine nequaquã poſſibile eſt:ſed de te cõiecturã habeo ſimilem ueri:ut qd exercuerit pater tuus ſci
re poſſim Attẽte expectabat auguſtus qdnã diceret. At ille quantũ ego rem intelligere poſſum:piſtoris filius
es inqt. Obſtupuerat Cæſar:& ſtatim quo id pacto fieri potuerit: animo uoluebat. Interrũpens Virgi.audi in
quit quo pacto id coniicio. Cum quedam enunciari ꝑdixerimq; q̃ intelligi ſciriq; nõ niſi ab erudiſſimis ſum
miſq; uiris potuiſſent Tu princeps orbis Item & Item panes in mercedẽ dari iuſſiſti:quod quidem aut piſto
ris aut nati piſtore officiũ erat. At deinceps inqt Cæſar. Nõ a piſtorꝭ ſed a rege magnanimo dona feres. Placuit
Cæſari facetia illũq; plurimi fecit:& pollioni cõmendauit. Corpore & ſtatura fuit grandi aquilino colore fa/
cie ruſticana:ualitudine uaria. Nam plerumq; ab ſtomacho & faucibus ac dolore capitis laborabat: ſanguinẽ
etiam ſæpius eiecit:cibi uiniq; minimi. Fama eſt eũ libidinis pronioris in pueros fuiſſe:ſed boni ita: eum pue
ros amaſſe putauerunt:ut Socrates Alcibiadẽ:& Plato ſuos pueros Verum inter omnes maxime dilexit Ce/
betem & Alexandrum:quem ſecunda bucolicorum ægloga Alexim appellat Donatum ſibi ab Aſinio Pollio
ne utrumq; non ineruditum dimiſit. Nam Alexandrum grammaticum:Cebetem uero & poetam Vulgatũ
eſt conſueuiſſe eum cum Plotia Hieria:ſed Aſconius Pedianus affirmat ipſum poſtea maioribus natu narra
re ſolitum inuitatum qdem ſe a Varro ad cõionem mulieris:uerum ꝑtinaciſſime recuſaſſe:cætera ſane uita
& ore & animo tam probum fuiſſe cõſtat ut neapoli parthenias appellaretur uulgo. Ac ſi quando romæ quo
rariſſime commeabat uiſeretur:in publico ſectantes demõſtrãteſq; ſe ſubterfugeret in proximũ tectũ. Bona
autem cuiuſdam exulantis offerente Auguſto non ſuſtinuit accipere:Poſſedit prope centis ſextertium ex libe
ralitatibus amicorum:habuitque domum romæ in æſquiliis iuxta hortos Mecœnatis:q̃q̃ ſeceſſu campaniæ
ſiciliæq; plurimum uteretur. Quæcunq; ab Auguſto peteret repulſam nunq̃ habuit. Parentibus quot annis
aurum ad abundantem alitum mittebat:quos iam grandis amiſſit ex quibus patrem oculis captum & duos
fratres germanos Silonem impuberem. Flaccum iam adultum:cuius exitũ ſub nomine Daphnidis deflet:In
ter cætera ſtudia:ut ſupra diximus medicinæ quoq; ac maxime mathematicæ opam dedit. Aegit & cauſam
unã omnino nec amplius q̃ ſemel. Sermone tra[illegible]idiſſimũ ac pene idocto ſimilẽ fuiſſe Meliſius tradidit.

Poeticam puer adhuc auſpicatus in baliſtam ludi magiſtrũ ob inſaniã latrocinioꝝ cooptum lapidibus diſti
chon fecit. Mõte ſub hoc lapidum tegiꝭ baliſta ſepultus:nocte dieq; tutũ carpe uiator iter:deinde Catalecton
& Moretum:& Priapeiã:& epigrãmata:& Diras & Culicẽ cũ eſſet annoꝝ.xxv.cuius materia talis eſt. Paſtor
fatigatus æſtu cum ſub arbore obdormiſſet & ſerpens ad illum prorepet e palude culex prouolauit:atq; inter
duo tempora aculeum fixit paſtori. At ille continuo culicem contriuit: & uiſam ſerpentem interemit: ac ſe/
pulchrum culici ſtatuit: & diſtichon fecit. Parue culex pecudum cuſtos tibi tale merenti. Funeris officium

uite pro munere reddit.Scripſit etiam de qua ambigit̃ æthnam:& mox cum rex romanas inchoaſſet offẽſus
materia & nominum aſperitate ad bucolica tranſit maxime ut Aſinum Poll onem Alphenum Varrum : &
Cornelium gallum celebraret:quia in diſtributione agrorum qui poſt philippẽſem uictoriã ueteranis trium
uirorum iuſſu trans padũ diuidebant̃:indẽnem ſe præſtitiſſent:deinde georgica in honorem Mecœnatis edi
dit:cum ſibi uix dũ noto opem tuliſſent aduerſus Claudii ueterani milites:uel ut alii putant Arii centuriõis
uiolentiam a quo in altercatiõe litis ægrariæ parum abſuit quin occideretur.Nouiſſime autẽ æneidẽ aggreſ
ſus eſt.Argumentum uariũ & multiplex & quaſi amboꝝ Homeri carminũ inſtar.Præterea nominibus ac re
bus græcis latiniſq; cõmune:& in quo quod maxime ſtudebat romanæ ſimul urbis & Auguſti origo cõtine
retur.Cum Georgica ſcriberet:tradit̃ quotidie mediatos mane plurimos uerſus dictare ſolitũ: ac ꝑ totũ diẽ
retractando ad pauciſſimos redigere non abſurde tamẽ ſe urſæ more parere dicens:& lambendo demũ effin
gere.Aeneida ꝓſaica prius oratione formatã digeſtãq; in duodecim libros particulatim componere inſtituit:
ut quidam tradũt.Alii eius ſentẽtiæ ſũt: ut exiſtimẽt eum ſi diutius uixiſſet quattuor &.xx.libros uſq; Augu
ſti tẽpora ſcripturum:atq; alia quidẽ ꝑcurſurum.Auguſti uero geſta diligentiſſime executuꝝ:quippe qui dũ
ſcriberet:ne quid impetũ moraret̃:quedã ꝑfecta reliquit.Alia leuiſſimis uerſibus ſcripſit: quos per iocum ꝓ
tigillis uel tibicinibus interponi a ſe dicebat ad ſuſtinendum opus:donec ſolidæ columnæ aduenirẽt.Bucoli
ca triennio Aſinii Pollionis ſuaſu perfecit.Hic trans padum prouinciam regebat : cuius fauore cum ueterãis
Auguſti militibus cremonenſium & mantuãorum agri diſtribuerent̃ : ſuos Virgilius nõ amiſit.Facta enim
diſtributiõe ſuos Claudio ſeu Arrio datos recuperauit.Hunc Pollionem maxime amauit Maro : & ab eo ma
gna munera tulit.Quippe qui imitatus ad cœnam captus pulchritudine & diligentia Alexãdri pollionis pu/
eri eum dono accepit.Huius pollionis filium . C.aſinium.Cornelium Gallum oratorem clarũ & poetam nõ
mediocrem miro amore dilexit Virgilius.Is tranſtulit Euphorionem ĩ latinum & libris quattuor amores ſu/
os de Cytheride ſcripſit.Hic primo in amicitia Cæſaris Auguſti fuit:poſtea in ſuſpitionem coniurationis cõ
tra illum ductus occiſus eſt.Verum uſq; adeo hunc Gallum Virgilius amarat:ut quartus georgicorum a me
dio uſq; ad finem eius laudem contineret:quem poſtea iubente Auguſto ĩ ariſtæi fabulam cõmutauit. Geor
gica ſeptennio Neapoli.Aeneida partim in ſicilia:partim in campania.xi.annis confecit . Bucolica eo ſucceſſu
edidit:ut in ſæna quoq; per cantores crebra pronunciatione recitarẽtur At cum Cicero quoſdam uerſus au/
diſſet & ſtatim acri iudicio intellexiſſet non communi uenam editos iuſſit ab initio totam æglogam recitari:
quam cum accurate pernotaſſet in fine ait.Magne ſpes altera romæ:quaſi ipſe linguæ latinæ ſpes prima fuiſ
ſet:& Maro futurus eſſet ſecunda:que uerba poſtea æneidi ĩpe inſeruit.Georgica reuerſa ab actiaca Auguſto
atq; reficiendarum uirium cauſa Attelle commoranti per continuum quadriduum legit ſuſcipiente Mecœ/
nate legendi uicem:quotiens interpellaret̃ ipſe uocis offenſione.Pronunciauit autem maxima cum ſuauitate
& lenociniis miris.Seneca tradidit Iulium Montanum ſolitum dicere inuolaturum ſe quædam Virgilio : ſi
& uocem poſſet & os & hypocriſim.Eoſdem enim uerſus eo pronunciante bene ſonare . Sine illo inareſcere
quaſi mutos.Aeneidos uix dum cœptæ tãta extitit fama ut ſextus Pompeius nõ dubitarit ſic prædicare.Cre/
dite romani ſcriptores cedite graii.Neſcio quid maius naſcitur iliade.Auguſtus uero cum iam forte expedi/
tione cantabria abeſſet:& ſupplicibus atq; minacibus per iocum litteris efflagitaret:ut ſibi de æneide ut ipſius
uerba ſunt:uel prima carminis hypographa uel quodlibet conlon mitteret negauit ſe facturũ Virgilius. Cui
tamen multo poſt perfecta demum materia tris omnino libros recitauit:ſecũdum uidelicet quartum:& ſex/
tum.Sed hunc præcipue ob Octauiam quæ cum recitationi intereſſet ad illos de filio ſuo uerſus.Tu marcel/
lus eris:defeciſſe fertur:atq; egre refocillata dena ſextertia pro ſingulo uerſu Virgilio dari iuſſit . Recitauit &
pluribus:ſed neque frequenter & ferme illa de quibus ambigebat quo magis iudicium hominum experire/
tur . Erotem librarium & libertum eius exacte iam ſenectutis tradunt referte ſolitum quondam in recitan
do eum duos dimidiatos uerſus compleſſe ex tempore . Miſenum Aeolidem adieciſſe : quo non præſtan/
tior alter . Item huic Aere ciere uiros ſimili calore iactatum ſubiunxiſſe : martemque accendere cantu . Sta/
timque ſibi imperaſſe:ut utrumque uolumini aſcriberet.

Bucolica Georgicaq; emendauit.Anno uero.lii.ut ultimam manum æneidi imponeret ſtatuit in græciam
& Aſiam ſecedere triennioq; continuo omnem operam limitationi dare:ut in reliqua uita tantum philoſo/
phiæ uacaret. Sed cum aggreſſus iter athẽis occurriſſet Auguſto ab oriente romam reuertenti:una cum Cæ
ſare redire deſtinauit.At cum Megara uicinum athenis opidum uiſendi gratia peteret:langorem nactus eſt:
quem non intermiſſa nauigatio auxit.Ita ut grauior in dies tandem Brunduſium aduẽtarit:ubi diebus pau
cis obiit.x.kalen.Octob.CN.Plantio.Q.Lucretio cõſulibus qui cum grauari morbo ſeſe ſentiret: ſcrinia ſæ
pe & magna inſtantia petiuit crematurus æneida:quibus negatis teſtamento cõburi iuſſit:ut rem inemẽda/
tam imperfectamq;.Verum Tuca & Varrus monuerunt id Auguſtũ nõ permiſſuꝝ. Tunc eidem Varro ac ſi
mul Tuccæ ſcripta ſub ea conditione legauit:ne quid ederẽt quod a ſe ẽditũ nõ eſſẽt: & uerſus etiam imperfe
ctos:ſi q erant reliquerent.Voluit etiã eius oſſa Neapolim trãſferri ubi diu & ſuauiſſime uixerat : ac extrema
ualitudine hoc ipſe ſibi epitaphium fecit diſtichon.Trãſlata igit̃ iuſſu Auguſti eius oſſa ꝓut ſtatuerat Neapo
lim fuere:ſepultaq; uia puteolana intra lapidem ſecundum:ſuoq; ſepulchro id diſtichon:quod fecerat inſcri
ptum eſt:Mantua me genuit:calabri rapuere:tenet nunc.Parthenope:cecini paſcua:rura duces.

Heredes fecit ex dimidia parte Valerium proculum fratrem ex alio patre:ex quarta Auguſtum ex.xii. Me/
cœnatẽ ex reliqua.L.Varrũ & plocium Tuccam: qui eius æneidem poſt obitum:prout petiuerat iuſſu Cæſa
ſaris emẽdarũt.Nã nullius omnino ſẽtẽtia crematu æneis digna uiſa fuit:de q̃ re Sulpitii carthaginẽſis extãt

huiuscemodi uersus.Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flãmis Virgilius.Phrygium quæ cecinere ducẽ Tuc
ca uetat: uarrusque simul:tu maxime Cæsar non finis:& latiæ consulis hystoriæ:Infœlix gemino cecidit pro
pe pergamos igni Et pene est alio troia cremata rogo.Extant & Augusti de ipsa eadem re uersus plures & cla
rissimi:quorum initium Ita est.Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mandare nefas:er
go ibit in ignis Magnaq; doctiloqui morietur musa Maronis.Et paulopost:Sed legum seruanda fides:supre
ma uoluntas Quod mandat: fierique iubet: parere necesse est : Frangatur potius legum ueneranda potestas.
Quam tot congestos noctesque diesque labores Hauserit una dies : Et quæ sequuntur . Nihil igitur aucto-
re Augusto Varrus edidit : Quod & Maro præceperat : sed summatim emendauit : ut qui uersus etiam im
perfectos si qui erant reliquit . Hos multi mox supplere conati nõ perinde ualuerunt ob difficultatem : quod
omnia fere apud eum hemistichia præter illud Quem tibi iam troia peperit sensum uidentur habere per-
fectum . Nisius grammaticus audisse se a senioribus dicebat Varrum duorum librorum ordinem commu-
tasse : & qui tum secundus erat in tertium locum transtulisse : etiam primi libri correxisse principiũ his dem
ptis uersibus: Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen & egressus siluis uicina coegi:Vt quan
uis auido parerent arua colono Gratum opus agricolis at nunc horrentia martis Arma uirumque cano.
Nec Virgilius qui columen linguæ latinæ fuit caruit obtrectatoribus.In Bucolicis enim duas Aeglogas:sed
insulsissime Paro quidam deridet : & sic deridendo incipit.

Tityre si toga calda tibi est:quo tegmine fagi.Sequentis.Dic mihi Damœta cuium pecus:an ne latinum Non
uerum ægonis nostri sic rure loquuntur.Alius recitante eo ex Georgicis.Nudus ara sere nudus subiecit ha-
bebis frigora febrem.Est & aduersus æneida liber Carbilii pictoris titulo æneido mastix. M. Vipranius eum
a Mecœnate suppositum appellabat noue Cacozelliæ repertorem neque tumidum neq; exilem:sed commu
nibus uerbis opus illud confecisse.Herennius uita eius tantũ cõtraxit.Perilius Faustinus furta.Sunt & Quin
ti Octaui Auiti uolumina:Quibus annotantur quos & unde uersus trãstulerit.Asconius pedianus libro quẽ
contra obtrectatores Virgilii scripsit pauca admodum ei obiecta proponit:& potissimum quod nõ recte hy
storiam contexuit:& quod pleraq; ab Homero sumpsit:sed hoc crimen sic defendere assuetum ait . Cur non
illi quoque eadem furta tentarent.Verum intellecturos facilius esse Herculi clauã qua Homero uersum sur-
ripere:& tamen destinasse secedere ut omnia ad satietatem maliuorum decideret.Refert etiam Pedianus be-
nignum cultoremque omnium bonorum : atque eruditorum fuisse:& usque adeo inuidia expertem fuisse:
ut si quid erudite dictum inspiceret alterius:non minus gauderet:ac si suum fuisset:neminem uituperare:lau
dare bonos : ea humanitate esse : ut nisi per uersus maxime quisque illum non diligeret modo : sed amaret
Nil proprii habere uidebatur . Eius bibliotheca non minus aliis doctis patebat ac sibi . Illudque Euripidis an
tiquum usurpabat τατων φιλωνκοινα . Communia amicorum esse omnia . Quare coæuos omnes poetas
ita adiunctos habuit : ut cum inter se plurimum inuidia arderent:illum una omnes colerent Varrus Tuc-
ca : Horatius : Gallus : Propertius . Anser uero quoniam Antonii partes secutus est : illum non obseruasse
dicitur . Cornificius ob peruersam naturam illum non tulit Glorie uero adeo contemptor fuit: ut cum qui
dam uersus quosdam sibi adscriberent:eaque re docti haberentur non modo ægre non ferebat : immo uo-
luptuosum id erat . Cum enim distichon quod laudem fœlicitatemque Augusti continebat fecisset.Valuisq;
non nominato auctore infixisset : iderat huiusmodi.

Nocte pluit tota:redeunt spectacula mane.
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet . Diu quæritãs Augustus cuiusnam hi uersus essent: eorum au
ctorem non iueniebat.Bactillus uero poeta quidam mediocris tacentibus aliis sibi adscripsit. Quamobrem
Donatus honoratusq; a Cæsare fuit:quod æquo animo non ferens Virgilius iisdem ualuis affixit quater hoc
principium Sic uos nõ uobis Postulabat Augustus ut hi uersus compelerentur:quod cum frustra aliqui co
nati essent.Virgilius præposito disticho sic subiunxit.Hos ego uersiculos feci tulit alter honores.Sic uos non
uobis nidificatis aues.Sic uos non uobis uellera fertis oues : Sic uos non uobis mellificatis apes . Sic uos non
uobis fertis aratra boues.Quo cognito aliquandiu Bathylus romæ fabula fuit. Maro uero exaltatior. Cum
is aliquando Ennium in manu haberet:rogareturque quidnam faceret.Respondit se aurum colligere de ster
core Enii.Habet enim poeta ille ægregias sententias sub uerbis non multum ornatas . Interroganti Augusto
quo pacto ciuitas fœliciter gubernaretur . Si prudentiores inquit temonem tenuerint : & boni malis præ-
ponatur . Itaque optimi suos habeant honores:nulli tamen alio rum iniusti quicquam fiat. At Mecœnas qd
inquid Virgilii satietatem homini non affert . Omnium rerum respondit:aut similitudo: aut multitudo sto
machon facit præter intelligere . Item interrogauit quo pacto quis altam fœlicemque eius fortunam serua-
re potest . Cui Maro Si quantum honore ac diuitiis aliis præstantior sit:tanto liberalitate & iusticia alios su-
perare nitatur.Solitus erat dicere nullam uirtutem commodiorem homini esse patientia ac nullam asperam
adeo esse fortunam quam prudenter patiendo uir fortis non uincat.Quam sententiam i quinto æneidos in
seruit:Nate dea quo fata trahunt retrahuntq; sequamur. Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo
est.Cum quidam eius amicus Cornificii in eum maledicta:& inimicitias sibi anarraret. Quam putas inquit
esse huiuscerei maliuolẽtiæ causam.Nam neq; unq̃ Cornificiũ offendi & eum amo:an inqt Hesiodi sentẽtiæ
non meministi ubi ait.Architectum architecto inuidere:& poetã poetæ.De malis inqt græcus ille intellexit.
Nã boni eruditiores amãt.Sed magna cũ mea laude & gloria uindictã i mãu habeo.Maiore.n.cura uirtuti in
tendam atq; quo elegantior ego fiã:eo magis inuidia rumpet.Erat Augusto familiaris Filistus qdam orator
& poesim mediocriter doctus:cui multiplex uariumq; ingenium erat q omnium omnia dicta reprehẽdere

conabatur:non ut uerum dignosceret:quod Socrates facere consueuit: sed ut eruditior uideretur. Hic Vir-
gilium ubicunque conuenire dabatur maledictis salibusque uexabat. Quare ille sæpe aut tacibundus discede
bat: aut suffusus pudore tacebat. Verum cum Augusto audiente elinguem illum diceret: & causam etiam
suam si linguam haberet Defendere nequiret. Tace inquit tabula. Nam hæc mea taciturnitas defensor cau
sarum mearum Augustum fecit: & Mecœnatem:& ea tuba cum uolo loquor:que ubique & diutissime au-
dietur. Tu loquacitate nō modo aures hominū:sed muros rumpis. Augustus uero Filistum graui uultu in
crepauit. Tunc Maro si tempus Cæsar inquit tacendi hic sciret:raro loqueret. Tacendum enim semper est:ni
si cum taciturnitas tibi noceat:aut oratio aliis prosit. Nam qui contendit:& contentionis finis utilis sit nō no
uit stultis illum annumerandum sapientes putāt. Posteaq̄ Augustus summa rerum omnium potitus est:ue
nit in mentem an conduceret tyrannydem committere: & omnē potestatem annuis consulibus & senatui
rempu. reddere:in qua re diuersæ sententiæ consultos habuit Mecœnatem & Agrippam. Agrippa.n. utile si
bi fore etiam si honestum non esset relinquere tyrannidem longa oratione. Contendit:quod Mecœnas deor
tari magnopere conabatur:quare Augusti animus & hinc ferebatur & illinc. Erāt enim diuersæ sententiæ ua
riis rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronem an conferat priuato homini se in sua repu. tyrannum face
re. Tum ille omnibus ferme inquit rempu. occupantibus molesta ipsa tyrannis fuit & ciuibus: q necesse erat
propter odia subditorum:aut eorum i iusticiam magna suspitione. magnoq; timore uiuere:Sed si ciues iustū
aliquem scirent:quem amarent plurimum ciuitati id utile foret: si in eo uno omnis potestas esset. Quare si
iusticiam:quod modo facis omnibus:in futurum nulla hominum facta compositione distribues:dominari
te & tibi conducet & orbi. Beniuolentiam enim omnium habes:ut deum te & adorent & credant. Eius sen-
tentiam secutus Cæsar principatum tenuit. Audiuit a Silone præcepta Epicuri cuius doctrine socium habu-
it Varrum: quanuis diuersorum philosophorum opiniones libris suis inseruisse de animo maxime uideat:
ipse tamen fuit academicus. Nam platonis sententias omnibus aliis pretulit Nunc quoniam de auctore sum
matim diximus:de ipso iam carmine dicendum uidetur:quod bifariam tractari solet:hoc est & ante opus &
in ipso opere. Ante opus titulus causam intētio. Titulus in quo quæritur cuius sit:& quare hoc potissimū sibi
ad scribendum poeta præsumpserit. Intentio in qua cognoscit quid efficere conetur poeta. In ipso opere sane
tria spectantur. Numerus:ordo:explanatio. Quanuis igitur multa χευλογραφη.i. falsa inscriptiōe sub alieno
noīe sunt prolata:ut tyestes tragœdia huius poetæ quā Varrus edidit pro sua:& alia huiuscemodi: tamen bu
colica liquido. Virgilii esse minime dubitandum est præsertim cum ipse poeta tanquam hoc metuens princi
pium huius operis & in principio æneι:& in alio carmine suum esse testatus sit sic dicens. Ille ego qui quondā
gracili modulatus auena: & reliqua Et carmina qui lusi pastorum audaxq; iuuēta. Tityre te patulæ cecini sub
tegmine fagi. Bucolica autem & dici & recte appellari:uel hoc solū indicium suffecerat:quod hoc eodem no-
mine apud Theocritum censeatur. Verum ratio quoq; demonstranda est. Tria sunt pastorum genera:quæ di
gnitatem in bucolicis habēt:quorum qui minimi sunt αιπολοι dicūtur a græcis:iidem a nobis caprarii. Pau
lo honoratiores q ποιμενεσ.i. opiliōes dicunt honestissimi:& maximi βουκολοι: quos bubulcos dicimus.
Vnde igitur magis decuit pastorali carmini nomē imponi:quam ab eo gradu qui apud pastores excellentissi-
mus inuenitur. Causa dupliciter inspici solet ab origine carminis:& a uoluntate scribentis Originem autem
bucolici carminis alii ob aliam causam ferunt. Sunt enim qui a lacædemoniis pastoribus dianæ primum car-
men hoc redditum dicant:cum eidem deæ propter bellum quod toti græciæ illo tempore Persæ inferebant
exhiberi per uirgines de mora sacra non possent. Alii ab Oreste circa siciliam uago id genus carminis. Dia-
næ redditum loquunt p ipsum atq; pastores:quo tpe de sythia cum pylade fugerat surrepto numinis simu-
lachro & lato in fasce lignorum:unde fascelidem dianā peribent nuncupatam apud cuius aras Orestes per sa
cerdotē eiusdem numinis iphigeniā sororem suā a parricidio fuerat expiatus. Alii apollini Nomio pastorali
silicet deo qua tēpestate Admeti boues pauerat. Alii libero nympharum.s.& satyrorum:& id genus numinū
principii:quibus placet rusticum carmen. Alii mercurio Daphnidis patri pastorum omnium prīcipi:& apud
Theocritum:& apud hunc ipsum poetam. Alii in honorem Panos scribi putant peculiariter pastoralis dei.
Item Seleni:Siluani atq; Faunorum. Quæ cum omnia dicātur:illud erit probatissimum bucolicum carmen
originem ducere a priscis temporibus:quibus uita pastoralis exercita erat. Et ideo ueluti aurei sæculi speciē
in huiusmodi personarum simplicitate cognosci & merito. Virgilum processurum ad alia carmina non ali-
unde cœpisse:nisi ab ea uita:que prima in terris fuit:Nam postea rura culta: & ad postremum pro cultis & fe
racibusterris bella suscepta:quod uidetur Virgilius in ipso ordine operum suorum uoluisse monstrare cum
pastores primo:deinde agricolas:& ad ultimum bellatores. Restat ut quæ causa uoluntatem attulærit poetæ
bucolica potissimum scribendi consideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti:& admiratiōe eius il
lectus est:aut ordinem temporum est secutus erga uitam humanam:ut supra diximus. Aut tris modos elo-
cutionum:quos χαρακτηρασ græci uocant ισχνον:qui tenuis αδρον:qui ualidus μεσον qui moderatus in
telligitur. Credibile erat Virgilium q in omni genere præualuerit Bucolica primum:Georgica secundum:
Aeneida tertium uoluisse cōscribere. Aut ideo potius primo Bucolica scripsit:ut i eiusmodi carmine:quod &
paulo liberius & magis ualidum q̄ cætera ē:facultatem habere captādæ Cæsaris īdulgentiæ:repetendiq; agri
quem amiserat. Ob hanc causam die tertio iduum martiarum. C. Cæsare īterfecto:cū Augustum Cæsarem
pene puerum ueterani milites nō abnuente senatu sibi ducem constituissent. Exorto ciuili bello cremonen-
ses cum cæteris eiusdem studii aduersarios augusti Cæsaris adiuuerunt. Vnde factū est:ut cum uictor Augu
stus in eorum agros ueteranos deduci iussisset non sufficiente agro cremonensiū:Mantuani quoq; in quibus

erat Virgilius maximam partem ſuorum finium perdiderunt:eo ꝙ uicini cremonenſibus fuerat:Sed Virgilius Auguſti familiaritate.ſuoqꝫ carmine fretus centurioni ario obſiſtere auſus eſt.Ille ſtatim ut miles ad gladium manum admouit. Cumqꝫ ſe in fugam proripuiſſet poeta.Non prius perſequēdi finis fuit : quam ſe in fluuium Virgilius conieciſſet:ſed poſtea a Mecœnate & pollione in ipſo auguſto fauentibus agros ſuos recepit Intentio libri:quam σκοπον græci uocant:imitatione Theocriti poetæ cōſtituitur: qui ſyculus & ſyracuſanus fuit.Eſt intentio etiam in laudem Cæſaris: & prīcipium cæterorum:per quos in ſedes ſuas reddiit. Vnde & delectationem & utilitatem finis contineret ſecundum præcepta cuncta confecit. Quæri ſolet cur non plures q̄ decem æglogas conſcripſerit:quod nequaquam mirandum uidebitur ei qui conſiderauerit ætatem ſænarum paſtoralium quæ ultra hunc numerum non poteſt proferri:preſertim cum ipſe poeta circūſpitior Theocrito ut ipſa res indicat:uideatur metuere:ne illa ægloga:quæ pollioni inſcribitur.minus ruſtica uideatur:cum ipſam ſic præſtruat ipſe dicens.Sicelides muſæ paulo maiora canamus:& item ſimiliter in aliis duabus facit:illud tenendum eſſe prædicimus in bucolicis Virgilii:neqꝫ nuſquā:neqꝫ ubiqꝫ aliq figurate dici:hoc eſt per allegoriam.Vix enim propter laudem Cæſaris & amiſſos agros hæc Virgilio concedentur:cum Theocritus quem hic noſter toto ſtudio imitari conatur ſimpliciter omnino conſcripſerit.Quod autē in ipſo carmine tractari ſolet:eſt numerus:ordo:explanatio.Numerus æglogarum manifeſtus eſt. Nam.x.ſunt ex quibus proprie bucolicæ.vii.eſſe credūtur.Nam tres ultimæ proprie bucolicæ dici non debent.Pollio.ſ. Silenus & gallus.Prima igitur continet quæſtionem publicam: & priuatam gratulationem de agro : & dicitur Tityrus.Secunda amorem pueri:& dicitur Alexis Tertia certamen paſtorum:& dicitur Palæmon. Quarta genethliacum.& dicitur Pollio.Quinta epytaphium:& dicitur Daphnis.Sexta methamorphoſim:& dicitur Varus:& Silenus.Septima pharmaceutria.Octaua amores diuerſorum ſexum:& dicitur Damon. Nona continet poetæ cōqueſtionem de amiſſo agro:& dicitur Mæris.Decima deſiderium galli:& dicitur gallus.Quod ad ordinem ſpectat illud ſcire debemus:in prima tamen & in ultima ægloga poetam uoluiſſe ordinem ſeruare quoniam in altera principium conſtituit:ut in georgi. Ait.Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi.In altera oſtendit finem quippe qui dicat Extremum hunc arethuſa mihi concede laborem.Verum inter ipas æglogas paſtoralem conſcriptumqꝫ ordinem nullum eſſe certiſſimum eſt . Sed ſunt qui dicunt initium Bucolica carminis non Tityre eſſe: ſed Prima ſyracuſio dignata eſt.l.u.ſupereſt explanatio:ad quam antequam ueniamus illud dixerim tenue eſſe bucolicum carmen:& uſqꝫ adeo ab heroico charactere diſtare: ut uerſus quoqꝫ huius carminis ſuas quaſdam cæſuras habeant:& ſuis legibus diſtinguantur.Nam cum tribus probetur metrum:cæſura:ſcanſione:modificatione:non erit bucolicus uerſus:niſi in quo & pes primus partem oratiōis abſoluerit:& tertius trocheus fuerit:etiam cæſura:& quartus pes dactylus magis q̄ ſpondeus partem orationis terminauerit.Quintus & ſextus pes ex integris dictionis fuerit:quod Virgilius a Theocrito ſæpe ſeruatum uictus operis difficultate neglexit:in ſolo principio incertum induſtria an caſu has cæſuras ſeruauerit. Nam Tityre dactilus partem orationis abſoluit:tupatu: lærecu:tertium throcheum:quanuis decompoſita dictione concluſit:bans ſub:quartum ſpondeum pro dactylo cum ſubiunxit tegmine fagi. Terminatis partibus orationis integrum comma perfecit.Cuius rei diligentiam licet in Theocriti ferme omnibus uerſibus admirari.Qui uero ſupradicta acri iudicio diligenterque conſiderauit:facile intelliget quæ in Georgi.intentio quique finis fuerit:nec minus etiam in æneide.

Poematis ſtili genera tria ſunt : aut enim actiuum uel imitatiuum quod græci δραματικον appellant : in quo perſonæ loquentes introducuntur ſine poetæ interlocutione : ut ſunt tragœdiæ & commœdiæ. δραν enim græcæ agere dicitur:quo genere ſcripta eſt prima Tityre:& quo te mœri pe. Aut enarratium quod græci διηγηματικον appellant:in quo poeta ipſa loquitur ſine interpoſitione perſonæ:ut tres primi georgicon libri. Item Lucretii carmina:aut commune uel mixtum: quod græci μικτον appellant: ubi & poeta ipſe loquitur & introductæ perſonæ;ut Virgilii æneis.

SERVII MAVRI HONORATI Grammatici in Bucolica Maronis Commentariorum Liber.



BVCOLICA Vt ferunt ide dicta sunt a custodia boum idest απoτoσῶν βουκοῶλ. Præcipua enim sunt animalia apud rusticos boues. Huius autem carminis origo uaria est. Nam alii dicunt eo tempore quo xerxes persarum rex inuasit græciam cum omnes intra muros laterēt: nec possent more solito Dianæ sacra persolui: peruenisse ad mōtes Laconas rusticos: & in eius honorem hymnos dixisse: unde natum carmen Bucolicum ætas posterior elimauit. Alii dicūt Orestem cum Dianæ fascelidis simulacrum raptum ex scythia adueheret ad siciliam esse tempestate delatum completo anno Dianæ festū celebrasse hymnis collectis nautis suis: & aliquibus pastoribus conuocatis: & exinde permansisse apud rusticos consuetudinem. Alii non Dianæ sed Appollini Nomio consecratum carmen hoc uolunt: quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alii rusticis numinibus a pastoribus dicatum hoc asserunt carmen: ut Pani Faunis: ac satyris: & hic est huius carminis titulus. Qualitas autem hæc est. s. humilis character. Tres enim sunt characteres humilis medius: grandiloquus: quos omnes in hoc inuenimus poeta. Nam in æneide grandiloquum habet: in Georgi. medium in Bucolicis humilem pro qualitate negociorum & personarum. Nam personæ hic rustice sunt simplicitate gaudentes. s. a quibus nil altum debet requiri. Adhibentur autem hæc ad carmen bucolicum. Debet quarto pede terminare partem orationis: qui pes si sit dactylus: meliorem efficit uersum: ut Nos patriæ fines & dulcia. Primus etiam pes secundum Donatum dactilus esse debet: & terminare partem orationis: ut Tytire quam legem theocritus uehementer obseruat: Virgilius non adeo. Ille enim in paucis uersibus ab ista ratione deuiauit: hic eā in paucis secutus est Terrentianus cum de hoc metro doceret. Plurimus hoc pollet sicule telluris alumnus. Noster rarus eo pastor Maro. Intentio poetæ hæc est ut immitemur Theocritum syracusanum meliorem Moscho & cæteris qui Bucolica scripserunt: unde est. Prima syracusio dignata est ludere uersu nostra: neqꝫ & aliquibus locis per allegoriam agit gratias Augusto: uel aliis nobilibus quorum fauore amissum agrum recepit: in qua re tantū dissentita Theocrito. Ille. n. ubiqꝫ simplex est. Hic necessitate compulsas aliquibus locis miscet figuras: quas perite plerumque etiam ex Theocriti uersibus facit: quos ab illo dictos constat simpliciter: hoc autem fit poetica urbaniate: sic Iuuena. Actoris aurunci spolium. Nam Virgilii de hasta dictum figurate ad speculum transtulit. Et causa scribendorum bucolicorū hæc est. Cum post occisum. iii. idus martias in senatu Cæsarē Augustus eius filius contra persecutores patris & Antonium ciuilia bella mouisset: uictoria potitus cremonēsium agros qui contra eum senserant militibus suis dedit: qui cum non sufficerent: etiam matuanorum iussit distribui: non propter culpam sed propter uicinitatem: unde est. Mantua ue miseræ nimium uicina cremonæ. Perdito ergo agro Virgilius romam uenit & potentium fauore meruit ut agrum suum solus reciperet. Ad quem recipiendum profectus: ab ario centurione qui eum tenebat pene est interemptus: nisi se præcipitasset in mintium: unde est. αλληγορηκοωσ. Ipse aries etiā nunc uellera siccat. Postea ab Austusto missis triumuiris & ipsi integer ager redditus est & mantuanis pro parte Hinc ē ꝙ in prima ægloga legimus recepisse agrū: postea eum querelantem inuenimus: ut audieras & fama fuit: sed carmina tantū nostra ualēt lycida tela inter martia quantum Chaonias dicunt aquila ueniente columbas Nec numerus hic dubius est: nec ordo librorum. Quippe cum unus sit liber. De æglogis tantum multi dubitant. Quæ licet. x. sint in certum tamen est quo ordine scriptæ sint. Pleriqꝫ duas certas uolunt ipsius testimonio ultimam. Vt extremum hunc: & primā: ut in georgi. Tytire te patule cecini sub tegmine fagi. Alii primam illam uolunt. Prima syracusio dignata ē ludere uersu: sed est sciendam. vii. æglogas esse meras rusticas quas Theocritus. x. habet. Hic in tribus a bucolico carmine: sed cum excusatione discessit: ut in genethlico Salonini: & in Sileni Theologia: uel ut ex insertis altioribus rebus posset placere: uel quia tot uarietates implere non poterat. Poetæ uitam in æneide diximus. Operis explanatio in sequentibus comprobabitur. Sane sciendum Vigili. xxviii. annorum scripsisse bucolica. Vnde etiam ipse in fine georgi. Audaxqꝫ inuenta. Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi: & dicit Donatus ꝙ etiam in poetæ memorauimus uita in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum esse Virgilium. primo enim pastoralis fuit in montibus uita. Post agriculturæ amor. Inde bellorum cura successit. Notādum quoqꝫ bucolica uel georgica cum apud græcos in fine habeant accentum: apud nos in tertia a fine habere. Nā ut in ultima sit latinitas uetat: ut in penultima non sit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum & personas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta: ut in meliboeus οτι μελει αὐτῶν τῶν βοῶν idest qui curam gerit boum ꝙ Tityrus dicitur aris maior. Nam laconum lingua Tityrus dicit̃ aries maiori: qui gregem anteire consueuerit: sicut etiam in comediis inuenimus. Nā pamphilus est totus amās. Glicerium quasi dulcis mulier: phylomela amabilis: Personæ: sicut supra dixi rusticæ sunt & simplicitate gaudentes: Vnde in his nihil urbanum: nihil declamatorium inuēitur: sed ex re rustica sunt omnia negocia: comparationes: & siqua sunt alia. Hinc est ꝙ annos a fructibus computat: ut post aliquot mea regna uidens mirabor aristas: hinc etiam illæ comparationes sunt. Nam neqꝫ me tantum uenientis sibilus austri: nec percussa iuuant fluctu tam littora: nec quæ saxosas inter decurrunt flumina ualles.



ITYRE tu patulæ. PASTOR inducitur securus: & dare operam cantilenæ sub arbore recu-bans: Alter qui cum gregibus ex suis pellatur finibus Tityrum aspiciens sic alloquitur: Tity-rum autem pro Virgilio accipiamus non ubiq;: sed ubi rõ exigit. Dixit autem sub fago allego rice. i. sub arbore glandifera quæ fuit uictus cã. Antea. n. homines glandibus uescebãtur. Hinc fagus ἀπο του φαγειν. i. comedere. Ergo sub fago iaces. i. tuas retentas possessiones: qbus ale-ris ut olim fago alebãt. Patulæ: ꝓprie qđ semp patet dicimus patulũ: ut nares arbor. Patẽs qđ aperit & claudit ut hostiũ & oculi. Musã. i. rusticũ carmẽ. Tẽui. i. culmo auẽa stipula. Vnđ rustici cãtare cõsueuerũt: sic alibi: Stridẽti miserũ stipula dispdere carmen. Tenui. humilẽ stilũ ĩdicat quo hic utit. Meditaris. per antistichõ ab eo ẽ qđ græci μελετω dicũt. l. n. &. d. in uicẽ cedũt: ut sella ꝓ seda. Fugius. plus ẽ q̃ relinqui mus. sic Oratius: Teucer salamia patrẽq; cũ fugeret.

SER.

Publii Virgilii Maronis Bucolica. ægloga prima. Interlocutores Melibœus: & Tityrus amici.



ME. ITYRE TV PATVlæ recubans sub tegmine fagi
Siluestrẽ tenui musã meditaris auena.
Nos patriæ fines: & dulcia linquimus arua.
Nos patriã fugimus: tu Tityre lẽtus ĩ umbra
Formosã resõare doces amaryllida siluas TI
O melibœe deus nobis hæc ocia fecit
Namq; erit ille mihi semper deus: illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus
Ille meas errare boues (ut cernis) & ipsum
Ludere quæ uellẽ calamo pmisit agresti. ME.
Non equidẽ inuideo: miror magis: ũdiq; totis
Vsque adeo turbatur agris: en ipse capellas
Protinus æger ago: hãc etiã uix Tityre duco
Hic iter densas corylos modo nãq; gemellos
Spem gregis ah silice in nuda cõnixa reliquit
Sæpe malũ hoc nobis si mens nõ leua fuisset

Lentus. ociosus: ut Qui nũc lenti cõsedimus aruis. Resonare. d. a. s. Carmẽ tuũ de amaryllide cõpositũ doces syluis resonare: ĩtelligimus aũt melius simpliciter & nõ allegorice: ut aiũt quidã: qui dicunt tu carmẽ de roma cõdis. Plus enĩ stupet melibœus si ita ille securus est: ut tãtum de suis amoribus cantet. Nãque. e. i. m. d. Iteratio excludit adulationis colorem. Semper. & dũ uiuit & post mortẽ. Alii enim imperatores post mortẽ ĩter deos referunt: Augustus aũt tẽpla uiuus meruit. Ora. Præsẽtiq; tibi maturos largimur honores: Iurandasq; tuũ per nomen ponimus aras. Sic Lucanus de Nerõe: Sed mihi iam numen es. Imbuet. imbuere ẽ ꝓprie ĩchoare: & initiare Cur ergo eandẽ rẽ sæpe ĩchoat. Quia sæpe pascua mutãt pastores: Vnde totiens aras imbuũt quotiẽs pascua mutãt. Sed etiã apud maiores ĩbuer ẽ pfunder: & madefacere. Ergo absolute possumus dicere sæpe perfũdet. Errare. pasci ut Mille meæ siculis errãt ĩ montibus agnæ. Ludere. scribere. ut Carmina q lusi pastorũ. Calamo. a rustico stilo: ut supra tẽui musa. Nõ ĩuideo. Ne frequẽs interrogatio fortasse ex ĩuidia potius q̃ ex admiratione eẽ uideat. Turbatur. Turbamur sine discritiõe culpæ uel meriti: & ĩuidiose tempora augusti latenter carpit. Turbatur autẽ est impersonale: quod ad oẽs ptinet. Nã mãtuãoꝝ fuerat cõis expulsio. Si turbamur legas ad paucos uidetur pertinere. Protinus. porro tenuus. i. lõge a finibus. hinc paulo post. At nos hĩc alii sitiẽtes ibimus afros. Aeger. & corpore & animo. Spẽ gregis. scilicet marẽ & fœminã. In utroq;. n. sexu reparatio gregis cõstat. Ah. s. in nuda. Ideo dolet quia solẽt herbas substernere. Connixa. pro enixa. Hiatus enim causa mutauit præpositionem: ut est secludite pro excludite. Leua. stulta contraria Sẽsus est pdituros nos quandoque agros res manifesta prædicebat. Sed nos intelligere nequiuimus.

CHRISTO. Tityre. Tityrus libyce hircum significat. Melibœus est græce cura boũ: Sunt aũt noĩa de Theocrito sumpta: p Tityꝝ se: p Melibœũ reliquos mãtuanos allegorice ĩtelligit: Et si oratiõis quique sint ptes: ultimæ tamẽ duæ memoria & ꝓnũciatio solius dicentis sunt: primæ aũt tres etiã ad scribentẽ pertinẽt. hæ sũt ĩuẽtio: dispositio: & elocutio. Veꝝ elocutio ea ẽ q̃ characterẽ siue figurã oratiõis: quæ triplex ẽ cõficit Elocutio aũt habet elegãtiã cõpositionẽ & dignitatẽ. Elegantia singula uerba eligit. Cõpositio illa iã electa construit atq; cõponit. Itaq; qualẽ figurã exprimere uolumus: talia uerba talisq; cõpositio ẽ adhibẽda. Figura aũt generi rerum quas scribimus accomodanda est. Ergo cũ hic res pastoralis agereť. Humilis oratio atq; depressa fuit eligẽda: ac humilis infimaq; figura. Quapropter cũ elegisset Tityre recubans sub tegmine patulæ fagi: q̃ uerba: nihil elatũ habẽt: nihilq; grande resonant. tamẽ ita illa cõstruxit atq; cõposuit: ut illud ĩfimũ elocutiõis genus nõ excederet. Itaq; si attẽte audias Tityre tu patulæ recubãs sub tegmine fagi. ĩtelliges oĩa suppressa atq; demissa. Nam iudiciũ hoc totũ auriũ mõ illæ eruditæ sint eẽ depræhẽdes. Tityre: Amice ac familiariter ĩcepit a noĩe proprio: qđ ĩ hoĩe æquali aut ĩferiori beniuolẽtiã cõciliat. Sin ãt supior sit psona a noĩe dignitatis suæ appellari postulat. Tu. q. d. solus ex oĩbus nobis. Recubãs. Quod ꝓpriũ ociosi securiq; ẽ. Nã cui aut negociũ aut periculũ ĩmiet: is minime recubare audet. Tegmine. i. ĩteguméto a tegẽdo: ut agmẽ ab agẽdo. Fagi. Glãs triangula cute ĩcludit. Hæc muribus gratissima ẽ & turdis: glires quoq; saginat: suẽ hilarẽ facit: carnẽ coctibilẽ & leuẽ & utilem stomacho. Et quãuis ex abietis quoq; & picis & tiliæ cortice uasa fiãt ut ex cortice fagi: tamẽ in quodam usu sacrorum religiosus est fagi cortex. ait Plinius. Tenui distat a subtili. Tenue. n. diminutio-

Tity. uis oratio Partes

Fagus

nē rei ut plurimum notat. Vnde est Tenuis ubi argilla:& tenue argentum uenæq; secundæ: hinc attenuo & extenuo. Nec habet laudē nisi illa diminutio sit ex usu. Vt si dicamus tenuia uellera. Subtile uero acuitatē habet. Ergo laudat̃ subtile igeniū tenue uituperat̃. ¶ Auena. pro omni culmo ex quo rustici fistulā faciūt. ¶ Nos patriæ fines. Cōtētio ē color rhethoricus. Est.n. cōtētio cū contraria cōtrariis opponunt̃. Itē expolitio quia eadē de re sæpius dicit sic ī hoc loco: nos anxii exulāus: tu occiosus manes. Præterea ē repetitio. Nā nos ī principio clausulæ repetit̃. Itē ē īterprætatio q̄ sæpe affert maguū augmētū rei. Nā interprætat̃ fines patriæ esse dulcia arua q̄ res mouet cōmiserationē. ¶ Nos p.f. Dixerat linquimus patriā uerū quia uolūtariū potuisset eē exiliū āddidit fugimus: quod sūmā ēt mouet cōmiserationē. Nā qd pōt eē miserius q̄ īcidere ī eā calamitatē: ut patriā qua nihil est dulcius ueluti rē perniciosam fugere cogaris. ¶ Lētus in umbra. Nos properamus in fuga: tu ociaris ī loco ameno: nos exercemur ī labore tu in iocundo & uoluptuoso cātu. ¶ Doces syluas resonare. i. doces syluas ut resonēt. i. p reboatū referāt tuū carmē. Sed de reboatu & qd sit & qūo fiat dicemus paulo post. Resonare āt amaryllida. poeticum ē & p figurā dictū. Nā sonare nō transit: sic dicimus currere cursum. ¶ Amaryllis. Sūt q dicat esse nomē mulieris quā Romæ adamauit. ¶ O melibœe. Et hic sermo familiaris ē & amicus. o. uero nō uocātis ē sed pene letātis ꝙ p̄ter spē amicū nihil tale expectās uiderit: & distinguit o Melibœe: ut sit salutātis: ac deinde adde: Deus hæc ocia fecit. uel si iungis & cōtinua sit oro: O melibœe deus nobis hæc ocia fecit. Erit. o. hominis admirātis magnitudinē beneficii ī se adeo collati. ¶ Hæc ocia. q̄si tam magna ocia: & fatet̃ quod ille dixerat: Tu tityre lētus in umbra. ¶ Ouilibus. ouiū stabulis. Sic ēt ab equis equile: a capra caprile: & a porco porcile. ¶ Ludere. Ita scribere significat: ut nō referat̃ nisi ad poetas. Non.n. dicimus aut Ciceronē ludere tusculanas q̄stiones: aut Liuiū ludere historiā romanā: neq; ēt poetā dicimus ī oībus ludere: sed ī leuioribus iocundioribusq;. Sic & Hora. de se poscimus si qd uacui sub umbra lusimus tecum Quapropter neq; ī Geor. neq; in æneī. ludere dixit: sed canere: sed hic & ī libello quem culicem appellat. Ait enim: Lusimus octaui gracili modulante thalia: Atq; ut araneoli tenuem formauimus orsum Lusimus hæc ꝓpter culicis sunt carmina dicta. Omnis ut historiæ per ludum consonet ordo. ¶ Capellasq; habēt. r. ī ultima syllaba ī diminutiuis mutant. r. in duplex. l. ergo a capra capella: a cultro cultellus: ab umbra umbella. ¶ Spem gregis. Vt maius sit detrimentū q̄ si uterq; eiusdē sexus fuisset.

subtile

Luder̃

De cœlo tactas memini prædicere quercus
Sed tamen iste deus qui sit da tityre nobis TI
Vrbem quam dicunt romā melibœe putaui
Stultus ego huic nr̄æ similē quo sæpe solemꝰ
Pastores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibꝰ catulos similes: sic matribꝰ hædos
Noram: sic paruis componere magna solebā.
Verū hæc tantū alias īter caput extulit urbes
Quantū lēta solēt īter uiburna cupressi. Me
Et quæ tanta fuit romam tibi causa uidendi.
Libertas: quæ sera tamen respexit inertem
Candidior postquam tōdenti barba cadebat.
Respexit tamē: & longo post tempore uenit.
Postq̄ nos amaryllis habet galathea reliquit:
Nanq; fatebor enim dū me galathea tenebat:
Nec spes libertatis erat: nec cura peculi.

¶ SERVI. De cœlo tactas. Recte compositum augurium. Nam quercus in tutela Iouis est sed prisci illius glande uescebantur. ¶ Tactas. leuiter fulminatas. Cice. Tactus etiā ille qui hanc urbem condidit Rōulus significabatur nutu impatoris posse agros parare in quibus fulminatæ sunt arbores: Nā agri cā uictus sunt ut olī quercus. Tactus tpale indicat fore dānū q̄liter paciunt̃ arbores leuiter fulminatæ. ¶ Prædicere. Præloqui quoniā manifestum erat auguriū. ¶ Da. Dic sic contra Accipe nūc da naū. i. audi. ¶ Vrbē. De cæsare īterrogatus urbē describit. Verū id aut rusticana simplicitate ē ut ordine narrationis ignorato per longas ambages ad interrogata descendit: aut quia sine continente nō pōt esse contentum nec psona sine loco. Ergo rogatus de Cæsare locum in quo eū uiderat describit Est autē lōgum hyperbaton urbē quam dicūt & Hic illum uidi. ¶ Stultus. rusticus. ¶ Nostræ. Mantuæ. ¶ Quo. ad quam aduerbium pro noīe. ¶ Ouiū teneros. i. agnos & ē piphrasis. ¶ Depellere. a lacte remouere. ¶ Sic canibus cat. Vult Romā nō solum magnitudine: sed etiam genere diferre: & esse uelut alterum mundū: aut quoddam cœlum ī quo Cæsarem uidit: Nā in comparatione catuli ad canē aut hædi ad capellā quātitatis & non generis ponit differentiā. Qui uero dicit leo maior est cane & quātitatis & generis facit differentiā cōcludit igit̃ romā nō solum reliquis urbibus maiorē esse: sed eē aliq̄ aliā rē. s. eē sedē deoꝝ hoc probat p uiburnū & cupressum. Nā uiburnum breuissimū ē: cupressus maxīa Hoc genus argumētatiōis Aristoteles & Cice. ponūt. ¶ Cōponere. Cōpare. ¶ Quæ tāta. Ad magnū.n. aliqd necessitas uenire compelit: Hic mirat̃ hoīem rusticū Romā uidere potuisse. ¶ Libertas. Amor libertatis. Aliter āt seruus cupit libertatē q uult carere seruitute: aliter īgenuus q uult habere liberā uitā. i. p suo arbitrio agere ut nūc uult Vir. sub psona Tityri. Latēter āt carpit ea tēpora ī qbus libertas nō erat nisi Romæ. Vel īteliigamus Tityrum simpliciter ut pastorē locutū: nā Thocritus eū ubiq; mercenariū īducit. Sic Virgi. Tityre dū r̄deo breuis est uia pasce tapellas. ¶ Respexit inertē. Arguit suā inertiā q non prius Romā ierit & nō sit usus puer libertāte q̄ usus ē ꝓuectiori ætate. ¶ Cādidior barba. Aut mutatio psonæ ut qdā rusticus senex loquat̃ nō Vir. p allegoriā. Nā Vir. xxviii. annoꝝ scripsit bucolica: uel nō barba sed libertas dicat̃ candidior. Antea libertas illi fuerat sed non talis. ¶ Longo post tpe. Aut Arcaismos ē. Antiqui.n. Ante post & circū utriq; casui seruiebant: aut lōgopost una pars ē: & ut dicat uenit longopost: sicut multomagis multominus postmō. Hora. postmō qđ mihi obsit. ¶ Et longopost, ut postposita uideat̃ præpositio & ī uni-

Libertas

tatẽ coacta.¶ Peculi. more antiquo: Nam illi omne patrimonium peculium dicebant a pecore: in quo erat omnis substantia. Vnde & pecunia dicta est a peculio uel ad morsum temporis ptinet: Nã nũc tãtũ serui peculiũ dicimus: ergo patrimoniũ suũ ueluti seruus peculiũ iuidiose dixit: peculi pro peculii: p synerẽsim dixit.
CHRI. De cœlo tactas. in æneide oĩa uaticinãdi genera breuiter cõplexi sumus. inter quæ est aruspicina q̃ fulgura in se continet: Nam quæ fulmine tacta sunt incommodum aut calamitatem iis portẽdunt ad quos pertinẽt. Qua propter cũ Romæ aut capitoliũ aut alia loca publica fulmine tacta erãt ad repu. malũ spectare putabãt statimq; aruspices uel ex ipsa ẽt Etruria accersebãt. ¶ Tamen tãdẽ post lõgũ hunc de fulmine sermonẽ. ¶ Vrbẽ. locus & ædificia dicimus urbẽ habitatores ãt ciuitatẽ. ¶ Viburnũ. spes ẽ fruticis. ¶ Libertas. aliter seruus aliter ciuis optat libertatẽ. Seruus. n. optat a domio manumitti: ciuis q̃rit ut æquo iure in ciuitate uiuat ut libera sint iudicia & nemini nisi q sit in magistratu sit seruiẽdũ. Est ãt libertas alia naturalis: alia de iure gentium. Natura enĩ ii liberi sunt q cũ minus ualeãt corporis uiribus sapiẽtia & uirtute reliq̃s pstãt: qb₃ uero prudẽtia nõ adest & sola corporis ui nitũt ii seruiũt prudẽtiori debẽt ut ẽt i politicis ostẽdit Aristo. De iuš uero gẽtiũ ii dicũt serui q i bello capti uẽdi possunt & seruire cogũt. Dicit pterea libertas excelẽtia & magnitudo aĩ cũ nullo metu coherceri possumus qn freti optima cõsciẽtia aptis uerbis honestati æq̃tatiq; & publice utilitati fauẽus. Ergo ut illa supior libertas aut a fortũa aut a natura ẽ: sic hæc a bona mẽte & uolũtaria pficiscit quẽ admodũ reliq̃ uirtutes. ¶ Galathea. cõueniẽs nomẽ rusticæ mulieri q̃si lactis dea. Sũt q credãt illã põi p lidia q̃ Mãtuæ amauit ut deĩde Rõæ amaryllida. ¶ Peculi. peculiũ diffinit labeo esse id qđ seruus domĩ pmissũ sepatĩ a dominicis rõnib₃ hẽt. Sed & domio peculiũ eẽ posse ostẽdit Cel. & castrẽse peculiũ eẽ qđ a pẽtibus & cognatis militiæ degẽtibus dono ẽ datũ uel qđ filius militiæ acq̃siuit. Rusticos ait audisse Celsus: q pecuniã sine peculio fragilẽ eẽ peculiũ appellãtes qđ psidii cã ĩpõit. Vnđ Vulpia. peculiũ ait dictũ q̃si pusilla pecũia sit siue patrimoniũ pusillũ. Puto peculiũ eẽ qcqđ nr̃a ĩdustria acqrit ĩ q̃cũq; fortuna simus liberi an serui & id sẽsisse senes pecuniã sine peculio. i. sine nr̃o lucro fragilẽ eẽ.

Quãuis multa meis exiret uictima septis
Pinguis: & ingratæ premeretur caseus urbi:
Nõ unq̃ grauis ære domũ mihi dextra r̃dibat
Mirabar qđ mœsta deos amarylli uocares.
Cui pendere sua patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat: ipsæ te tityre pinus:
Ipsi te fontes: ipsa hæc arbusta uocabant.
Quid facerem neq; seruitio me exire licebat:
Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos:
Hic illum uidi iuuenem melibœe quot annis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsũ primus dedit ille petenti
Pascite ut ãte bões pueri summittite tauros. ME
Fortunate senex ergo tua rura manebunt
Et tibi magna satis quãuis lapis omnia nudus
Limosoq; palus obducat pascua iunco:
Non insueta graues tentabunt pabula fœtas.
Nec mala uicini pecoris contagia lædent.
Fortunate senex hic inter flumina nota:
Et fontes sacros frigus captabis opacum.
Hinc tibi que semper uicino ab limite sæpes
Hyblæis apibus florem depasta salicti
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea rauce tua cura palumbes
Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo. TI
Ante leues ergo pascentur ĩ æthere cerui:
Et freta destituent nudos in littore pisces:
Ante pererratis amborum finibus exul:

Si armenta magis studiū:uitulosque tueri:
Aut fœtus ouium:aut urentes culta capellas:
Saltus:& saturi petito longinqua tarenti:
Et qualem infœlix amisit mantua campum:
Pascentem niueos herboso in flumie cygnos:
Non liquidi gregibus fōtes.nō gramia desūt:
Et quantum longis carpent armenta diebus.
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

SER. Scipiadas duros.b. Scipiadas pro scipionibus dixit sicut amazonidum pro amazonum alibi posuit Scipiones autem duo fuerunt auus & nepos quorum unus leges uictæ carthagini imposuit alter eandem diruit.Hæc aūt omnia plenius in sexto diximus. Imbellem.a.r.ar.in.Auertendo reddis imbellē.Romanis autem arcibus:a romanis urbibus a romano imperio. Magna uirum: Virorum fortium & iam concludit laudans eam a uiris a fertilitate rerum a Saturni imperio. Tibi res & antiquæ laudis & aris:idest Tibi in tuam utilitatem scribo carmen georgicum. Antiqui autem laudis uel magnæ uel ꝙ apud antiquos ingenti honore fuit agricultura. Ascræumque carmen:Hesiodicum. Nam Hesiodus ascræus de ciuitate Ascra fuit. Nunc locus aruorum: Nunc inquit tempus est naturam agrorum describere. Ingeniis: Naturis.Multi culpant in hoc loco Virgili.ꝙ in unum coegit quattuor librorum propositiones.Nam de aruo & de consito & de pascuo: & de florido isto loco commemorat: quod ideo nō est reprehendendum quia non ea late exequitur sed captim & breuiter transit quæ latius explanat in singulis. Quæ robora cuique:Quæ sit uniuscuiusque possibilitas. Quis color:Quæ species.sicut dicimus quo color̄ ille recitauit idest specie.Licet breuiter etiam sit dicturus de colore terrarum. Difficiles:Pene steriles & parum creantes. Colles maligni:idest infœcundi. Tenuis ubi argilla.Sine humore quia est & pinguis. Dumosis : Spinosis & uepribus plenis.

Scipiones

Calculus:Lapis breuis terræ admixtus dictus calculus ꝙ sine molestia sui breuitate calcetur: Viuacis oliuæ:Diu uiuentis.Hinc supra Tardæ crescentis oliuæ.Res enim diu duratura tarde crescat necesse est.

Calculus

Tractu:Plaga regione. Dulcique uligine læta:Terræ uligo proprie est naturalis eius humor ex ea nunquam recedens.Bene autem dulci addit ad discretionem amaræ.Vliginosus ergo ager est semper humidus.Nam humidus dicitur q aliquādo siccatur. Fœlicem limum:Terrarum.s.idest fertilem. Nam fluminum limus est noxius. Huc:illuc. Filicem curuis inuisam:Filices radices sibi inuicem nexæ etiam cum auulsæ fuerint renascuntur. Olim:Quouis tēpore. Pateris auro:idest pateris aureis.endiaden facit:Vt Mollemquæ & montis. Pinguis tyrrhenus: Victimarum scilicet carnibus. Inflauit ebur:Tibiarum dicit qbus ī aurē sacerdotis cani solebat. Lancibus pandis:Aut patulis aut extorum pondere curuatis. Fumantia reddimus exta:Sacerdotū usus est uerbo.Reddi enim dicebantur exta cum probata & elixa aræ superponebant̄. Aut uerentes culta capellas:Omne enim quod momorderint urunt & exiccant.Vnde ē.Et admorso signata in stirpe cicatrix. Saturi: Aut fœcundi:aut ꝙ est iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim & Saturum uicinæ sunt sibi calabriæ ciuitates.Horatius.Me satureiano uectari rura caballo. Liquidi fontes:Puri sine pestilentia. Et quantum longis carpent armenta diebus Exigua tātū gelidus ros.n.r. Vt in æneī.diximus.Hoc dicit Varro ubertatem fuisse in rosulano agro postq̄ uellinus siccatus est lacus ut ibi longā perticam magnitudo superaret herbarum.

Vligo

Humidus

Saturꝝ Tarentum

CHRI. Te maxime cæsar:Magno artificio iam Peuenit ad laudes Cæsaris quod maxime cupiebat & ita rē

deduxit ut neque a laudibus italicis quas sibi proposuerat aberrare. Neque qua quidem re omnis laus euane scit quiq̃ per adulationem inferre uideatur. Indum: Ad indos nunquam peruenit Cæsar. Sed blanditur sibi quia pacato orbe terrarum indorum legatio ad eum romam uenit. Intelligit autem de Arabia quam domu it per. C. Aquilium & per æthiopiam quam superauit per Petronium. Salue mira & breuissima conclusio nã hac dictione salue colligit ex superioribus eam esse dignam ueneratione. Deinde per fruges infert copiã omnium quæ ex terra gignuntur quæ diximus esse pro bonis corporis per uiros intelligit uirtutes illorũ & egregia facinora quæ posuimus pro bonis animi. Præterea opera humão artificio edita ut urbes oppida & quæ iis similia sunt q̃ regioni erũt loco bonorum fortunæ. Saturnia. q. d. digna quæ saturnia appelletur digna quæ Saturnum auctorem præceptoremque tum morum tum agriculturæ habuerit. Tunc enim præceptor dignus est discipulus cum illi sese parem addiscendo reddidit. Saturnia: Saturnum ueteres putabant largitorem oium fœlicitatũ. Hinc fertilia loca saturno dedicabãt. Ergo saturnia. i. fertilis. Dionysius autem alicarnaseus ait in primo libro. Nullam terram fertilitate Italiæ comparabo. In quo loco demonstrat quicquid est quo carere uita non debeat nusquam esse prestantius q̃ in Italia. Tibi enim. idest in honorem tuum describo artem ipsã agriculturæ ex qua tibi prouenerunt laudes quæ antiquæ fuerunt utpote a Saturno profectæ. Ausus: Tanq̃ rem arduam & pene supra meas uires. Ascræum: Sententia ẽ primus apud latinos de re agraria uersibus scribã imitatus Hesiodum. Nam oratione soluta scripserant ante eum latine. M. Cato Sasernæ duo pater & filius Tremelius Scrofa. M. Terentius Varro. Imitatus ergo Hesiodũ qui uersibus græce de re agraria scripsit: Quãuis idẽ Menecrates Ephesius fecerit. Ascræũ: Qui ex ascra fuit hæc ut ipse scribit penes Heliconem est Vituperat̃ ãt ab eo suis uersibus. Appellat. n. rus ĩfœlix & q̃ hyeme dirum sit æstu triste & nullo tẽpore optabile.

Hunc locus: Pene propositionem restaurat. Ingeniis: Translatio ẽ ab homine. Habet. n. animus humanus duplicẽ uim alteram qua percipiant alteram qua iam percepta retineant Et illam quidem docilitatem hanc memoriã appellant. Vtrunq; autem complectuntur cum ingeniũ dixerunt. Ergo in hoc loco ingenium dixit innatam connaturalemq; uim quæquidem uaria in uariis terrarum generibus reperitur. Quæ robora: Ad quid quæque ualeat & iterpretatus est quid dixerit ingenia. Filicem: Filicis teste Plinio duo sunt genera alterum: nec florẽ habet nec semen phterigia uocant græci quam masculum putant ultra bina cubita crescunt nec graui odore sunt ex una radice plures exeũt. Alterum genus philipteon dicunt uel pterin est non fructicosa breuior molliorq; ac densior ad radicem cauliculta Radices utrique longe in obliquum nigræ præcipue cum inarueret. Difficile illa agri purgantur tamen renascantur nuper ortæ & adhuc tenellæ bacculo decuciũtur. Capellas urentes culta: Caprarum morsus arboribus exitialis est. Oliuam etiam lambendo sterilem reddit hoc animal sunt qui credant hoc prouenire ex illarum febricitanti adurentiq; & iccirco pestilenti anhelitu. Aiunt enim capras nunquam febre carere. Ob idque in uenditionibus a priscis non esse solitum prestari d̃ sanitate satisq; fuisse si uenditor diceret. Aio has capras bene esse beneq; bibere. Refert autem Archelaus non naribus sed auribus spirare. Ferunt quinq; mensibus ut oues pariunt quæ etiam quaternos raro senos. In pascendo semper ad altiora progrediuntur pinguescunt pinguedine sterilescunt. Quibus cornua sunt annorum numerum per incrementa nodorum ostendunt quæ illis carent mutilæ dicuntur. Tondentur in Cilicia capræ ut alibi oues. In Syria auribus mensura palmari: & dodrantali ac nõnullæ demissis adeo ut spectẽt ad terram ait Aristoteles. Vita ad octauum annum.

Files | capræ | Mutilæ

Nigra ferre & presso pĩguis sub uomere terra
Et cui putre solum nãq; hoc imitamur arãdo
Optima frumẽtis: non ullo ex æquore cernes
Plura domũ tardis decedere plaustra iuuẽcis
Aut unde iratus siluam deuexit arator
Et nemora euertit multos ignaua per ãnos
Antiquasq; domos auium cũ stirpibus imis
Eruit illæ. altum nidis petiere relictis.
At rudis enituit impulso uomere campus:
Nam ieiuna q̃dem cliuosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias: roreq; ministrat:
Et tophus scaber & nigris exesa chelydris
Creta: negant alios æque serpentibus agros
Dulcẽ ferre cibũ: & curuas præbere latebras:
Quæ tẽuẽ exhalat nebulã fumosq; uolucres
Et bibit humorẽ: & cũ uult ex se ipsa remittit.
Quæq; suo uiridi semper se gramine uestit:
Nec scabie & salsa lædit rubigine ferrum.

SERVI. Aut unde iratus: scilicet ĩfœcũditate diuturna. Antiquasq; domos: Aut reuera antiquas aut caras. Salustius Tantum antiquitatis curæque maioribus pro italica gente fuit. Est autem Ecbasis in ista descriptione. Ieiuna glarea: Sicca & sterilis terra. Cassia & rosmarinus apibus aptæ sunt herbæ. Tophus scaber: Lapis asperimus. Vnde & scabies dicta ab asperitate. Nigris chelydris: Nocẽtibus. Negant: scilicet nicander & Solinus qui d̃ his rebus scripserunt. Dulcem ferre cibum: Ordo ẽ æque dulcẽ hoc est tam dulcẽ. Quæ tenuẽ exhalat nebula: Nũc dicit agrum omnium rerum feracem. Quattuor q̃ppe imitat̃ genera agrorum: qui solus potest q̃d illi q̃ttuor: sicut sequẽtia indicat Fumosq; uolucres: Quasi fumo. s. ex humore. Quæq; suo semper: Naturali. s. non coacto. Nec scabie & salsa rubigine ferrum: Proprie ẽ. Nam rubigo quasi scabies ferri est. Talẽ diues arat capua: Ideo diues: quia talem arat. Et uicina uesæuo: Veseuus mons est Liguriæ sub alpibus positus. Nã cãpaniæ mõs quidã Vesuuius dicitur: pro quo multi uesæuum positũ uolunt. Et uacuis clanius nõ æquus acerris: Acerræ ciuitas ẽ cãpaniæ haud longe a Neapoli: quã Clanius preter fluit fluuius cuius frequens inundatio eam exaurit: und̃ ait uacu

Scabies | Vesuus | Acerræ | Clãius

Illa tibi lætis intexet uitibus ulmos:
Illa ferax oleæ est illã experiere colendo:
Et facilem pecori:& patientem uomeris unci.
Talem diues arat capua:& uicina ueseuo
Ora iugo:& uacuis clanius nõ æquus acerris:
Nũc quo quãq; modo possis cognoscere dicã
Rara sit an supra morem si densa requiras:
Altera frumentis quoniã fauet:altera baccho.
Densa magis cereri rarissima quæq; liæo
Ante locum capies oculis:alteque uidebis
In solido puteũ demitti omnemq; repones
Rursus humũ:& pedibꝰ sumas æqbis harẽas
Si deerit rarum pecorique & uitibus ulmis
Aptius uber erit si in sua posse negabunt
Ire loca:& scrobibus superabit terra repletis:
Spissus ager:glebas cũctantes crassaq; terga
Expecta:& ualidis terram proscinde iuuẽcis:
Salsa autem tellus:& quæ perhibetur amara:
Frigibus infœlix:ea nec mansuescit arando
Nec baccho gẽus aut pomis sua noĩa seruat.
Tale dabit specimen tu spisso uimĩe quallos:
Collaq; prælorum fumosis deripe tectis.
Huc ager ille malus:dulcesq; a fontibus ũdæ
Ad plenũ calcent̃:aqua eluctabitur omnis
Scilicet & grandes ibunt per uimina guttæ.
At sapor indicium faciet manifestus:& ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaro
Pinguis item quæ sit tellus hoc deniq; pacto
Discimus aut unq̃ manibus iactata fathiscit:

is.i.in frequẽtibus. Supra morem : Abundãter plus æquo. Isti autem uersus incomparabiles sunt tãtam habent sine perisologia aliqua repetitionem. Densa magis cereri:Bene addidit magis. Nã hoc uult ostendere quid ubi melius nascitur. Potest etenim frumẽtum in rara : & uinum in densa sed non fœliciter nasci. Locum capies: Eliges: ut Aut capere aut captas iam despectare uidentur. In solido: Ne ager sit concauus. Aptius uber erit:Aptior ubertas & fertilitas. Glebãs cunctantes : Validas: graues : & magnas ut Auidusque refringit cunctantem. Expecta : proba. Nec mansuescit arando: Dum arat ut alibi de arboribus:Ita exuerint siluestrem animum. Sua nomina: Propriam generositatem.Vt Et nos aliquod nomenque decus gessimus. Tale speciem:Talem probationem.Spisso uimine pro spissi uiminis. Prælorum : idest quallos per quos uinum defluit: qui & ipsi a colando dicti sunt Præla autem Trabes sunt: quibus uua iam calcata præmitur . Eluctabitur: Cum mora egredietur. Amaror : Amaritudo: & est sermo Lucretii & uera lectio. Nam multi Amaro legunt ut sit sensu amaro.

Præla

CHRI. Putre solum : Nam hoc facile se radicibus frumenti peruium prebet a radicibus aut omne alimentum accipit planta. Tardis:quoniam ponderosiora grana insunt. Silua : Hoc nostra tempestate usu compertum est cum inculta & siluosa nostri appennini iam coli cœpta sint In quibus ex singulis sextariis supra . xxv . reddidisse manifestum sit. Antiquas domos : Vtitur Ecbasi ut asperitatem præceptorum huiuscemodi festiuitate exilaret. Rorem: Rosmarinis appellatur græce uero dicitur Libanothis. Veseuo : Et Vesuuius & Vesulus & Veseuus dicitur iste mons Vesuuius igitur mons Campaniæ est:cui ab oriente Pompei sunt:nec procul est Neapolis:& Nola & Nuceria.De hoc scribit Stra.Hisce locis ĩcũbit mõs uesuuius amœnissimus habitatus agris: excepto cacumine:fructũ nullum ferẽtem.Sed cineres in prospectu habẽte & cauernosa antra saxis ignibus arrosis.Ergo plagã istam prioribus annis ardere solitam cõiecturis assequimur.Restrinctam autem esse cessante materia Quæ forte fertilitatis illius loci causa Extitit.Ex coctas eĩm Glebas pingue aliquid habere quod uerberiores fructus afferat.Est antlocus iste nobilitatus morte Plinii Nouocomensis. Nam dum ignium ex hoc mõte seatentiũ miraculum uisere cupiens ĩncautius naui accedit fauilla Cinere ac fauilla opressus neque ad uersantibus uentis remeare ualens:periit.Idẽ Basso poetæ euenisse dicunt. Montem autem hunc Vesuuium uterque Plinius & Suetonius de uiris illustribus : & Pompeius Strabo : & Eusebius de temporibus appellant. Est præterea Veseuus alpium mons: e cuius radicibus effluit Padus : sed de huius fertilitate nemo extat auctor. Nec Baccho genus. Eum saporem illi naturalis est. Non seruat ergo genus:quia degenerat. Specimen:cognitionem ab eo quod est specio uerbum ab usu remotum: sed sunt in usu composita ut aspicio: despicio : respicio & alia.

Vesuuius

Sed picis in morẽ ad digytos lẽtescit habẽdo
Humida maiores hærbas alit ipsaq; iusto
Lætior:ah nimiũ ne sit mihi fertilis illa
Neu se præualidam primis ostendat aristis:
Quæ grauis ẽ ipso tacitam se pondere ꝑdit:
Quæq; leuis prõptũ est oculis prædiscer̃ ni-
Et q̃sq̃s color:at sceleratũ exq̃rere frigus grã
Difficile est piceæ tantum taxiq; nocentes

SERVI. Habendo:dum habetur. Lẽtescit : cohæret. Iusto lætior:Vltra modum plusq̃ oportet. Ah nimium ne sit mihi fertilis illa:idest ne herbæ plusq̃ oportet crescentes spem adimant frumẽtorum. Vnde ait in primo : Luxuriem segetum tenera depascit in herba. Primis aristis:idest herbis surgẽtibus: quarum luxuries. Futuris frugibus nocet:quas culmi tenues ferre nõ possunt. Et q̃squis color: Vera lectio ẽ quisquis color. Nã male quidam & quiscuiq; legũt excludentes at ut sit. Et quiscuique color sceleratum exquirere frigus difficile est. Alii colos legũt ut exclusos fiat synalipha : & scandamus & quiscuique colat

Interdum:aut hederæ pandũt ueſtigia nigræ
His animaduerſis terram multo ãte meméto
Excoquer: & magnos ſcrobibus cũcidre mon
Ante ſupinatas aqloni oſtendere glebas tes
Q uã lætũ infodias uitis genus.optima putri
Arua ſolo.id uenti curant gelidæque pruinæ.
Et labefacta mouens robuſtus iuge ra foſſor.
At ſi quos haud ulla uiros uigilantia fugit:
Ante locũ ſimilẽ exquirũt:ubi prima paret
Arboribus ſeges: & quo mox digeſta feratur:
Mutata ignorent ſubito ne ſemina matrem:
Q uin etiam cæli regionẽ in cortice ſignant.
Vt quo quæq; modo ſteterit:q̃ parte calores
Auſtrinos tulerit:quæ terga obuerterit axi:
Reſtituant:adeo in teneris cõſueſcer̃ multũ ẽ.
Collibus:an plano melius ſit ponere uites
Q uære prius:ſi pĩguis agros mactaber̃ cãpi
Denſa ſere:in dẽſo nõ ſegnior ubere bacchus.
Sin tumulis accliue ſolũ colleſq; ſupinos:
Indulge ordinibus:nec ſecius omnis in ũguẽ
Arboribus poſitis ſecto uia li mite quadret:
Vt ſæpe ingenti bello cũ longa cohortes
Explicuit legio:& cãpo ſtetit agmen aperto
Directæque acies:& late fluctuat omnis
Aere renitenti tellus:nec dũ horrida miſcẽt
Prælia:ſed dubius mediis mars erat in armis.
Omnia ſint paribꝰ numeris dimenſa uiarũ
Nõ animũ modo uiti paſcat ꝓſpectus inanẽ
Sed qa non aliter uires dabit omnibꝰ æqs
Terra:nec inuacuũ poterunt ſe extẽder̃ rami.

ſceleratum ut ſit quemadmodum: Inter ſe coiiſſe ui ros & decernere ferro:quo non procedit.Tũc enĩ r i s mutat̃ cũ longa opus ẽ ſyllaba ut labor labos: honor & honos.Hic autẽ non ſolũ longam facit ſyllabã: ſed etiã excludit̃ s cum ſuperiori uocali:unde legendum ẽ & qſquis color.Quod nec obſcuritatum affert: nec fidẽ derogat lectiõi. Sceleratum:Nocẽs oĩa exurẽs.

Hederæ Hederæ pãdũt ueſtigia nigræ: Hederæ indicant fri gus:nam ueſtigia ĩditia dicit Nigræ aũt dicit ad alba rũ diſcretiõem:ut Hedera formoſior alba. His aiad uerſis.i.agri qualitate depræhenſa. Terrã multo an te memento excoquere : Hoc dicit non eſſe eo anno ponendas uites:quo fodiunt̃ ſcrobes: ſed poſt ãnum ut calore & frigore: & labore ruſtici poſſit terra pu treſieri. Infodias:Obruas. Et labefacta moues: Hy pallage moues & labefacies. Ante locũ ſimilẽ exqui runt:Dicit in trãſlatione arboꝝ ſimilem terrã eſſe re quirẽdã. Arboribus ſeges:Quia de ſemiario loquit̃ arboꝝ:bene ſegetẽ appellauit. Digeſta:Ordinata:ut Digerit ĩ numerum. Matrem:Terrã:ut Antiquam exquirite matrem. Quæ terra obuerteret axi : Se ptẽtrioni.Nam græce αποξα dicit̃. Collibus in pla no:At qui ſupra ait Deniq; aptos bacchus amat col les:ſed etiã in uallibus poni poſſe uites ſupius indica uit:ut Hic tibi ꝑualidas olĩ multoq; fluentes Sufficiet baccho uites.Vnde modo utrũq; complectit̃:& dicit queãdmodũ ĩ colle uites ponere d̃beamus. Metabe

metor re:Eliges & lõge alia ſignificatio ẽ metor metaris:un de Lucanus:Heſpios audax ueniã metator ĩ agros:&

Metior alia metior metiris.Illud.n.metatus ſũ:hoc mẽſus ſũ facit. Denſa:Pro denſe:ut Et pede terrã crebra ferit: ꝑ crebro. Indulge ordinibus.i.da opam:& ordies ef fice largiores.Nã de plão ait denſa ſere. In unguem: Ad perfectionem & eſt trãſlatio a marmorariis : qui iuncturas unguibus ꝓbãt.Horatius. Ad unguem fa ctus homo. Arboribus poſitis : Vitibus ordinatis. Secto:Ducto.Vnde & ſectæ philoſophorum dicũ tur.i.ductus. Quadret:Cõſentiat:cõgruat.Tranſla tio a quadris lapidibus:qui ſibi bene conueniũt. Flu ctuat:ſplendet. Numeris : ordinationibus. Vti paſ cat:delectet.Vt atq; animum pictura paſcit inani.

CHRI. Ah nimiũ ne ſit:Oratio pathetica quæ ut plurimũ impfecta ꝓfert̃:aut ex indignatiõe:ut Quos ego. Aut ex dolore:ut Ah ne te frigora lædãt.Ah tibi.n.t.g.ſ.a.p.Ergo & ex dolore pathetica ẽ oratio.Itaq; ſubitelli

Picea gendũ ẽ uereor. Taxiq;.n.De hac arbore ĩ ſupioribus dictũ ẽ. Piceæ:arbor unde ẽ pix.Hæc ĩ frigidis monti bus orit̃:feralis arbor & funeri inditio ad fores poſita:gẽmã cãdidã gerit:& Thuri ita ſimilem ut admixta di

Hedera noſci nequeat.Aſia picem ĩdicam ꝓbat:Græcia piericam:Virgi.naritiã. Hederæ nigræ: Hedera iam dicit̃ in Aſia naſci:negauerat Theophraſtus:nec ĩ India niſi in mõte Mero Harpalus ut ĩ Medis ſereret fruſtra multis modis laborauit.Alexãder auctor ex India ob raritatẽ corõato exercitu rediit exemplo Bacchi. Inimica arbor ſatis omnibus frigori ſerpẽtũ gratiſſima.Vt miꝝ ſit ĩ ullo honore haberi.Mas iuenit̃ & fœmina.Mas maior corpore & filio duriore & pinguiore:flore ad purpurã accedẽte.Vtriuſq; aũt flos ſimilis ẽ roſæ ſilueſtri niſi q̃ caret odore herbaꝝ.Teſte Plinio ſpẽs tres ſunt:cãdida:nigra :& elix.Hæ ſpẽs ĩ alias diuidunt̃.Nã alia tãtũ fru ctu cãdida:alia & folio.Fructũ uero cãdidũ ferentiũ aliis dẽſus acius & grãdior racemus ĩ orbẽ circũacti q uo cant̃ corymbi.Aliis mĩor acius ſpſiorq; racemus.Simili mõ ĩ nigra:alii ſemẽ nigꝝ:alii croceũ:ex his mĩus ni gra folia habentẽ qdã nyſiã:alii bacchiã dicũt maximis exiſtẽtibus iter nigras corymbis.Apud græcos qdã hu ius duo genera faciũt a colore acioꝝ erythranũ.i.rubris acinis & chryſocarpũ.i.aureis Elicis tria genera herba cea:altera cãdido folio:tertia uerſicolos q̃ thracia dr̃.Adoleſcit ĩ lõgitudĩe herbacea.Arbores aũt necat cãdida: oẽmq; ſuccũ auſert.Tãta enĩ craſſitudĩe auget̃ ut ipa arbor fiat.Eſt & frigẽs hedera q̃ ſine adminiculo ſtat: ob idq; uocata ciſos:cõtraq; q̃ nũq̃ niſi humi ſerpit thameciſos dr̃.Arabice uocat Aſſã ſiue Thalibech :ſimilis hed ræ:Similax dẽſis gẽiculta caulibus.Spĩoſa fruticoſa ramis folio hederaceo ꝑuo nõ ãguloſo emittit pãpios flor cãdido olẽte liliũ.Fert racemos labruſcæ mõ colore rubro.Infauſta oĩbus ſacris & corõis quoniã ſit lugubris uirgine eiuſdẽ nominis ꝓpter amorẽ pueri croci mutata in hunc fruticẽ.Eſt ſimilace fiũt codicilli Huius mate

tia auribus admota leuē somnū reddit. Si uas ex hedera fiat & uinū infundat̄ transmittit uinū aq̄ siq̄ fuerit ad mixta remanēte. Si lau℞ hedra terras uel cōtra ignis elicit. Mōtes: Saxa. Cōtra saxū ꝓ mōte auilōi Cuius fri gore recoquant̄. Lætum: uel fertile: ut Quid faciat lætas segetes. Vel qđ lætū reddant hominē: ut dicit̄ mors pallida & frigus iers. Iugera: ab eo qđ ē iuger. Sed & hoc iuge℞ ēt dicit̄. Arboribus seges: Semiaria appellāt ātiq loca ī qbus bene subactis dēse serāt̄ arbores q̄ deīde adultiores factæ: sed ad huc nouellæ p agg℞ deide ī or dinem & debitis interuallis digerant̄. Hanc igit̄ segetem appellat: & semina ipsas arbores nuncupat. Duo au tem præcipit primum ut uellēs e seminario plantā eam trāsferas ī terram similē & nō dissimilem ne ignorēt matrē. i. terram unde nutrimētum accepturæ sunt: quam ignorarēt si essent dissimiles illi ī qua satæ natæq; eēnt Secūdum ut partes arboris restēt urgētes ad eas partes cæli ad quas uergebāt ī seminario. In teneris con suescere multū ē. Sētētia ē color rhetoricus: q̄ extēdit̄ ad oīa ī quibus ē aliqua aīa aut rōnalis aut sensitiua: aut uegetatiua. In his enim ipa a teneris annis consuetudo alteram pene naturam facit. Indulge ordinibus: Vt certo spatio inter se distent ut telus quæ minus suc/ cis habet non habeat densiora quam alere possit.

Semīaria

Forsitā & scrobibus quæ sint fastigia quæras.
Ausim uel tenui uitē committere sulco.
Altius ac penitus terræ defigitur arbor
Aesculus in primis quæ quātū uertice ad auras
Aetherias: tantū radice in tartara tendit
Ergo nō hyemes illā: nō flabra neq; hymbres
Conuellunt: immota manet multosq; p ānos
Multa uirum uoluens durando sæcula uicit.
Tum fortes late ramos & brachia tendens
Huc illuc media ipsa ingentem sustinet ūbrā
Neue tibi ad solem uergant uineta cadētem:
Neue inter uites coryllum sere: neue flagella
Sūma pete: aut sūma defrīge ex arbore plātas
Tantus amor terræ: neu ferro læde retuso
Semina neue oleæ sylustres insere truncos:
Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis:
Qui furtim pigui primū sub cortice tectus
Robora comprendit: frondesq; elapsus ī altas
Ingentem cælo sonitum dedit: inde secutus
Per ramos uictor: perq; alta cacumia regnat.
Et totum iuoluit flammis nemus: & ruit atrā
Ad cælum picea crassus caligine nubem.
Præsertim si tempestas a uertice syluis
Incubuit: glomeratque ferens icēdia uentus.
Hoc ubi: non astirpe ualent: cæsæque reuerti
Possunt: atque ima similes reuirescere terra.
Infœlix superat foliis oleaster amaris
Nec tibi tam prudens quisq̄ psuadeat auctor
Tellurem borea rigidam spirante mouere.
Rura gelu tūc claudit hyems nec semīe iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima uinetis satio: est cum uere rubenti
Candida uenit auis longis inuisa colubris:
Prima uel auctūni sub frigora cū rapidus sol
Nūdū hyemē contingit eqs iā præterit æstas:
Ver adeo frondi nemorum uer utile syluis:
Vere tument terræ: & genitalia semia poscūt:

SERVI. Forsitā & scrobibus quæ sint fastigia quæras: Vt etiam supra diximus: Scrobes masculini sunt generis. Nam & Cicero in Oeconomicis sic dicit. & Plautus ait: Sexagenos Scrobes. Minor autem est Lucani Gracchi auctoritas. Nam Lucanus ait: Exi/ gua posuit Scrobe. Gracchus: Abūde fossa Scrobis ē: quod exemplum in Terentiano est. Quæ sint fa/ stigia quæras: Fastigium & summæ & infimæ par/ tis possumus dicere Sicut altum & mare & cælum dicimus. Hinc est Cælumque profundum. cum & puteus sit profundus. Ausim: Ausus sim: uel au/ debo. Sulco: idest fossa. Aesculus in primis: Ar/ bor est glandifera: quæ licet ab esu habeat deriua/ tionem tamen per æ scribitur: sicut & cælatum qđ est participium licet a celo celas sit dictum. Flabra Hoc nomen tantum pluralem recipit numerum: ab eo uero quod Flamina flamen possumus accipere: licet sit uitandum propter aliam significationem Nā dicitur flamen dialis: flamen martialis. Neue inter uites corylum sere: Radices enim eius nocent uiti/ bus. Neue flagella summa pete: Flagella dicuntur summæ arborum partes: ab eo quod uentorum cre bros sustinent flatus. Tantus amor terræ idest sic di/ ligenter a rusticis ager est colendus. Ferro retuso: Obtuso quo uites quasantur potius q̄ putantur. Ne ue olæ siluestres: Non q; non prosit: sed ut etiam ipe dicit propter casum incendi. Incautis pastoribus: Negligentibus: & circa alia occupatis. Ruit atra nu/ bem. Egerit & emittit: & ruere facit Nam modo rui it actiuam habet significationem. Auertice: ab aqui lone: Vt Hic uertex nobis semper sublimis. Ferens: Flans: ut fieret uento mora nequa ferenti. Hoc ubi: Subaudi contigerit. Infœlix: infœcundus & sterilis. Superat: superest: ut Quid puer ascanius Superat ne. Nec tibi tam prudens: Dicit quo tempore ui tes sunt ponendæ. Et probat tolerabilius auctun/ no: melius uerno Nam dicturus: Ver adeo frondi nemorum: Ver utile siluis. Concretam radicem: Ante enim quasi gutta quædam ex terra & humo/ re procreatur: Quæ postea tenditur in radicem. Verre rubenti: Floribus splendido. Candida auis: Iuuena. Serpente Ciconia pullos pascit. Vere tu/ ment terræ: Asper simpliciter accipit: ut terræ no/ minatiuus pluralis numeri sit quæ dicuntur uerno tumere: & semina poscere. Donatus uero terræ ge/ nitiuum uult eē singularem: ut sit sensus mutata di/ stinctione Veræ tumēt siluæ. s. a superioribus terræ: & gēitalia semina requirunt terrarū. Sed melius As/

Fastigium

Aesculus

flagella

Genitalia — perum sequimur:ut genitalia semina:quæ nos iacimus itelligamus:non quæ siluæ ex terra suscipiunt.Genitalia autem dicimus semina:quibus aliquid procreatur: & gignitur. Tument: Suspenduntur.

Fastigium — CHRI Fastigia:Nomen mẽsuræ est fastigium medium & ad infera ut in hoc loco:& ad supera:ut Sũmi ad fastigia tecti.Sed & id quod erigitur supra ædificiorum culmen ornatus gratia:& a tota latitudine surgere incipiens paulatim tollitur in acumen:quod uulgus frontispicũ uocat.Hinc illam formam in quacunq; re fastigiũ dixer̃. Hic Pli.folia fastigiata dixit. Aesculus:In dſcribẽda hac arbore isistit ut huiuscemõi uarietate iocũdius reddat poema. Media ipa:Stipitẽ itelligit qđ i medio ramorũ positus ẽ. Cadẽtẽ: Occidentalẽ. Semia:

Semia — tenellas plãtas. Semie iacto:Imposito malleolo. Nã semẽ nõ solũ de granis segetũ siue pomorũ dicimus:sed etiã de uirgultis unde arbores serũt & ipas nouellas arbores q̃ e semiario trãserũt: semia appellãt. Vere tumẽt.q.d.facile cõcipiũt ex natura sua calida & hũida.

Tum pater oĩpotens fœcundis ĩbribus æther
Coniugis in gremiũ lætæ descendit:& omnes
Magnus alit magno cõmixtus corpore fœtus.
Auia tunc resonant auibus uirgulta cãoris:
Et uenerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager:zephyriq; tepẽtibꝫ auris
Laxant arua sinus: supat tener oĩbus humor
Inque nouos soles audent se gramina tuto
Creder̃:nec metuit surgẽtes pãpinus austros:
Aut actum cælo magnis aquilonibus imbrẽ.
Sed trudit gẽmas:& frondes expli cat omnis.
Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies:alium ue habuisse tenorem
Crediderĩ:uer illud erat:uer magnus agebat
Orbis:& hibernis parcebant fratribus euri.
Cum primũ lucẽ pecudes hausere:uirumq;
Ferrea progenies durum caput extulit aruis.
Immissæque feræ siluis:& sydera cælo:
Nec res hunc teneræ possent perferre laborẽ
Si non tanta quies iter frigusque caloreque
Iret & exciperet cæli indulgentia terras.
Q d̃ supest q̃cunq; premes uirgulta p agros
Spge fimo piugi.& multa mẽor occule terra
Aut lapidẽ bibulũ:aut squallẽtis isođ cõchas:
Inter enim labentur aquæ:tenuisque subibit
Halitus atque animos tollent sata:iãque repti
Q ui saxo super atque ingentis põdere testæ
Vrgerent:hoc effusos munimen ad imbres:
Hoc ubi hiulca siti findit canis æstifer arua
Seminibus positis superest deducere terram
Sæpius ad capita:& duros iactare bidentes
Aut presso exercere solum sub uomer̃.& ipsa
Flectere luctãtes inter uineta iuuencos.
Tum leues calamos:& rasæ hastilia uirgæ
Fraxineasq; aptare sudes:furcasque bicornes.
Viribus eniti quarum:& contẽnere uentos
Assuescant:summasq; seq tabulata p ulmos:
Ac dum prima nouis adolescit frondibꝫ ætas

SERVI. Tum pater omnipotens: Interdum pro aere Iuno: pro æthere Iuppiter accipitur.Aliquotiẽs & pro aere pro æthere Iuppiter: Iuno uero Pro terra & aqua ponitur:sicut hoc loco itelligimus Nã æther non habet pluuias. Vnde Iouem pro æthere accipimus cui attribuuntur aer & æther: quæ duo mixto terræ & humori uniuersa procreãt.Dicit autem uerno tempore esse pluuias: quibus cuncta nascuntur: unde & fœcundis imbribus dixit: quibus terra fœcundatur. Commixtus corpore: Pro corpori: ut Hæret pede pes. Item alibi & magno se corpore miscet.Licet possimus acciper̃ mixtus terræ magno suo corpore idest æthere. Certis diebus: Statutis legitimis a natura arcana quadam ratione dispositis ut tractat. Lucretius qui dicit rationem hanc æthereo calore descendere. Almus ager: Ab eo q; nos alat.

Zephyri:Fauoni: Alibi zephyro putris se gleba resoluit. Horatius:Soluitur aeris hyems grata uice ueris & fauoni. Nouos soles: Vernales dies. Nec metuit surgentes pãpinus austros: Varia dicit: nam supra ait: Audent se gramina committere. Trudit gemmas: Propellit: effudit in folia. Non alios prima: Hoc secundum licentiam poeticam dixit Nam falsum est Constat enim post factum mundum ex qualitate cursus solii tempora esse diuisa. Tenorẽ: Ductum. Ver illud erat: Absoluta locutio: quicqd illud fuit:uer fuit. Hibernis: Asperis: sæuis. Ferrea progenies: Procreata ex lapidibus ad laborem. Alibi Vnde homines nati durum genus. Immissæque feræ siluis:Hunc ordinem ꝑpter arcadas tenuit:qui se proselenos esse asserunt.i.ante lunam natos:quod & Cicero i fundaniana commemorat: & Statius q ait. Arcades astris lunaque priores. Laborem:Vel frigoris:uel caloris:Si non tanta quies iret. Tranquillitas: & est ueris diffinitio. Quod superest:Non quod deest. Sed quod sequitur. Premes: demerges: fodies.

Quacunque uirgulta:Siue de plantariis:siue de arboribus. Lapidem bibulum:qui arenarius uocatur.

Aut squallentes infode conchas:Cocleæ propter admittenda spiramina: nfodiunt̃.Lapis uero arenarius aut ꝑpter spiramia:aut propter hauriendum humorem.Si forte nimius fuerit. Squallentes: Sordidas. Animos tollent:Sument ex his rebus magnanimitatem. Iamque reperti: Scilicet sunt diligentiores. Effusos ad imbres: idest contra nimias pluuias.

Hiulca siti: Prænimiis caloribus scissa. Ad capita: silicet uitium positarum. Et duros iactare bidentes:Hoc ad cõminuendas pertinet glebas. Flectere luctãtes iuuẽcos.Cũ quedã moderatiõe ducere: ne tenera adhuc uirgulta cõcutiãt. Leuis calamos.i. nitidos. Et rasæ hastilia uirge:Præcipit & cãnas i uirgas

Parcendum teneris:& dum se lætus ad auras
Palmes agit laxis per purũ immissus habenis

radi oportere:ne uidelicet ex corticibus rubigo aduersa uitibus procreari possit. Tabulata sunt rami effusi ores: & in plana tendentes: non ad altiora crescentes. Per purum: idest per aerem.

Tabulata

CHRI. Tum pater: Iouẽ multis mõis ĩtelligi suo loco demõstrauimus. Modo. n. Iouẽ stellã illã salutarẽ: q̃ ĩ ordine secũda ẽ mõ ꝓ aĩa mũdi. Sæpissime aũt ꝓ ipo sũmo deo quo oĩa sunt ĩtelligimus. Nõ nunq̃ uim ipam duoꝝ supioꝝ elemẽtoꝝ quæ actiua est p Iouẽ exprimimus: q̃ dum agit ĩ hæc duo ĩferiora ad generationẽ & corruptionẽ eoꝝ q̃ assiduo mutanť omnino facit. Iunonẽ uero ipsa duo inferiora elemẽta aquã terramq; ĩtellexerũt physici: q̃ passiua nũcupat. Vnde quoniã piter ad gignẽdũ cõcurrũt fratrẽ ac sororẽ dixerũt: quoniã uero illa agũt: hæc patiunť: Iouẽ maritũ quoniã masculinã agẽtẽq; Iunonẽ uxorẽ quoniã fœmineã patientẽq; uĩ obtĩet: appellarũt. Verno igr̃ tpe pp maximã elemẽtoꝝ cõtempẽratiã cũ iã calor ĩ humidũ agere ĩcipiat: recta tẽperie dicimus Iouẽ actiuã uĩ fœcũdis ĩbribus. i. gẽitiuo humore descẽdere ĩ gremiũ Iunonis. i. terræ q̃ agentẽ uim tãq̃ fœmĩa uirile semẽ accipit. Late: passim. Auia: ex illa. n. contẽperie caloris ĩ humidũ excitať natura ita ducẽte desideriũ ad ꝓcreãdũ: ex quo dsiderio & aues suauiter queruntť: & aĩalia cũcta salire & inire cupiũt: & ĩ terra ipa plãte ĩ qbus nõ ẽ sensitiua sed uegetatiua uis pturiũt. Venerẽ: sic dictã uel q; ĩ oĩa uẽiat ut ĩferius. Omne adeo gẽus ĩ terris hoĩumq; feraꝝ. Et. g. æ. p. p. q. u. ĩ furias ignẽq; ruunt amor oĩbus idẽ. Certis. d. uernali tpe qđ singulis ãnis statuto tẽpore redit: uel qa certo quodã tpe & non omni fœmina marẽ expetit: exceptis ut ait Aristo. muliere & eq̃: q̃ omni tẽpore etiã fœtæ cõcubitũ expetũt. Itẽ iis q̃ supfœtãt. i. q̃ adhuc pgnantes aliũ fœtum cõcipiunt ut lepores. Almus: qa suis fructibus nos alat. Zephyri: uenti sunt occidẽtales: qui uere flantes sua cõtemperãtia caloris & humoris terrã ad uarios cõceptus aptam reddũt. Dicunť au tẽ ab eo qđ ẽ ζέω. i. ferueo: qa illis terræ cõcalescentes grauidæ reddunť. Laxãt: quod caloris ẽ ut frigoris cõdensare. Supat: abũde est qđ nõ ita ĩ reliqs ãni tẽporibus accidit. Tener: quasi nouellus ꝓpter ãni prĩcipiũ: & q facile ad qđ uis gingẽdũ uerti possit. Nouos: renouatos pp principiũ ãni. Sed trudit gẽmas &. f. ex. o. aliaꝝ ab altero ẽ. Primo. n. turgẽt oculi ĩ ramis: & hæ gẽmæ dicunť: ꝓdeũt frõdes. Nõ alios: uerisimile uideť principium mũdi a uere fuisse. Et secũdũ Macrobiũ ĩcipiẽte die illo q primũ omniũ illuxit: q ĩđo iure natalis mũdi uocať fuit aries ĩ medio cæli: & quia mediũ cælũ quasi mũdi uertex est: iccirco aries ut mundi caput ĩ exordio lucis apparuit. Sed de hoc dictum est in alio loco.

zephyri

Ipsa acie falcis nondum tentanda: sed uncis
Carpendæ manibus frondes ĩterque legẽdæ
Inde ubi iam ualidis amplexæ stirpibꝫ ulmos
Exierint: tum stringe comas: tũ brachia tõde
Ante reformidant ferrum: tum denique dura
Exerce imperia: & ramos compesce fluentes.
Texende sepes etiã: & pecus omne tenẽdũ est
Præcipue dũ frõs tenera: imprudẽsq; laboꝝ:
Cui super indignas hyemes: solẽque potẽtẽ
Siluestres uri assidue capreæque sequaces
Illudunt: pascuntur oues: auidæque iuuencæ
Frigora nec tantum cana concreta pruina:
Aut grauis incubens scopulis arẽtibus æstas
Quatum illi nocuer greges: duriq; uenenũ:
Dentis. & admorso signata in stirpe cicatrix.
Non aliã ob culpã baccho caper omnibꝫ aris
Cæditur: & ueteres ineunt proscænia ludi:
Præmiaque ingentes pagos: & compita circũ
Thesidæ posuere: atque inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos saliere per utres:
Nec non ausonii: troia gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt: risuq; soluto
Oraque corticibus sumunt horrẽda cauatis.
Et te bacche uocant per carmina læta. tibique
Oscilla ex alta suspendunt molia pinu:

SERVI. Ipsa acie facilis nondum tentanda: si acies legerimus: hic erit sensus: Teneris ad huc uitibus nõdum est falcis acies necessaria. Si acie subaudimus uirgulta: ut sit ipsa uirgulta nondum falcis acie tentãda sunt. Stirpibus: solidioribus palmitibus: idest trũcis. Texendæ sepes etiam: alii hic distinguunt: alii separant. Texendæ sepes: etiam & pecus omne tenendum. Dum frondis tenera: uera lectio est frondis. Lucretius: frondiferasq; domos auium. Hodie uero & a fronte & a fronde unus est nominatiuus frons: ut frons frontis & frons frondis: sicut & lens a lente: & a lende capitis breuiore pediculo. Indignas autem hyemes: sæuas. Solem potentem ĩtolerabilem: grauem. Siluestres uri: Boues agrestes qui in pirenæo nascunť monte posito inter gallias & hispanias Sunt autem exceptis elephantis maiores cæteris animalibꝫ dicti uiri ἀπὸ τῶν ὀρῶν. i. a mõtibus. Capreæq; sequaces: psecutrices: ut Maleæq; sequacibus undis. Incumbens scopulis. i. etiam saxa calore penetrans. Admorso: participium ẽ: ac si diceret abroso. Non aliam ob culpam: uictimæ numinibus aut per similitudinem: aut per contrarietatem imolanť: per similitudinem ut nigrum pecus Plutoni: per contrarietatem ut porca quæ obest frugibus Cereri: & cap qui obest uitibus Libero. Item capra Aesculapio qui est deus salutis cum capra nunq̃ sine febre sit. Aris autẽ omnibus: nõ sine causa dixit. Nam cum numinibus cæteris uariæ pro qualitate regionum sacrificeť: ut. Veneri Paphiæ tantum de thure: Vnde est Haud equidem tali me dignor honore. Genitrici: uero Veneri idest. Romanæ etiam de uictimis libero ubique caper imolatur. Veteres ineunt proscænia ludi. Primi ludi: Theatrales ex liberalibus nati sũt: iđo ueteres ait. Proscænia autem sunt pulpita ãte scænam:

Proscænia

in quibus ludicra exercent̃. Præmiaq; ingentis:ideſt per quadriuia:quæ compita appellant̃ ab eo quod mul
Pagãi tæ uiæ ĩ unam cõfluant: & uillas q̃ pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν.i.a fontibus circa quos uillæ conſueuerãt condi.un-
de & pagani dicti ſunt quaſi ex uno fonte potãtes. Compita:unde ludi compitalitii. Theſidæ: athẽſenſes:q
primi ludos ĩſtituere liberales. Mollibus ĩpratis:unctos Vel oleo uel lixiuia.In pratis aũt ideo ne læderent̃ ca
dẽtes.Vtres uero fiebãt ad ĩſultationẽ etiã motuoꝝ corpoꝝ:ne qd ex eis eſſet qđ nõ ſentiret iniuriã. Salieṙ :ſe
cundũ artẽ dixit.Nã antiqui ſalio ſaliui dicebãt:nũc aũt & ſalui:Vnde dicit Cicero ĩ Miloniana. Cũ hic de rhe
da reiecta penula deſiluiſſet:ſic etiã ab eo quod ẽ cano nõ cecini:ſed canui dicebãt.Vnde Saluſti.Cornua occa-
nuerũt. Nec nõ auſonii troia gens.i.etiã romãi hos ludos celebrant & canũt.Nã hoc eſt uerſibus ĩcomptis lu-
dunt.i.carminibus ſaturnio metro cõpoſitis:quod ad rhythmũ Solũ uulgares cõponere conſueuerũt.Hora.
Libertaſq; recurrentes accepta per ãnos luſit amabiliter. Riſu'q; ſolito.i.cachĩno. Oraq; corticibus ſumunt:
quia neceſſe erat ꝓ rõne ſacroꝝ aliqua ludrica & turpia fieri: qbus poſſet populo riſus moueri q ea exercebãt
pp uerecũdiæ remediũ hoc adhibuerũt:ut pſonas factas de arboꝝ corticibus ſumerẽt:ne agnoſcerẽt̃. Et te-
bacche uocãt:Hymnos in tuũ honorẽ canũt. Tibiq; oſcilla mollia:pẽſilia:ut pilẽtius matres ĩ mollibus Oſcil
loꝝ aũt uariæ ſunt opiniones.Nã alii hanc aſſerũt fabulã.Icarus atheniẽſis pater Erigões cum acceptũ a Libe-
ro patre uinũ mortalibus ĩdicaret:occiſus eſt a ruſticis:q cũ plus æquo potaſſẽt & iebrietati uenenũ ſe accepiſ
ſe crediderãt:huius canis ẽ reuerſus ad Erigonẽ filiã:q̃ cũ eius comitata ueſtigia pueniſſet a pr̃is cadauer: laqo
uitã finiuit.Hæc deoꝝ uolũtate ĩter aſtra relata ẽ:quã uirginẽ uocãt.Cãis ẽ ĩter ille ſydera collocatus.Sed poſt
aliquãtũ tẽpus atheniẽſibus morbus ĩmiſſus ẽ talis:ut eoꝝ uirgíes quodã furore ad laqueũ cõpellerẽt. Reſpõ
ditq; oraculũ ſedari poſſe illã peſtilentiã:ſi Erigones & Icari cadauera requirerent̃:q̃ cũ diu quæſita nuſquam
ĩuenirent̃:ad oſtẽdendã deuotionẽ ſuã atheniẽſes:ut etiã ĩ alieno ea q̃rere uiderent̃ elemẽto:ſuſpẽderũt de ar-
boribus funẽ:ad quẽ ſe tenẽtes hoíes hac atq; illac agitabant̃:ut etiã q̃ſi in aere illoꝝ cadauera q̃rere uiderent̃.
Sed cũ íde pleriq; caderẽt:inuentũ eſt ut formas:uel pſonas ad oris ſui ſimilitudinẽ facerent:& eas ꝓ ſe ſuſpen
derent:& mouerẽt:unde & oſcilla dicta ſunt ab eo quod ĩ iis cillerent̃.i.mouerent̃ ora.Nam cillere eſt moue-
re.Vnde & furcillæ dictæ ſunt:quibus frumenta cillent̃.Alii dicunt oſcilla eſſe mẽbra uirilia de floribus facta
quæ ſuſpẽdebant̃ p ĩtercolũnia: ita ut in ea homines acceptis clauſis perſonis ĩpingerent̃:& ea ore cillerent.i.
mouerẽt ad riſum populo cõmouẽdũ.Et hoc ĩ Orpheo lectũ ẽ.Prudẽtioribus tamẽ aliud placet : q dicunt ſa
cra Liberi pr̃is ad purgationẽ aíæ ptinere.Oís autẽ purgatio aut p aq̃s:aut p ignẽ fit aut p aerẽ:ſicut ĩ ſexto:ait:
Aliæ pãdunt̃ ĩanes Suſpẽſæ ad uentos:alii ſubgurgite uaſto Infectum eluit̃ ſcelus:aut exurit̃ igni. Vt nũc per
oſcilla genus purgatiõis:quod maximum eſt intelligamus.Nam primum aquæ ſecũdum ignis.Tertiũ aeris.
CHRI. Interq; legẽdæ:Vt rariora oía ſint ĩ arbore quo ſol facilius per oía penetret quod ĩterlucare & ĩſola
re dicunt q de ruſtica ſcribunt. Vri:Soli.ait ubi poſt ſcythas Germãia incipit eſſe Veſontes qui boues feris ſi-
miles:eſſe idem uros quos imperitum uulgus uocat bubulos: cũ bubali pene ad cerui nam faciẽ ĩ Aphrica ge
nerent̃:ſed utis taurina cornua eſſe:quæ in tãtũ modũ protendunt̃:ut inter regias menſas potuũ gerula fiãt.
Tra-goedia Et ueteres ineunt.p.lu.initium tragœdiæ ſignificat quod a rebus diuinis eſt inchoatum: quibus pro fructi-
bus uota ſoluẽtibus opabant̃ antiq.Namq; ĩcenſis iã altaribus & admoto hyrco id carmẽ qđ ſacer chorus Li-
bero pr̃i reddẽbat tragœdia dicebat̃:hoc ẽ ab hyrco uineaꝝ hoſte & a cãtu ut refert Dõatus. Vel q uter ex eius
pelle uini plẽus ſolẽne pmiũ cãtoribus fuerat ut ĩ hoc loco oſtẽdit Vir.uel qđ hyrco dõabat̃ eius carminis poe-
ta Veteres ludos dixit qa uetuſtiſſimis tẽporibus ab atheniẽſibus repti fuerũt. Proſcẽia:dicius ut ꝓpilea: Eſt
Scæne ãt ꝓſcæniũ pulpitũ ante ſcænã.Scænaꝝ ãt genera tria ſunt.Tragicæ formãt̃ colũnis & faſtigiis & ſignis regali
bus:Comicæ ædificoꝝ priuatoꝝ habẽt ſpetiẽ.Satyricæ arboribus ſpelũcis & mõtibus ornãt̃.Ob aliã culpã q̃
q uitibus noceat. Pagos & cõpita.i.circa cõpita pagoꝝ.Nã uetuſto tpe atheniẽſes nõdũ ĩtra urbẽ coacti ſed p
pagos diſpſi cõſtructis aris hos ludos exercebãt̃. Cauatis: cõcauis:& ĩ formã pſonaꝝ r̃curuatis. Oſcilla:hæc
a Seruio exponunt̃:Cæteꝝ Herodo.ſcribit ægyptios ſimilia græcis ſacra:Baccho facere ĩ qbus mulieres cubi
tales ſtatuas q̃s phallos uocãt circũderũt.Hæ penẽ maiorẽ reliquo corpore habẽt : illũq; ſolũ mouẽt Aliæ aũt
mulieres phallos ſequunt̃ Dyoniſiũ canẽtes.Et Varro teſte Auguſtio Libeꝝ eſſe dictũ uult a liberamẽto qđ
mares ĩ coeũdo p eius beneficiũ emiſſis ſeminibus liberẽt̃.Hoc idẽ ĩ fœminis agere Liberã quã Venerẽ putãt.
Et ob hoc Libero mẽbri uirilis liberæ muliebris formã ĩ tẽplis ponebãt.Ob eandẽ rẽ mulieres aiũt attributas
Libero:& uinũ pp libibinẽ cõcitãdã.Sicq; bacchanalia cõcitant̃.Colebãt ergo auctore eodẽ Auguſtio ĩ eius ſa
cris uirilia.Et p dies feſtos hoc mẽbꝝ poſtellis poſitũ primũ ruṙ incõptis & uſq; ĩ urbẽ poſtea uectabãt.In op
pido uero Lauio uni Libero totus menſis tribuebat̃:cuius diebus flagitioſis uerbis utebat̃ donec illud mẽbꝝ
p foꝝ trãſuectũ ſuo ĩ loco qeſceret:cui honeſtiſſima materfamilias coronã ĩponebat.Hæc habui q̃ de huiuſce
oſcilla modi ſacris referrẽ.Oſcilla etiam ab ore diminutiuum eſſe uidet̃. Nam Columella oſcilla lupinorum dixit.

SERVI. Hinc.i.poſt hæc ſacra celebrata. Largo:
abũdãti & fertili. Ergo rite ſuũ baccho dice.ho.iu-
ſte igit̃ Liberi ſacra celebrabimus. Honeſtum:pul-
chꝝ. Carminibus patriis.i.romana lĩgua.Pleraq;.n.
ſacra ꝓ gentium qualitate:pleraq; ſecũdũ ſuũ ritum
coluntur. Nam hymni Libero apud græcos græca:
apud latinos latina uoce dicuntur.Hymni uero ma-
tris deum ubiq; propriam.i.græcam linguam requi
runt. Ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram : ſta-

Hinc omnis largo pubeſcit uinea fætu.
Complentur ualleſq; cauæ ſaltuſq; profundi:
Et quocũq; deus circum caput egit honeſtũ.
Ergo rite ſuum baccho dicemus honorem
Carminibus patriis:laceſq; & liba feremus.
Et ductus cornu ſta bit ſacer hyrcus ad aram:

Pinguiaque i uerubus torrebimus exta colurnis
Est etiam ille labor curandis uitibus alter
Cui nunq̃ exausti satis ẽ nãque oẽ quot ãnis:
Terq; quaterq; solũ scindẽdũ:glebaq; uersis
Aeternum frangenda bidentibus oẽ leuandũ
Frõd nemus:redit agricolis labor actus i orbẽ
Atque i se sua per uestigia uoluitur annus.
Ac iam olim seras posuit cum uinea frondes:
Frigidus & siluis aquilo decussit honorem:
Iam tum acer curas uenientem extẽdit i ãnũ
Rusticus & curuo saturni dente relictam
Persequtur uitem attondens.fingitq; putãdo.
Primus humũ fodito:prius deuecta cremato

bit:placebit tunc.n.est aptum sacrificium : cum animal dedicatum uictimæ patiens iuenit. Vnde Alibi sic ait. Et statuam ante aras aurata fronte iuuẽcum.i. placere faciam.Cõtra Lucãus:Discussa taurus ab ara. Nam improbãt aruspices hostiã quæ admota altaribus reluctatur.Sacer autem execrabilis.Vt Auri sacra fames. Verubus colubris.i.de corylo factis. Et hoc ꝓpterea qa sicut caper est inimicus uitibus: qui Libero imolatur:ita etiã eis nocent coryli. Vnde & supra ait:Neue inter uites corylũ sere. Est etiã ille labor: iã se paulatim tendit ad uitium uituperationem dicens & infinitum esse eaꝝ laborem: ut cui nunq̃ exhausti satis est:& incertũ fructum:ut Et iam maturis metuendus Iuppiter uuis.Et ipsum etiã fructũ pnitiosum: ut Bacchus & ad culpam causas dedit. Ex hausti:Ex austionis finitionis:quod quia asperum uisum est se ad figurã trãstulit dicens exhausti : ut Seruatissimus æqui pro æquitatis. Omne solum continẽs.s. uites

Aeternũ:semp & ꝑpetuo.Et absolute locutus est. Leuandũ:releuandũ:spoliandũ Omne autem nemus dicit & arboꝝ & uitiũ.Vnde paulo post dicturus est.Bis uitibus ingruit umbra. Redit agricolis labor actus in orbẽ.i.in anni circuitu labor se inuicẽ sequit̃ rusticoꝝ. Olim:Quandoq;:significat aũt finale tempus autumni. Seras frondes:sero cadentes.Tarde.n.spoliant̃ uites frondibus. Frigidus & siluis aquilo decussit honorem:Varronis hic uersus ẽ. Acer rusticus:nõ quilibet sed acer & diligens. Curas uenientem extendit: Quasi in tempore alieno premeditat̃ futurum laborẽ. Curuo saturni dente.i.falce quæ est in eius tutela.Nam Saturnus dicit̃ patri Cælo falce uirilia amputasse:quæ in mare cadentia Venerem creauerunt: quod ideo fingitur:quia nisi humor de cælo in terras descenderet:nihil crearet̃.Alii saturnum deum esse temporum dicunt: quæ sicut falx in se recurrunt.Alii uero dicunt Saturnum in progressu nihil nocere:cum retrogradus est esse periculosum ideoq; cum habere falcem in tutela:quod & ipsa proteñta nihil ualet.Retro uero acta:quicquid ei occurrit secat. Relictam.s.a se paulo ante desertam. Fingit:Compõit:ut Fingitq; premẽdo. Primus humum fodito:Idest ad laborem primũ te esse conuenit.Vltimũ ad fructus legendos.Vinũ enim factũ de uuis immaturis cito acescit Et in hoc loco est uitiũ uituparatio.quaꝝ fructus aut immaturi collecti depereũt:aut si eaꝝ fuit expectata maturitas:nihilominus pereunt.Nã dicturus est:Et iã maturis metuẽdus Iuppiter uuis.

CHRI. Hic:ab istis sacris.Et hortat̃ ad religionẽ quando tantũ ex sacris ꝓueniat cõmodum. Foetu:qcqd cõcipit̃ foetus appellat̃ siue ab animatis siue ab ianimatis ꝓueniat. Vnde & fœminas:& arbores quæ cõcepe rint fœtas dicimus.Hinc fœtura est.Hinc etiã fœnus quod pecuniæ fœtus sit. Et quocũq; deus circũ caput: ostẽdit qd nobis proueniat ex pſentia numinis.Cum qcquid circũspexerit fœtus uberes ꝓducat. Et tacite admonet nõ minorẽ circa sacra q̃ circa culturã agroꝝ habenda esse. Sacer:Execcrabilis. Pinguia:nam pingues decet esse hostias quæ sacrificant̃. Versis:nam capitibus bidentiũ & marraꝝ assiduo fiant glebas.i. in minutissima tritula terẽdo frangunt ex quo humescit soli supficies:& refrigescit:frigefactaq; uitẽ opaco frigore cõtra caloris ui munitã reddit. Nemus.i.opacitatẽ pãpiorũ quæ spẽm nemoris pbet.Est igit̃ iterlucãda uitis ut sol ad uuas maturãdas facilius penetet.Redit agricolis labor actus in orbem.Sententia est:Toto anno laborat̃ circa uites:quo quidem finito redit labor redeuntis anni. Per sua uestigia: Nam ita per duodecim zodiaci signa circumagit̃ sola quo annus est:ut nusquam ex suo trito cursu discedat. Dente curuo saturni: Falcem putatoriã intelligit:quam inuenisse Saturnũ ferunt.Vnde eius: simulachra illa insignit̃. Prosequit̃ uitem relictam.q.d.cõtinuat laborẽ ãni insequentis in uite:cuius pteriti anni culturã reliqrat. Fingit: Componit & in debitam formam reducit superuacanea amputãdo.

Foetus Fœnus

Sarmenta:& uallos primus sub tecta referto.
Postremus metito.bis uitibus ingruit ũbra.
Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ
Durus uterque labor:laudato ingentia rura:
Exiguum colito:necnon & aspera rusci
Vimina per siluam & ripis fluuialis arundo
Cæditur:incultique exercet cura salicti.
Iam unctæ uites:iam falcẽ arbusta reponũt:
Iam canit extremos effœtus uinitor antes:
Sollicitanda tamẽ telus:puluisque mouẽdus.
Etiam maturis metuendus iuppiter uuis.

SERVI. Vallos primus sub tecta referto.i.uitiũ sustentacula:quæ nonnullis locis sub tecta portant̃:ne ibribus cito depereãt. Metito:Vindemiato. Bis uitibus ingruit umbra.s.& ipsius uitis & arboris q̃ amputãda est: ut dẽptis foliis sol admittat̃: quo possint uuæ maturescere. Bis segetẽ densis obducunt sentibus hærbæ Semel autũnali & semel uernali tẽpore.

Durus uterq; labor:& euellẽdaꝝ herbarum & secãdaꝝ frondium. Laudato: Ingentia rura exiguũ colito.Hoc etiam Cato i libris dicit ad filiũ de agricultura:quod idõ dictũ ẽ:uel qa maiores agros icultos rura dicebãt.i.siluas:& pascua.Agrũ uero dicebant eũ q̃ colit̃:ut itelligamus laudato igẽtes siluas: colito agꝝ miorẽ uel qd melius:qa ait i prio. Alternis idẽ tõsas cessare nouales. Et segnẽ patier̃ situ durescere cãpũ:

Contra non ulla est oleis cultura: neque illæ
Procuruam exspectãt falcem: rastrosq̃ tẽaces
Cum semel hæserunt aruis: aurasque tulerũt
Ipsa satis tellus cum dente recluditur unco:
Sufficit humorẽ: & grauidas cũ uomer̃ fruges
Hoc pinguem: & placidã paci nutritor oliuã
Poma quoque ut primũ trũcos sẽsere ualẽtes
Et uires habuere suas: ad sydera raptim
Vi ꝓpria nitũt: opisque haud ĩdigna nostræ.
Nec mĩus interea fœtu nemus oẽ grauescit
Sanguineisque inculta rubent auiaria baccis.

Ruscũ

ρος appellatur aphrodite dicitur:& quia e mari primo cytheris inſulæ adhæſit: ac mox in cyprum profecta
eſt cytherea ac cyprogenia diciẽ.Tertia aũt Venus iouis & dioneæ filia:ex qua eſt Aeneas. Antiqſſimũ aũt illi
templũ aſcaloniæ urbis ſyriæ fuit.Nam quod ĩ cypro eſt:hinc ueniſſe cyprii uolũt. Quod aũt ĩ cytheris phœ
nices:qui ex hac ſunt:ædificarũt:Hoc ſcythæ qui ſyriam inuaſerunt cũ rapuiſſent: Venus in eos fœmineum
morbum immiſit.Vocatur ab aſſyriis militia. Arabes alitam:Perſæ mitram nominant:ait Herodotus.Vẽus
latine dicitur uel ꝙ ad omnia animalia ueniat:uel ꝙ per eam omnia ueniãt.i.oriantur.Venerem gignedi uim
dicunt.Si autem ad hiſtoriam referas dicunt cretenſis iouis illã filiam fuiſſe: & qua ætate & quibus ſacris nu-
ptiæ ſint celebrandæ inueniſſe.Ac primũ in ſiciliam iuxta Ericã nauigaſſe.Inde in paphum cypri & in Inſulã
cytheram:& in aſiam & ſyriã:ut Diodorus.Eſt præterea ſtella uenus in tertio cælo amoris conciliatrix: & ap
prime ſalutaris propter optimum in ea contemperamentũ humoris & caloris. Solus planetaꝝ excedit zodia
cum duobus gradibus.Nunq̃ a ſole diſcedit ultra.xxxxvi.Gradus:quoniam illum ſubſequiẽ motu naturali:
Antecedit autem motu proprio planetarum: qui eſt ab occidente in orientem contra motum firmamenti:

Heſperus Lucifer

apparet in occidente poſt occaſum ſolis.& dicitur heſperus ſiue ueſper: quando autem contra apparet in ori-
ente ante ortum ſolis:& dicitur lucifer:& iubar. Prius autẽ apud græcos Pythagoras auctore Parmenide de
prehendit eundem eſſe luciferum & heſperum.Inducit amatores muſice & uerſuum Domicilia ſua ſunt li-
bra & taurus.Manet in uno quoque ſigno.xxix.dies:& perficit curſum trecentis ac quadraginta octo diebus.

SER. Hic iam tercentum: uſque ad ortum urbis
romæ:Nam ipſa quadringentos regnauit. Hinc di-
xit Donec regina ſacerdos: Ipſa autem ad regnum
Hoſtilii peruenit: a quo eſt diruta. Totos: Sine in-
termiſſione. Sacerdos: Amulius & Numitor fra-
tres fuerunt: ſed Amulius fratrem regno pepulit. Fi
lium interfecit.Filiam uero Iliam Veſtæ ſacerdotem
fecit Ex hac Mars geminos Romum ac Remum
ſuſcepit. Amulius eos cum matre in Tyberim deiici
iuſſit: & ilia fluminis uxor facta eſt. Hinc Horatius.
Vxorius amnis dixit Pueros Fauſtulus paſtor ſubſtu
lit & Accæ laurentiæ nutriẽdos dedit: Sed cum hæc

Lupæ Lupanaria

meretrix eſſet fingũtur a lupa nutriti:quia illæ lupæ
uocanẽ.& loca illarum lupanaria. Vel quia lupa mar
ti cõſecrata eſt.Vnđ Martius a ſtabulis rapuit lupus.
Hi cæſo amulio regnum auo reſtituerũt: ac romam
condiderunt a Romo qui deinde blandimenti cauſa
Romulus dictus eſt nominatam.Viderat prior Re-
mus ſex uultures. Romus autem poſterior ſed duo
decim. Quæ res bellum creauit: & Remus extin-
ctus eſt. Regina regis filia: Sic de Paſiphæ Ma-

Hic iam tercentum totos regnabitur annos
Gente ſub hectorea:donec regina ſacerdos
Marte grauis geminã partu dabit ilia prolẽ.
Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus excipiet gentem:& mauortia cõdet
Mœnia:romanoſq; ſuo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum:nec tempora pono.
Imperium ſine fine dedi:quin aſpera iuno
Quæ mare nũc terraſq; metu cælũq; fatigat
Conſilia in melius referet.mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos gentemq; togatã.
Sic placitum ueniet luſtris labentibus ætas
Cũ domus aſſarici phthiã:claraſq; mycenas
Seruitio premet:& uictis dominabitur argis.
Naſcetur pulchra troianus origine cæſar:

Imperium occeão:famam q̃ terminet aſtris. gnum reginæ.ſ.n.m.a. Grauis:Grauida:ut Non in ſueta graues.t.p.f. Fuluo.t.utebatur pelle lupæ moꝝ paſtoꝝ:cur autem nutricis pelle utebatur? Vel ad imitationẽ Iouis q amaltheæ capræ nutricis ſuæ pelle ute-batur.Vel excuſatur falſitate fabulæ. Excipiet.g.cæſo remo cuius cæde cum peſtilentia exorta eſſet fuit ora-culum placãdos eſſe ſuos manes:Ergo agenti aliquid Romulo ſemp ſella curulis uacua cum reliquis inſigni bus regis iuxta apponebatur:ut pariter imperare uideretur. Romanos:non romã.Vrbis.n.illius ueꝝ nomẽ nemo uel in ſacris enunciat:Vnde Trib.pleb.ut ait Varro:Id auſus nominare ĩ crucem ſublatus ẽ.Hoc nec Igi nus de ſitu urbis loquens exprimit. Metas:ad terras metas:Ad tẽpora autem annos retulit.Nam ſine lauino & albæ dato romanis æternitatẽ tribuit. Quin:minus eſt eſſet.Planũ autem quinetiã. Aſpera iu:tolerabili us maritus uxorem criminatur q̃ alius. Metu:nam ſupra Id metuens. Terras.c.q.f. Sic alibi Aſumptæ ĩ teu cros uires cæli.q.m. Conſilia:quia bello punico ſecundo romanis placata fauere cœpit. Gentem.q.t.bene qa omnis ſexus & conditio toga utebatur.Nam illam fœminas habuiſſe cycladum & ricini uſum oſtendit.Rici nus ex eo dicitur ꝙ poſt terga reiicitur uulgo mauorte appellaẗ. Placitũ uel fatis uel mihi. Luſtris:quĩquẽa riis.Nũmerat aũt ab olympiadibus.qa nondũ erat roma & conſules.Luſtrum autem dictum eſt ꝙ poſt quin queĩũ una quæq; urbs luſtrabaẗ. Domus:famalia troiana.Aſſaracus.n.capym: capis Anchiſem:& ille ænæã genuit.Vnde Romani ex quibus Mimius achaiam uicit. Phthiam:Achillis eſt patria. Claras:propter Aga-menonẽ cuius fuit patria. Naſcetur:Contra illud Certe hinc ro.Et omnis intẽtio poetæ ad Auguſti laudem tendit:ut in ſexti Catalogo & in Clypeo apparet.Iuppiter autem & obiecta purgat & aliquid pollicetur. Pul-chra:Alluſit ad Venerem. Cæſar.C.Iulius Cæſar.Et cæſar dicitur ꝙ cæſo matris uentre natus eſt.Vel quod auus eius manu ſua in aphrica elephantem:qui punica lingua Cæſar appellatur:cecidit. Imperium.o.ad lau dem dixit.Vel hiſtoria eſt: Nam & britannos qui in occeão ſunt uicit.Et cum poſt mortem ludi funebres ab Auguſto adoptiuo filio celebrarentur:ſtella medio die uiſa eſt.Vnde Ecce dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.

Riciuſ

Luſtꝝ

Cæſar

Alba longa

DONA. Hic iam tercentũ:poſt trienniũ æneæ.xxx.Aſcãio &.ccc.hæctoreæ gẽti danẗ. Regina: quæ q̃uis geminos pariat:ad unũ Romulũ impium ꝓuentuꝝ oſtendit & parricidũ occultat & romãos a Romo appel latũ iri:qui tãta ſint fœlicitate regnaturi ut nullis alteroꝝ regnũ tempoꝝ terminis claudanẗ. Aſpa iuno:aper te pōit quod Venus unius ob irã dixit.Ergo tantã fœlicitatẽ polliceẗ: ut acerrima inimica poſito odio futura. ſit. Ad domus aſca.exrremus cumulus lætitiæ:ut qui ad tẽpus uictores erãt iis quos uicerant ſeruituri eẽnt Quod ẽ plus q̃ antenorẽ ĩteruictores populos cõſediſſe:& per medios achiuos ꝓlapſos eẽ: Veꝝ qa hæc ĩ hono rẽ cæſaris ſcribebat:apuit qđ in poſterioribus fuiſſet ſcripturas:niſi mors perueniſſet.Nam poſt mortẽ Turni ſequebantur.xxx.ac.ccc.ãnorum geſta:ac deĩceps uſq; ad cæſaris tpa facta.Et cæſarẽ ita amplificaturũ roma num ĩpiũ ut nihil reliqueret qđ nõ ſe ſubactũ ſatereẗ. Pulchra:optĩa & hõeſta:ut nõ corporis ſit ſed originis.

CHRI. Regnabitur:refert Liuius albã longam nomẽ ſumpſiſſe & ab alba porca cuius nomĩe cõdita eſt: & a ſitu urbis:quoniã in mõtis iugo in lõgitudinẽ porrecta ſit & conditã eſſe ab Aſcanio æneæ filio.Sed utrum ab eo quẽ ex Creuſa ĩ phrygia:an ab alio quẽ ex lauina in Italia genuerat ambigit:Tamẽ ita ꝓſeqtur.Is Aſcani us quacũq; ſit matre natus:abundãte Lauini multitudine albã cõdidit:atq; inter lauinũ & albã triginta ĩterſu ere anni.Siluius deinde regnat Aſcãii filius caſu quodã in ſiluis natus.Is æneã ſiluium creat.Inde latinũ Siluiũ a quo aliquo coloniæ deductæ priſci latini ſunt appellati.Manſit deinceps ſiluius oĩbus cognomẽ.Alba ex la-tino ortus & ex Alba Atis ex Ate Capis ex capi Capetus ex Capeto Tyberinus q in traiectu albulæ ſubmerſus nomen ſuũ flumini reliquit.Ex Tyberino oriẗ Agrippa & ex Agrippa Romulus qui fulmine ictus periit ex quo ẽ Auentinus.A quo mõs auẽtinus qa in illo ſepultus ẽ nomẽ ſumpſit.Auẽtini filius Procas ẽ: qui Numi torẽ creat & Amuliũ.Amulis Numitorẽ cui regnũ legatũ erat quoniã grãdior eſſet natu pellit:filiũq; intermi tit:& filiam ueſtalẽ uirginẽ facit:quæ grauida facta Martẽ ſiue ꝙ ita crederet.Siue ut quia deus auctor culpæ honeſtior eſſet:partem nũcupat.Eius partu natus eſt Romulus & Remus.Hæc Liuius Dionyſius autem ha lycarnaſeus refert Aſcanium Creuſæ filiũ qui antea Euryleon uocabaẗ:albam cõdidiſſe.Erat æneæ & alter fi lius:ſed ex Lauinia:Hic Siluius uocabaẗ:quoniã mater ilia metuens priuignũ illũ clanculũ in ſiluis alendũ cu-rauerat tradens illũ Tirrheo paſtori:quem latino ſciebat fuiſſe acceptũ.Mortuo autẽ Aſcanio certabant de re gno hic Siluius:& Iulus aſcani filius Sed populus litem diremit:Siluiũq; regnare iuſſit.Iulo autem regni loco ſacram quandam poteſtatem attribuit honorem periculis imperij uacãtem. Quem idem Dionyſius ſcribit ĩ domo Iuliorum ad ſua uſq; ætatem duraſſe:in qua Cæſar mirifice floruit.Regnauit:autem Siluius unde tri-ginta annis.Aenea.filius.xxxi.Latius.li.Alba.xl.Capis.xxviii.calpetus.xxvi.Poſt hunc.ponit Dionyſius regnaſ ſe Caleptum ãnos.xiii.Tyberium.viii.Agrippã.xxxiii.Poſt hũc loco Romuli ponit Allandium ꝑtyrãnica uiolẽ tia uirum:q deos contemnens fulminum & tonitruum imitatiõibus ſed deũ credi cupiebat. Verum hymbri bus & fulminibus in eius domũ cadentibus:& lacu iuxta quem habitabat ĩ eius domũ exũdante cum tota do mo abſorptus eſt:Auentinus regnauit annos.xxxvii.Procas.xxiii.Amulius q fratri regnũ eripuit duos & qua draginta regnauit annos Euſebius ait Aſcaniũ albã cõdidiſſe ãno mũdi.xxvii.ſupra quattuor milia:& regnaſ ſe annos.xxxviii.Deinde Siluium poſthumum.xxix.Aeneã ſiluium.xxxi.Latinum.l.Albam.xxxix . Atim ſiue ægyptum.xxiiii.Capim.xxviii.Caleptum.xiii.Tyberiũ.viii.Agrippam.xl.Aremulũ quẽ alibi Remulũ uel Ro mulum.xxxix.Auentium.xxxvii.Procam.xxiii.Amulum.xliiii. Annos:anni certus modus apud ſolos ægy-ptios ſemper fuit.Aliæ gentes diſpari numero pari errore nutabant.Arcades.n.trium menſium habebant an nũ.Acarnanes ſex. Reliq græci.ccc.liiii.dieꝝ Romulus romãus ex decẽ mẽſibus ĩſtituit.annũ a marito initiũ ſummentẽ confectũ ex.cccliiii.diebus.Numa deinde pompilius addidit quinquagintas Mox etiam unum diẽ

ad honorem imparis numeri addidit. Verum cum sol .ccc. & sexagintaquinque diebus ac quadrante zodiacũ cõficiens annum faciat: sicque deessent .xi. dies anno ac quadrans græcorum quidam instituerunt ut octauo quoque anno nonaginta dies intercalarentur: diesque illos υπερβαινοντασ: & meses εμβολισμουσ: appellarunt. Romani autem alternis annis binos & uigenos alternis ternos & uigenos intercalabant Vnde octauo anno quattuor actis intercalationibus propter illum quem addiderat Numa octo dies supererant. Itaq; errore cognito instituerunt ut tertio quoq; octennio nõ nonaginta: sed sexagintasex intercalarentur remotis uigintiquattuor diebus qui totidem annis afluebant. Intercalatio autem fiebat post .xxiii. diem februarii ĩterminalibus sacris peractis: deinde reliqui qui erant qnq; religionis causa post intercalares ponebant: ne maritus a februario disiungeret. Fuit etiã tẽpus in quo intercalatio regionis causa sublata sit. Quin & sacerdotes in fauorem publicanorũ numerũ dierũ modo augebant: modo dimminuebant. Cæsar autem ad uerũ cursum solis annum redegit consumptis iis diebus qbus cõfusionẽ facerẽt. Itaq; fuit ille ãnus .cccc xliiii. dierũ. Voluitq; esse ex .ccclxv. diebus: & quarto quoq; anno propter quadrãtẽ supabundantẽ diem ĩtercalari iussit. Annũ romãi a bruma: hebræi ab æqnotio uerno: Græci a solstitio. Aegyptii ab auctunno incipiunt. Ait Isidorus. Atq; hæc de solari ãno. Est & annus lunaris triginta fere dierum. Est & annus magnus qui implet quotiẽscũq; omnes planetæ ac omnes octauæ sphære stellæ eodem redierint unde a prĩcipio mundi motum inceperunt. De hoc spatio uariæ apud priscos fuerunt opiniones: Tamen Andalo & Paulus florentinus eum ex triginta & sex mi-

Meta libus annorum constare dixerunt: quoniam gradus in cælo .ccc. ac .lx. sunt: & stellæ fixæ non nisi centẽis annis singulos gradus cõficiunt. Quapropter totum cæli spatium minori tempore pagrare minime possunt. Metas sic dicta est meta uel quia sit posita in dimenso spatio: uel qa illam metiantur quadrigæ. Est autem terminus ad quem currit & cum illuc puentum sit necesse est ut circa ipsam flectantur. Hinc Iuue. Per quem magnus equos aruncæ flexit alunnus Et Statius flectere si posset circum compendia metæ Et Vir. in .v. Hic uiridem æneas frondente ex ilice metam Constituit signum nautis pater unde reuerti Scirent & longos ubi circumflectere cursus. Ponit tamen ꝓ omni termino. Togatam: sic Laberius poeta licentiam & libidinem ut

Phthia tollam petis togatæ stirpis. Phthia: pars Thessaliæ australis est. In qua thetidis fanum ꝓpe pharsalum ueterem & nouum ẽ iuxta magnesium pelagus. Strabo.

Mycenas Mycenas: pelopõnesi ẽ urbs cõdita a Perseo Iouis & Danaæ fi. Cæsar: nõ hic primus cæsar coguomĩatus est. Nã & ĩ Iuliorũ familia pleriq; ante hũc cæsares fuerunt. Et Plinius li. vii. ait. Auspicatius enecta parẽte gignunt sicut Scipio africanus prior natus est primusq; Cæsar a Cæso matris utero dictus. Helius autem spartanus scribit primum qui Cæsar appellatus sit nomen accepisse ab elephanto: q maurica lingua Cæsar dicitur in prœlio a se Cæso: Vel quia mortua matre cæso uentre sit natus: uel quia magnis crinibus utero materno sit effusus: uel q oculos cesios habuerit. Habuit autem originẽ Iuliorũ domus a regibus albãis: quia Iulio ascãio sunt. Nam Ã remulus siue Remulus filiũ: hũit Iuliũ ut placet Eusebio. quia fuit ꝓauus Iuli proculi: qui cum Romulo romam commigrans iuliam gentem fundauit.

Iulius a magno demissum nomen iulo
Hunc tu olim cælo spoliis orientis honustum
Accipies secura: uocabit hic quoque uotis.
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis
Cana fides: & uesta remo cũ fratre quirinus
Iura dabunt: diræ ferro: & cõpagibus arctis
Claudentur belli portæ: furor impius intus
Sæua sedens sup arma: & cẽtũ uictus ahenis
Post tergũ nodis: fremet horridus ore cruẽto:
Hæc ait. & maiæ genitũ demittit ab alto:

SER. Iulius a magno: Sicut Alexander & Pompeius. Cælo: in cælum. Spoliis or. uicto Pharnace Mithridatis fi. Hic in oriente est. Nam ægyptus ĩ qua inueit ptolæmeum meridiana est regio. Honustum: oneratus est quocunque pondere præssus ab onere. Honustus autẽ is est cui onus honori ẽ ab honore dictus. Accipies: nam post mortem cæsar meruit arã. Fastigium: flaminem. Hic quoque: uel sicut Romulus uel melius sicut æneas. Quoque. n. ad similitudinem ponitur: ut Tu quoque littoribus nostris. æ. n. Votis: ad uota: uel in uotis. Tunc: Cæsare consecrato regnante Augustos. Templum autem hoc ter est clausum. Primum regnante Numa post bellum punicum secundum: Tertium post bella actiaca ab Augusto gesta. Quo tamen tempore flagrauerunt bella ciuilia. Vnde ait furor impius intus. Aperiendi autem uel claudendi ratio fuit hæc. Romulo cõtra sabinos pugnante cum iam uincerent romani calidam aquam ex eo loco scaturisse dicunt. qua sabini fugati sunt. Hic ergo mos deductus ut pugnaturi templum apirent in eo loco cõstitum ad spẽ pristini auxilii. Alii dicũt Romulum & Tatium hoc tẽplo icto iam fœder̃ ædificasse: ꝓptereaq; Ianum duas habere facies: quasi ostẽdat duorũ regum coitionem: uel q ad bellũ ituri debẽt de pace cogitare: uel q melius est q ad p̃lium ituri optent reuersionem. Cana fides: uel q in canis hominibus iuenit: uel q manu albo pãno ĩuoluta illi sacrificat ut ostẽdat fidem debere esse secretã. Hora. & albo rara fides colit uelata panno.

Vesta Vestã: religionẽ qa nullũ sacrificium fit sine igne. Vnde ipsa & Ianus oĩbus sacrificiis inuocant. Vesta autem dicit uel αποτησεστιασ addito digãma ut enetus uenetus: uel q uariis sit uestita floribus. ẽ. n. terra quam ignẽ habere nõ dubiũ ẽ. Remo cum. f. multi ĩtelligunt it quod diximus Romulũ post cæsum fratrẽ omnibus geminis usum eẽ: unde ẽ Vidẽ ut geminę stẽt uertice cristæ. Sed eẽt aut iteratio supradictorũ aut ordo p̃posterus. s. post cæsarẽ Romulum repit. Cõstat p̃terea Iani tẽplũ patuisse sub Romulo. Alii uolũt p hos romãos ĩtelligi: sed si Quirius Augustus est ꝓ Remo erit Agrippa: q sororem Augusti duxit uxorem & cũ eo pariter bella tractauit: unde ẽ: Parte alia uentis: & diis agrippa secũdis: Nam p adulationẽ tria nomĩa Octauião obtulit populus Ro. Quirinũ Cæsarem Augustũ.

Ille autem ne uno accepto partem quæ aliud afferret læderet oĩbus diuerso tẽpore usus est ut ait Suet.& Vir.ĩ georgicis cum de gangaridis populis iuxta gangem ab Augusto uictis intelligeret : dixit Victorisque arma q rini.Nam Remum pro Agrippa ponens poetico usus est more:ut nomen ex uicino sumeret.Dicit ergo cum cœperit Iulius Cæsar cælum tenere patratis omĩbus bellis iura dabunt Augustus & Agrippa.Romulus autẽ Quirinus dictus est quod hasta utebatur : qua lĩgua sabina curis dicit᷑: & est telum longum : unde est securis quasi semicuris: uel quia græce κοιρανος rex dicitur.Constat autem græcos fuisse romanos.Vel propter generis nobilitatem . Mar s enim cum sæuit gradiuus: cum tranquillus Quirĩus dicitur.Vnde duo habet templa:alterum in urbe quod quirini est: Aliud extra urbem in appia uia prope portã quasi bellatoris &gradiui.

Diræ:cum apertæ sunt. Compagibus:Compages & Ambages antiquitus est in nominatiuo : Vnde genitiuus Ambagis & Compagis:Nam Cõpago & Ambago usurpatur.Vnde non est Ambaginis & Cõpaginis.

Furor impius:propter bella ciuilia contra Brutum &Cassium in philippicis & contra Sex.Pompeium ĩ Sicilia. Super arma: Secundum antiquam licentiam. Hodie tamen In & sub cõmunes sunt. Subter uero & Super accusatiuæ sunt.Sic clam & post prius communes naturam mutarunt. Nodis:non cẽtum nodis: sed cathenis:quas circunlocutiõe significauit.Nam cathenæ plures nodi sunt. Maiæ: Mercurium per circunlocutionẽ. Cice. in libro de natura deorum plures ponit Mercurios.Sed in deorum ratione fabulæ sequendæ sunt:Nam ueritas ignorat᷑.Simul etiam allusit poeta:qa per caductatores.i.iter nuncios pax fieri solet.

DONA. Iulius:Cæsar trahens nomen demisum ĩ tantũ autẽ domitoꝝ omnes gentes ut existentibus triũphis eius pax:dehĩc.& fides.Perpetua permaneret. Iura dabũt.i.leges Romuli perdurabunt. Et deniq; cessura omnia mala fœlicitate Cæsaris dixit furorẽ.s.& bellandi necessitatem. Hæc ait.&.m.Exposita futurorum promissione prouideri securitas debuit:ne naufragi ĩ terris alienis: & ĩ qbus inimica regnabat Iuno : aliquam uiolentiam paterentur.Procuratur autem troianis securitas per duos:quoꝝ alter auus alter affinis est.Nã Maia Mercurii mater Troianorum generi nectebatur.Debuit ergo ad effectus ĩplendos talis mitti persona : quæ præceptorum auctoritate duplici ratione ducta celerius maturaret alarum iuuante subsidio.

CHRI. Nomen:in Cæsare nomen fuit.In ascanio uero cognomen.Nam a lãugine qua primum eius genæ uestiri cœperant:dictus est Iulus.Et autem Iulus dissylabum nomen:sed metri ratiõe fit diæresis in prima syllaba & efficit᷑ trisyllabum. Cana:Quia q fidem seruat:non mutat᷑:sed constanter ĩ amicitia perseuerãs:ĩ easq; sine aliqua nouitate consenescunt. Vesta:de hac alio ĩ loco. Secura:pollicetur non solũ fugã periculoꝝ:uerũ etiã uocationẽ curaꝝ. Fides:hæc duplex est.Alia.n.dicitur a fidẽdo:qa per eam cõfidimus aliqd futurũ. Hæc autem una est ex tribus illis theologicis uirtutibus.Alia autem est quã Cicero fundamentum iustitiæ nuncupat:diciturq; fides quod fiat quod dictum ẽ.Iustitiæ.n.partes sunt Relligio:Innocẽtia:Pax: Cõcordia: Pietas: Integritas:& uendicatio.Integritas autem est iustitia quæ reꝝ constantiã dictorũq; ueritatem ĩuiolabiliter cõseruat.Fides est integritas qua dictorum conuentoꝝ communiter uel spetialiter constitutorum intemerata ueritas custoditur.Verum de iustitia latius paulo post. Compagibus:& compagem & cõpaginem dixerunt Ouidi.Atq; ita dispositis calamis compagine ceræ.Et Seneca ĩ epistolis cõpaginem dixit. Belli portæ:scribit Piso in ãnalibus ædificatũ templum a Numa Pompilio ĩter romãum boariumq; forum Iano gemino fuisse: & ab eo institutum ut eius porta clausa pacem:aperta bellum significaret. Clausa est ter primo suo tempore. Secundo in primo bello punico a Luctatio finito. Tertio sub Augusto finitis bellis ciuilibus.Ianus ut refert Macrobius:siue sol siue mundus putetur ab eundo dicitur qa mundus semper est ĩ motu.Appellaturq; Iãus. Item pater geminus.Item Iunonis:quia calendarum est princeps quæ Iunoni dicatæ sunt:unde illi ut ait Varro duodecim aræ dicatæ pro duodecim mensibus dicatæ erant.Dicitur consinius a conserẽdo.s.propaginem generis humani.Item qrinus:quia belli sit portus.Dicitur Patultius & Clausinius:quia bello ualuæ eius pateant:& pace claudantur.Volebant romani in bello sabino quod raptis uirginibus gestum est portam quæ erat in radicibus collis uiminalis deinde ab euentu ianuale uocatã claudere:Sed cũ ter clausissent:& totidẽ sua spõte pateret armati ĩgressum custodiebãt:mox cũ audirẽt ab alia parte suos a Tacio fugatos fuga arrepta custodiã deseruerũt Erãt irrupturi sabini cũ extẽplo p hãc portã magna uis torrẽtiũ scatẽtibus undis erupit & multas cateruas hostiũ aut feruẽtibus ustas:aut uasta uoragine deuoratas fuerũt.Hĩc mos mãsit Iani ianauam in bello ad auxilium patere.Maia filia fuit Athlantis:Sed de ipso eiusq; natis ĩ georgicis diximus. Ex Maia & Ioue natus est Mercurius:cũ ex eodem Ioue atq; Electra natus etiã Dardanus sit. Ergo utraq; ab origine cõiunctus erat troianis Mercurius:& qa ex Ioue natus esset:& Aeneas Ioue auum habebat:& quia ex Maia quæ electræ soror esset:ex qua erat Dardanus.Itaq; non solum qa nuncius est deoꝝ mittendus erat Mercurius.Verũ etiã qa cognatus troiãis ꝓ illoꝝ salute laboraturus esset.De Mercurio aũt dicemus ĩ.v.huius uoluminis libro.

Curis Securis In Sub Subter Super Cathenæ Fides Ianus Geminus Iunõius Consinius Quirinus Patultius Clausinus Maia

Vt terræ:utq; nouæ pateãt carthaginis arces
Hospitio teucris:ne fati nescia dido
Finibus arceret:uolat ille per aera magnum
Remigio alarum:ac libyæ citus astitit oris.
Etiam iussa facit:ponuntque ferocia pœni
Corda uolente deo:in primis regina quietum
Accipit in teucros animũ mẽtẽq; benignam.

SER. Vt terræ: pp illud Hospitio ꝓhibemur harenæ. Pateat:pp illud Cunctus ob italiã terraꝝ claudit᷑.Orbis. Hospitio:ad hospitiũ. Fati non sui:Si.n. exitũ suũ sciret magis uetaret:sed fati. idest uolũtatis Iouis ut Fati iunõis iniquæ.Vel fati troianorũ q non sponte:sed necessitate africã tenuerãt. Ergo ut discat Dido troiãos ad italiã tẽdere.Sed q̃re se æneæ iũxit? ueꝝ illđ fuit furoris non cõsilii:Nã nec sacerdotibus hæc dicẽtibus credidit.Vnđ ẽ qd uota furẽtẽ:Quid đ lubra iuuat. Citus:nã uelox ẽ ĩ cursu.Mercu. Pœni:

At pius æneas per noctem plurima uoluens:
Vt primum lux alma data est exire: locosque
Explorare nouos: quas uento accesserit oras:
Qui teneat: nã ĩculta uidet: hoĩes ne feræ ne
Quærere cõstituit: sociisque exacta referre.
Classem in conuexo nemorũ sub rupe cauata
Arboribꝰ clausã circũ: atq; horrẽtibꝰ umbris
Occulit: ipse uno graditur comittatus achate
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obuia sylua
Virginis os: habitũq; gerẽs: & uirginis arma
Spartanæ: uel qualis equos: threissa fatigat
Harpalice: uolucrẽq; fuga preuertitur hebrũ
Nãq; humeris dẽ more habilẽ suspẽderat arcũ

Quasi phoeni per antistichon. Deo: Mercurio uel Ioue. Per noctem: decet.n. pro cũctis regem solicitum esse. Alma: quia alat. Sic & alma ceres. Nam dicunt physici omnia per diem crescere. Nam quod alibi dicit exigua tantum gelidus ros nocte reponit: ꝓ miraculo dixit: ut etiã Pli. sentit. Locos: ĩ plurali masculini & neutri generis est. In singulari masculini tãtum: Sic etiam iocus iocos & ioca facit. Accesserit: præpositio detracta nomini datur uerbo: & ẽ hysterologia: ut hic accesserit oras. Cum autem mutat̃ figura est: ut Cumarum allabitur oris pro oras. Qui teneant: iure dubitat: Nam cernit inculta. Exacta: exquisita.
In conuexo: procœconomia: ut non terreatur ueluti classis Ilionei. Conuexo: concauo: Vnde conuexum dicimus cælum & intellige loco: ut Castroꝝ ut campi medio. s. hospitio. Rupe cauata: Spelũca per periphrasim. Arboribus umbris: idest umbris arborũ.
Achate: multi multa dicunt quare comes sit Achates: melius tamẽ est ut sit a græca ætymologia: οχοσ enim cura est: quæ semper comes est regum. Bina: si ad utrunque referas bene dictum est bina. Si ad æneam bina: idest duo: sicuti duplices palmas. Lato ferro: idest lati ferri. Silua. ὕλην græci dicunt: idest elementorum congeriem Vnde omnia creantur. Multi uolunt æneam ĩ Horoscopo uirginem habuisse. Igitur ĩ media silua uirginis habitu uenerem facit occurere: quia uenerẽ ĩ uirgĩe constituta misericordes procreantur fœmĩæ: & uiri per illas fœlicitatem consequuntur. Os habitum: faciem & amictum. Spartãæ: nam sparta habet uenatrices uirgĩes. Thressia: Thracia: & ẽ solutio: Nã thressa facit sicut cressa: ut Cressa genus pholoe. Sũt aũt ab eo quod ẽ thres & cres. Sed threissa qa per ει diphthongon scribitur: habet dissolutionem. Cressa uero quia scribitur per η non habet dissolutionem. Harpalice: Hæc collecta multitudine patrem suum agetis captum celerius liberauit quam de fœmina possit credi. Vnde fluuium dicitur celeritate transisse. Præuertitur: transit & preuertit dicitur. Arcum: Vt credatur uenatrix. Habilem aptum sexui: Vnusquisque enim habet arcum pro uiribus suis.
DONA. Nouæ: quia nouitas regni cũcta habet suspecta: ut ipse Res dura & regni nouitas. m. t. c. m. Vel lege: ut Terræ carthaginis: & nouitas ædificioꝝ pateat teucris. solus autem Iuppiter ministro Mercurio potuit præstare: ut inimicos suos carthago susciperet: Sed omnia cũ celeritate erant agenda: quam breui sermone est amplexus. Terras autem dixit: ne in regionibus carthaginis aut in littoribus a gentibus uexarentur. Nouas ar. Etiã sic accipimus ne carthaginem incogniti uenientes aduersa paterentur. Remigio alarum: aliter enim uolare nõ potuisset. Et iam iussa: Fructũ executionis impletæ posuit. Ponunt ferocia. c. Natura ferox ĩ lenitatem mutatur. Volente deo: nam nisi dei. i. Iouis uel Mercurii iussus intercessisset: natura ferox immutari non potuit. Et quia reginæ partes ĩ secundo loco posuit: correxit dicendo in primis: Nam ipsa fuit lenienda: quæ uel incitare illos posset: uel uiolentiã comprimere. Et quoniam fieri nõ poterat ut eodem temporis puncto ferocitatem ponerent & amarent librauit uerba: & non dixit amant sed ponunt corda ferocia. At pius æneas: Interposita narrationi fuerant uerba Veneris & Iouis in luctu troianorum: nunc ad narrationem reddit eũ unde digressus fuerat. s. Et iam finis erat. Exacta: proposuerat plura in masculino & fœminino. Hæc autem ut complecteretur: posuit neutrum. Classem in conuexo: exiturus cum solo achate nec omnio ĩermis fuit: ut temerarius: nec omnino armatus ut timidus: cum solis igitur ĩquit hastilibus & uno socio. In solitudinem enim iturus debebat esse expeditus propter requisitionem celerem & maturum reditũ. Ad omnia circunspectus socios omni cautela occultat. Cui rei: inseruit descriptio portus Classem ĩ conuexo nemorum. Quãta ergo diligẽtia fuit ꝗ non antea ꝓfectus q̃ socioꝝ saluti cõsuluisset. Et cũ uno ad ĩcertum ꝑgit. Additur aliud ad laudẽ a loco tempore & ꝑsona: Nam cũ sese fœmĩa ad fallendũ composita sola ĩ silua obtulisset motus libidine non est: quamuis uirginitas pulchritudo & uestitus accenderet. Accedebat ad castitatem congeries calamitatum: quæ etiam libidiosos coercet: Vnde Terren. Nulla adeo ex re istud fit nisi ex nimio ocio.
CHRI. Pateant: Vt quasi urbe penoꝝ pro sua utantur teucri. Carthaginis cum stupore pronunciatur. q. d. urbis omnino inimicæ: & propter naturalem crudelitatẽ: & propter aduersariam Iunonẽ. At pius æneas: Describit prĩcipem omni uirtutum genere accumulatissimũ. Est. n. & summa diligẽtia & summa ĩ suos charitate præditus ꝗ ne noctu qdem salutis ĩuestigandæ curam omittat Est & summa prudẽtia: ꝗ & socios optime occulat: & cautissime ad exploratiorẽ reꝝ accedat. Nec defuit magnus animus & ĩ rebus periculosis tẽtandis exclusa temeritate fortitudo. Deniq; magna ĩ illo apparet castitas: qui aspectu pulcherrimæ uirginis minime motus sit. Per noctem: ut quietem mortalibus a natura datam sibi subtrahẽs publicæ curæ ĩuigilaret: Quod Iouis apud Homeꝝ præceptum est. ου χρη παννυχιον ευδειν βουληφορον ανδρα. Non eĩm decet totam noctem dormire populi cõsultorem uirum. Plurima: nam nunquam recte consulitur nisi prius omnes quæ ĩ causam cadere possunt rationes ĩ unum cõferamus: ac quibusq; uel falsis uel ĩeptioribus eiectis solidas uerasq; teneamus. Vt primum: optimus progressus. Nam & prius consulto: & ubi consulueris mature

facto opus eſt.Conſulit ergo prudenter per noctem:Deinde prima luce quod decreuit fortiter aggreditur. Mater:quare Venus in excidio troiano ſe ut deam filio oſtendit:& quare hic ut uenatricem:in noſtris chal/ madulẽſibus expræſſimus:q locus nõ te fugiat obſecro lector.Videbis q̃ altos q̃q; profundos ſenſus diuinus poeta ſub huiuſcemodi fabula℞ figmentis abſcondat. Spartanæ:ex legibus Lycurgi cogebat̃ ſpartanæ mu/ lieres uirilibus officiis exerceri.Vnde & mons in Lachonia parthenos eſt a uirginibus dictus ꝙ ĩ eo uirgines uenarent̃.Et Propertius ſic huius rei meminit:Multa tuæ ſpartæ miramur iura paleſtræ.Sed mage uirginei totbona gymnaſii.Et infra:Et modo taygeti crines aſperſa pruina Sectat̃ patrios per iuga longa canes.& Pla to in rep.ſua oſtendit quod ſi in cæteris animantibus fœmineus ſexus par uiribus eſt maſculino:ita & mulie res uirilia munera obire poſſunt.Harpalyce.fabulam narrat Seruius: Sed etiam legitur Boreæ filiam fuiſſe Harpalicẽ:in qua par eſt rapidiſſimi patris fuiſſe uelocitatẽ.Hæc Phineo regi nupſit priuignisq; infenſa fuit.

Par/
théos

Venatrix: dederatq; commas diffunder̃ uẽtis
Nuda genu:nodoque ſinus collecta fluentis.
Ac prior heus inquit iuuenes mõſtrate mea℞
Vidiſti ſi quam hic errantem forte ſororum
Succĩctã pharetra & maculoſæ tegmĩe lyncis
Aut ſpumantis apri curſum clamor̃ præmẽtẽ
Sic uenus:& ueneris contra ſic filius orſus:
Nulla tuarum audita mihi:neq; uiſa ſororũ.
O quã te memorẽ uirgo? nanq; haud tibi uul/
Mortalis:nec uox hoĩẽ ſõat:o dea certe: tus
An phœbi ſoror:an nympha℞ ſanguinis una
Sis fœlix:noſtrumq; leues quæcunq; laborẽ.
Et quo ſub cælo:tandem quibus orbis in oris
Iactemur doceas:ignari hominũq; locorũq;
Erramus:uento huc uaſtis & fluctibus acti.
Multa tibi ante aras nr̃a cadet hoſtia dextra.
Tum uẽus:haud eqdẽ tali me dignor honor̃
Virginibus tyriis mos eſt geſtare pharetrã:
Purpureoq; alte ſuras uincire cothurno.
Punica regna uides:tyrios & agenoris urbẽ.
Sed fines lybici:genus intractabile bello.
Imperium dido tyria regit urbe profecta
Germanum fugiens longa eſt iniuria:longæ
Ambages.ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.

SER. Diffundere:ut diffunderetur:& eſt græca fi gura:ſic & magnum dat ferre talentum:Inde da bi/ bere uſus obtinuit:quod facere nõ debemus ut duo uerba iungantur niſi ĩ poemate. S inus collecta:ocu los diffuſa.n. Heus:uocantis eſt aduerbiũ.Alias in/ teriectio dolẽtis: ut heus etiã menſas cõſumimus ĩ/ qt iulus. Errãtem:inueſtigantem. Succintã: inſtru ctam:uel ſecundum alios in cingulo hahentẽ phare trã & pellem. Lyncis:fuit rex thraciæ Linx.Hic tri/ ptolemũ ut hominibus frumenta monſtraret a Ce rere miſſum ſuſcepit hoſpitio:ac mox: ut gloria ĩ ſe migraret occidere tẽtauit.At Ceres irata illum ĩ lyn cem ferã uariæ pellis conuertit:ut ipſe uariæ mentis fuerat. Curſum clamore p̃mentẽ:Plerunq; duo di uerſa in unum exitũ cadunt:ut hic uidiſti etiã ad uo cem refert̃:quod ex æneæ reſponſiõe patet. Orſus: nunc ĩcœpit.Alias finiuit:ut ſic Iuppiter orſus: & ꝓ/ prie poſuit.Hic uero uſurpatũ eſt.Præteritũ enĩ par ticipiũ ẽ. O quã te.non dubitat eſſe deam: ſed quæ dea ſit. Nec uox hominẽ ſonat:græca figura eſt O dea:concluſio ſyllogiſmi qui conſtat ex propoſitiõe aſſumptiõe : & concluſione.Nã ſi nec uox:nec uul/ tus mortalis eſt:reſtat:ut dea ſit. An phœbi ſoror:a loco & ab habitu putat eſſe Dianã:quæ in ſiluis ue/ natur. Sanguinis.i.generis. Fœlix:propitia Nã & q dat:& qui recipit fœlicitatem fœlix dicit̃.Sic ĩ buco. Sis bonus o fœlixq; tuis.Et in ſeptimo.Quæ potui ĩ fœlix.i.aduerſa troianis. Leues : Leuẽ facias. Quæ/ cunque.Seu diana ſeu nympha. Quo ſub cælo:ſub qua parte cæli.Vel ſecundũ Epicu℞ qui plures poſu it mũdos. Tandẽ:uacat ad ornatũ enim ponunt̃. tã dẽ:Quidẽ:puta:enim:dũ:gentiũ:loco℞:terra℞. Lo co℞q;:hypmetrus uerſus una.n.ſyllaba abũdat: qui quotiẽs fit:debet ſequẽs a uocali ĩcipere ut hic.Sic ẽt oĩa mercurio ſimilis uocẽq;:colorẽq; & crines:Niſi ĩ fine fiat ſyneresis:ut nec cura peculi: ꝓ peculii. Hoſtia:ſa crificiũ qđ fit cũ itur ĩ hoſtes.Victima ãt qđ fit poſt uictoriã.Tamẽ licẽter hæc cõfũdit auctoritas. Honore.i. ſacrificio.Et aut uult ꝓbare ſe nõ eẽ numẽ:ſed hominẽ.Aut qa paphiæ ueneri:quæ ĩ cypro colit̃:thure tantũ & floribus ſacrificat̃. Dignor:dignã iudico:ut cõiugio anchiſa ueneris dignate ſupbo.i.digne habitæ. Pur/ pureo : pulchro:aut roſei coloris. Cothurno:calcei ſpecies eſt uenatorii:quo ẽt ſura uincit̃:Et aptus utrique pedi unde ſingulari uſus ẽ. Punica regna uides:attẽtũ facit. Agenoris:quã fecerũt agenoridæ.Agenor Rex phœnicum fuit.Sic illud Euboicis.c.al.oris.i.cumis quas ædificarunt:ii q de chalcide euboiæ uenerunt. Ly/ bici:dubia dicta aperit:Nã & tyri alibi eſſe potuerũt. Intractabile:ĩſuperabile:aſperum:ſæuum. Germanũ fugiens:hoc ſtupuit Aeneas:Vnde ſuæ auiditati præſcribit Venus dicens: loga eſt iniuria:lon.am. Iniuria.i. canſa ab eo quod ſequitur id quod præcedit. Ambages: circuitus. Faſtigia:primordia.Scit enim hiſtoriam Carthaginis longam Sic Saluſtius de carthagine ſilere melius puto : q̃ parum dicere.

Lyn/
cis

Fœlix

Co/
thur/
nus

Agéor

DONA. Debuit Venus offerre loquendi fiduciã:ne ĩprobum uideretur:quod cũ uirgine cũ ſola tunc eẽ pu taret̃:miſceret colloqũ:Sed & ad fallendum quoq; ꝑtinebat:ut nõ ſolũ ſpecie: ſed etiã ſermõe imprudentes traduceret:ut ad ĩterrogandi neceſſitatem uenire potuiſſent. Monſtrate:ĩterrogatio ẽ breuiſſima quæ tamẽ neceſſaria ad fallendum cõtinet.Dixit& ſigna ueſtitus & habitu expreſſit.Breuius autem reſpondet Aeneas nec tamen a propoſitis aberrat. O quãte:Completo reſponſo explicat ſeriem.exiſtimationis:quã de ea habu it. O dea:cum hoc pronunciatum ſit:ſequat̃ certe an phœbi ſoror. Quæcunque:ſiue Diana ſiue nympha.

Hæc autem æneæ dat̃ scientia religionū non.n.posset aliquid diuinū intelligere in hominis forma nisi quia pollebat oĩ scientia sacroꝝ. Multa hostia:Cogebat nō ad interrogata respondere.quia & ipsa ignorãtes cupiebat instruere:sed primo nō primis:sed nouissimis occurrit.Nã si oblationem sacrificii in extremo positã tacendo acceptasset:confirmasset se deam: qđ confutare festinat. Tali:nã si honorificentiã mereor talis erit:q̄ hoĩni ꝑstãda nō deo exhibẽda sit. Virginibus tyriis:qa Venus suspicari poterat qbus signis illi dea se putabat Iccirco illa conat̃ auertere.Habitus.n.ĩquit quo medeã suspicamini nō meus ẽ inquit:sed oĩum tyriaꝝ uirginū:quæ ĩ his regionibus sunt.Ergo patrius mos pharetrã & cothurnos p̄bet.Hoc ãt facile poterat illa ꝑsuadere:qa æneas se regiones hac hoĩes ignorare dixerat. Punica.r.u.breuis & cōcinna narratio.Non.n.debuit Aeneas sub incerto diutius teneri.& ipsa idẽ uolebat.Respondet ãt eo ordine quo ĩterrogat̃.Ille.n.quo sub cælo & q.o.m.o.hæc punica regna uides & designato loco dicit ꝑsonas tyrios inquit & addit superioris conditoris nomen. Fines lybici:illic enim occurrente pelago africæ termini claudunt̃. Insuperabile: meminerat.n. ex ꝑsona sua dixisse Studiisq; asperrima belli.Nec est hic repetitio eiusdem rei:quoniã & dici necesse fuit & ex alterius persona dictum est. Imperium.d.Mira breuitas:sed quæ multa complectatur. Præteritum enim: & præsens ponit: & quæ uocaretur:& quid ageret quæ illic imperabat.Compendii uero causa fuit ne interrogando respondendoque longum fieret:quod mature debuit fieri. Germanum fugiens:potuit.n. quæri qua causa ĩpulsa fuerit:ut relicta patria mulier:qđ difficile ẽ:longinqua sectaretur. Longa ẽ in:Hoc addit:qa incredibile fuerat tantam ĩteruenisse cãm q̄ cogeret germanã dura sectari relinquẽtẽ eum quẽ amar̃ debebat.

Sed sũma.s.Artificiosa narratio:Nã multa ꝑtermissuram se simulat:ut spe breuitatis attentius audiretur.

CHRI. Succinctam pharetra & ma.teg.ly.Copulat diuersos casus cōtra cōsuetudinẽ.Sed melius ĩ aliqbus codicibus legit̃ pharetra ĩ ablatiuo.Eandẽ quæstionẽ habet. Quod scelus:aut lapithis aut calidona merentẽ:Sed & lapitas ĩuenit̃ & calidōe.Itẽ iustitia ne prior mirer belli ne laboꝝ:sed & iustitiæ legit̃.Ait Priscianus.

Apri:a græco ẽ remota pria littera.κаπρоσ.n.dicit̃.Apri semel ĩ anno gignũt. Plurima seritas eo tẽpore in maribus.Nã ĩter se dimicãt durantes costas atritu arboꝝ:in ĩdia cubitales dẽtiũ flexus gemini ex rostro totidẽ a frōte ceu uituli cornua In arabia nullũ ẽ suillũ genus hedera apri sibi ĩ morbis medent̃:& cancros uescẽdo maxĩe mari eiectos.Ait Pli. Nãq; haud.t.u.sic stat Diua potens nemorum.nã te uultusq; pudorq; mortali de stirpe negant. Phœbi.s.diana q̄ uenatrix ẽ:Vnde Qualis ĩ eurotæ ripis aut ꝑ iuga cynthi exercet Diana choros: Nymphaꝝ:secũdum Aristo.moriũt̃ tãdem nymphæ:Sed ad plurima sæcula durãt.De his uero & faunis & panibus idẽ inuenies apud Eusebiũ Pamphilũ. Hostia:quid a uictima differat sic ponit Oui.Victima quæ dextra cecidit uictrice uocat̃:Hostibus a domitis hostia nomẽ habet. Agenoris urbẽ:Poetæ auctorẽ generis pro ipsa gente ponũt:ut supra Reuocato a sanguine teucri.Genus istoꝝ sic se habet. Ex ioue prio natus ẽ epaphus:ex hoc Bellus priscus.ex bello Agenor.Hic phœnicẽ genuit:ex phœnice secundus Bellus natus ẽ:qui Methres ẽ appellatus.Huius filii sunt Pygmalion & dido & Anna:Eiusdẽ autem phœnicis filius fuit Plisthenes:ex quo natus Sicarbas q patri ĩ sacerdotio succedit:& Elissam q̄ Dido a Marone appellat̃ uxorẽ cepit.Est ab eodẽ Bello prisco alia successio.Fuerunt.n.sibi filii Danaus & ægyptus.Aegyptus Lynceũ genuit qui pulso siue cæso patruo suo Danao argis regnauit:Reliquitq; Abantem filiũ:quãuis sunt q hunc a prisco Bello genitũ scribant.Abas genuit Iasium:& hic Amphionẽ:q orcomeni & pili regnauit.Item Talaonem ex quo natus ẽ Adrastus:Ex eodẽ Bello Agenor ẽ.Huius filius fuit cylix:ex Cylice Pigmaleō orit̃:qui Cylicum manu cyprum occupauit & Paphum genuit:q oppidũ de suo nomine & in eo templũ Veneris condidit: Cinerãq; filiũ reliquit.Hic ex Myrrha filia ab ea tamẽ deceptus Adonẽ genuit. Hæc oĩa iccirco adiũxi quoniã multi incident loci in quibus hæc nosse ex usu erit. Germanũ fugiens:Nã nisi magna iniuria coactã patria pudicã mulierẽ relinquere nō decet.Iudicantur.n.turpioris uitæ quæ patriã mutãt.Hinc Parmeno terentianus se tacere posse dicit : cũ Thais narrat Samiã sibi matrẽ fuisse & hĩtasse Rhodi: quasi ex patriæ mutatiōe ĩpudicitiæ illa argueret̃.Hoc idem & Simo in Andria cũ exclamet:Adeo ẽ demẽs ex peregrina.Et Cicero ad Trebatiũ ex Medea uersus ꝓfert idẽ ostẽdẽs: Ait.n.Quibus illa ꝑsuasit ne sibi uitio uerterẽt qđ abesset a pr̃ia.

SER. Huic cōiunx:cũ nomina a uersibus abhorrẽtia ĩuenit poeta aut ea mutat:aut aliquid idẽ mutilat.Nam hic Sicarbas dictus ẽ.Bellus Didonis pater dictus ẽ Methres.Carthago a carthaga lectũ est ĩ historia pœnoꝝ.Sichæus primã natura corripit : sed hic ectasim facit licẽtia q̄ ĩ propriis nominibus est: ĩ quibus licet ĩ quauis parte syllabæ mutare naturam idem euenit in appellatiuis si a propriis sunt:ut Sicanio prætenta sinu qua a Sicano rege est. Miseræ:datiui est. Omnibus:Auguriis secundum Romanos qui nihil sine au guriis agebant.Lucanus Duce bruto & auspice bruto. Tyri:Aduerbium.Alios quos:ĩter.m.u.f.quasi dicat atreo & Thyeste:uel cũ eocle & Polynice. Sichæum:Si hic secundum naturam est.

Ante aras:probat cur impius:quia ante aras. Securus:Contemnẽs ut securi pelagi atq; mei idest contẽptores:ut securus erat de amore germanæ erga ma-

Sicarbas Methres Carthago

Huic coniunx sichæus erat ditissimus agri
Phænicũ:& magno miseræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat:primisq; iugarat
Omnibus:sed regna tyri germanus habebat
Pygmalicon scelere ãte alios ĩmanior omnes:
Quos intermedius uenit furor:ille sichæum
Impius ante aras atque auri cæcus amore
Clam ferro incautum superat securus amorũ
Germanæ:factumque diu celauit:& ægram
Multa malus simulans uana spe lusit amãtẽ.
Ipsa sed in somnis inhumati uenit imago
Coniugis ora modis attollens pallida miris.

Crudelis aras:traiectaque pectora ferro
Nudauit cecũq; domus ſcelus omne retexit:
Tum celerare fugã:patriaq; excedere ſuadet:
Auxiliumque uiæ ueteres tellure recludit
Theſauros ignotum argenti pondus & auri.
His commota fugam dido ſocioſque parabat
Conueniunt:quibus aut odiũ crudele tyrãni:
Aut metus acer erat:naues quæ forte paratæ
Corripiunt:onerantq; auro:portantur auari.
Pygmalionis opes pelago:dux fœmia facti.
Deuenere locos:ubi nunc ingentia cernes
Mœnia:ſurgentemq; nouæ cartaginis arcem.

ritum ob quem poſt mortem Sichæi interemptu/
ram ſe putabat.Nã niſi & ipſa periret auro ille potiri
non poterat.Amores in plurali numero ad uolupta
tem:in ſingulari ad religionem pertinẽt. Aegram:
mœſtam. Multa.m.ſ.ſed quomõ hoc:cum alibi ſit
qs fallere poſſit amantem.Sed oſtenditur nimia illi/
us malitia:q etiam amãtem fefellerit. Vna ſpe:dice/
bat.n.illum reuerſuꝝ. Inſomnis: ſi ab ĩſomnio eſt
erit ſynæreſis:ut peculi.Si a ſomno erit ĩ ſomnis id/
eſt dum ſomnos caperet. Crudeles:epitheton de cã
eſt.Nam aræ piæ ſunt. Retexit:Oſtendit qd ſit nũ/
dat:Suadet.ſecundũ naturã duæ ſunt ſyllabæ.Mul/
ti uero triſyllabum putãt:quod ſi inueniatur diſſo/
lutio eſt:ut dicimus ænea & hahena. Hoc autem ſo/
lum huiuſmodi uerbũ ĩ latino ĩuenit̃ Ignotum aut
quod ignorabat dido:Vel tantum quantum nullus
unquam nouit.Quibus aut.Oderãt læſi metuebant
lædendi nõ ergo uoluntate ſed odio & metu abibãt Propter hoc ĩ quarto dixit Quos ego ſidonia uix urbe re
uelli. Crudele:ideſt crudelis tyranni per hypallagen:Nã ĩ tyrãnũ iuſtum eſt odiũ. Pygmalionis.i.quas ſuas
putabat.Hic ĩ.iiii.ultra uirum.Nã quæ maior potuit eẽ pœna:q̃ auꝝ pp qđ pecauerat ꝑdere:aliter falſũ eſt ul
tra uiꝝ. Paratis:nã phœnices a rege pecuniã accipiebat ut de peregrinis frumẽta coemorẽt.Naues igit̃ ad hoc
paratas accepit Dido quã cum a fratre miſſi inſequerentur:illa aurum in mare deiecit: quod illi uidentes re/
uerſi ſunt. Surgentem:erigentem ſe. Nouæ:Carthago lingua pœnoꝝ noua eſt ciuitas:ut docet Liuius.
DONA. Huic coniunx:amoris inter coniuges honeſtas inſerit cauſas.Amabas inquit hominem ſecuta iu
ditium patris & diuitem & probum. Intactam:multum enim differt inter affectum uirginis:& eius quæ ſe
cundo nupſit primis nullis aliis ſed ſolis. Sed regna:tyri ex quo intelligitur habuiſſe ſpem faciendi: & factũ
defendendi quia rex. Immanior ſcelere:non eſt intelligendum quod furor medius inter Sichæum & Pyg/
malionem uenit:Nam ſic defendi poſſet Pygmalionis factum:ſi non uoluntate ſed furore peccauit: & furẽs
fuiſſet Sichæus.ergo pares.Quapropter ita pronunciandum:ut Sichæus fuerit innoxius.Pygmalion uero oĩ
bus aliis ſceleratior: quos in facinus ĩpulit furor.Ergo alii ſi ĩ crimĩa ĩciderũt furor cã fuit aut ĩſania:aut ani/
mi dolor:& poſſunt habere ueniam facti.Pigmalion uero aliorum comparatione ſceleratior oſtenditur:qa
uoluntate non caſu: aut neceſſitate ſcelus admiſit. Cæcus amore:unam cauſam ponit a uitio naturæ pro/
fectam:Sed cui alia crimina adnectuntur.Nam Saluſtius ait Auaritiam fidem probitatem cæteraſq; bonas
artes ſubuertit.Pro iis ſuperbiam crudelitatem:deos negligere omnia uenalia habere edocuit.Auaritiæ ergo
crudelitas comes perfidiaq; coniuncta.Non enim poteſt uoto potiri niſi ad id per ſcelus uenerit. Habemus
exempla apud poetam hic pygmalionis In tertio polyneſtoris.In ſexto qui auro patriam prodiderit. Nihil
autem in prima narrationis parte fruſtra poſitum eſt. Ditiſſimus.a.imitatur peſſima natura opulentia. Et
magno:m.d.a.hic grauatur factum ut cariſſimum ſorori uirum necarit. Cui pater: ut contra inditium pa/
tris fecerit. Clam:grauat factum.Nullus.n.clã facit:niſi illicitam eſſe ſciat.Vel clam:Ne ſi palam innocens de
fendi poſſet.Ergo clam ut lateret auctor.Quis enim crederet ſororis uirum innoxium amabilem nullis in/
teruenientibus ĩnimicitiis ab eo cæſum. Ante aras:occidit propter ſolam auaritiam.cum rex nulla ĩnopia ur
geretur occidit innoxiũ:ĩcautum ſororis uirum.Ergo uirtute oratoria unũ admiſſum q̃tis criminum gene
ribus aggrauat poeta & partes cõis loci ingreſſus:q̃ late diſcuſſit non omiſſa:breuitate quæ æneæ neceſſaria
erat:ꝑꝑ tot calamitates feſtinãti. Ille: de quo nihil tale ſperabat̃.Ille quẽ nulla urgebat ĩnopia:q germanã ui/
ro priuare nõ debebat:q affinẽ ſeruare debuit. Qui contra naturæ religionẽ faceret.Contra iudiciũ patris ru
pto humanitatis & affinitatis uĩculo.Ante aras:ut ſceleri ſacrilegiũ addẽret Ante aras.i. diis ſpectãtibus quos
humana cæde funeſtare non debuit. Auri cæcus:a cupiditate enim impeditus non conſiderauit ubi quid
cur & in quem faceret.Factum celauit.Duplici de cauſa.Prima ne manifeſta cæde ad auctorem aliqua uia ire
tur Secunda ne re pateſacta potiendi uiri occaſione priuaretur. Ipſa ſed in:quoniam neque ſuſpicio ĩ Pigma
lionem duci propter affinitatem poterat nec teſtis extabat:poſita eſt imago. Innumati:unde augetur credu
litas q; cæſum ſepultura priuauerit. Pallentia:ut iam illum cæſum intelligat auditor. Crudeles aras: hoc ꝑ
uerba Traiecta:hoc per uiſum nudatur. Cæcumq;.d.ſtricti ponit quæ ſupra diffuſius dicta fuerant.Suadet
autem fugam quoniam neque ulciſci ualet apud ſceleratum tuta non poteſt. Auxiliumq;.u. propoſita fuga
addit facilitatem in tanta theſaurorum copia. Odiũ:eorum qui nonnullis uiribus potuiſſent reſiſter̃. Mœ
tus:eorum qui aliquid crudelitatis expectarent:Ergo alii fauebant.Didoni:ne ille occupato auro fieret forti/
or.alii propter metum quibus ferebat occaſio ut carerent ſæuiſſimi hominis dominatione. Paratæ:Si enim
aliquid innouaſſent in nauigiis dabatur aperta ſuſpitio. Onerant auro: aurum omne & argentum iuſſerat
tolli Sichæus:Sed iſti quia maior nauium copia ad omne tollendum opus fuiſſet:id tulerunt quod naues ca/
pere poſſent.Ergo auro quidem prætioſius eſt.& non argentum.Onerat ut plus etiam q̃ naues ferre poſſent
impoſitum eſſe uideatur.Quanta ergo fuit theſaurorum copia cum relicto argento ne totum quidem auꝝ
naues ferre poſſent. Auari pigmalionis : omne illuc tendit : ut probetur quod dictum eſt:Sed quo modo

Pigmalionis:Quia illas:ſuas futuras animo conceperat:propter quod ſibi erepta inique ferret: Dux.ſ.Ad inſultationem pigmalionis dictum ut ea duce perdiderit:qua aſſecuturum ſe putabat.

CHRI. Primis ideſt optimis:Nam quæ bono omine fiunt maiorem habēt efficatiā:Vnde ī Didonis coniugio quoniā diuortiū futurū erat:mala pōit auguria. Primis:optimis:Statius aduenisſe ducis genero primis q; hymenæis Egregiā argiam:nec formæ laude ſecūdā Deiphilē. Ante aras:Pathos a loco:Sic de Orpheo īter ſacra deū nocturnaq; orgya bacchi. Securus:Cōtemptor.Perſi.Hic ego ſecurus pelagi & quid ꝑparet auſter.Nā q ſecurus ē non timet:qui non timet cōtemnit. Celauit:Nā facile fratri ſoror credere poterat. Amātem:Et propterea reditum uiri cupientē facile āt credunt qđ cupiunt miſceri. Ipſa ſed in ſomnis:Tragœdiā excitat.Mire aūt & tēpori & perſonis accommodatur narratio: quia cum nihil breuius ſit:tamen oīa uerisimilia & aperta ponūt: Recludit:Nā ſi in promptu fuiſſent iam rapuiſſent illos pygmalion:Nec etiā tuti fuiſſent.ſi ita latuiſſent:ut tamen noti Didoni fuiſſent.Facile.n.nihil de fratre ſuſpicans illos ſibi īdicaſſet:ignotū ergo Didoni. Portant auari: Exprobatio ī auaritiā q̄ ſæpe īpellit nos propter q̄ſtū ad ſcelus ex quo ab euentu decepti nullum commodum conſequimur.

Mercatique ſolū facti de nomine byrſam
Taurino quantum poſſent circundare tergo.
Sed uos qui tandē? qbus aut ueniſtis ab oris?
Quo ue tenetis iter? quærenti talibus ille
Suſpirans:imoque trahens a pectore uocem
Odea ſi prima repetens ab origine pergam
Et uacet annales noſtrorum audire laborum:
Ante diem clauſo componet ueſper olympo.
Nos troia antiqua:ſi ueſtras forte per aures
Troiæ nomen it diuerſa per æquora uectos
Forte ſua libycis tempeſtas apulit oris.
Sum pius æneas:rapto qui ex hoſte penates
Claſſe ueho mecum:fama ſuꝑ æthera notus
Italiam quero patriam:& genus a ioue ſūmo
Bis denis phrygiū conſcendi nauibus æquor
Matre dea monſtrante uiā data fata ſecutus.
Vix ſeptē cōuulſæ undis euroque ſuperſunt.
Ipſe ignotus: egens libyæ deſerta peragro

SER. Mercatiq;.ſ.pellebatur lybia ab iarba Dido Itaq; callide emit tantū ſoli quātū poſſet bubulo corio teneri.Veꝝ coriū in tenuiſſimas corigias ſectum tetēdit.occupauitq; ſtadia.xxii.hoc breuiter tāgit cū dicit nō tegere ſed circundare. Factide.n.De cāæ q̄litate. Tandē:uacat.Et ē naturalis interrogatio qn unde & quo.Sic ī.viii.licet mutato ordine. Quo tēditis:Et quod genus:Vnde domo. Trahens a.p.u. Subaudi dixit.Nā quotiēs longe reſpondet parēthesis ē quotiens nuſq̄ eclypſis. O dea:ita ꝑſeuerat ī opinione ſua:ut illi quādoq; cōcedat. Si ueſtras forte p. au.t.n.it.uel illud ē quod ſupius dixit an nymphaꝝ ſ.u.Quæ nō oīa ſciunt & moriunt ſecūdū Ariſtote. ut fauni & panes. Ab origine:a raptu helenæ. Pergā:ꝑſeuerē.i. uniuerſa dicā. Annales: hiſtoria ē eoꝝ tempoꝝ q̄ uidimus aut uidere potuimus dicta ab στορειν.i.uidere.Annales ſunt eoꝝ annoꝝ & tēporū q̄ noſtra ætas nō uidit.Sed confundūt ut hic ubi annales pro hiſtoria ponunt. Clauſo:ſecundū poetas qui dicūt nocte claudi:die aperiri cælū. Cōpōet: Finiet. Antiq̄:nobili ut terra antiqua.i.nobilis : nec enim poterat eē noua. Forte ſua:Caſu ſuo.i.quo ſolet.Eſt āt nomē a nominatiuo fors:Teren.Fors fiat. Libycis:hoc iā audierat. Oris:datiuus ē pro accuſatiuo ut ſupra. Pius:nō arrogāti:ſed inditiū ē Nō.n. ſcientibus ſed neſciētibus de re loqt:uel ut heroes loqtur qbus q̄ mētiri turpe erat: tā uera reticere. Denique Vlyxes quoq; ī Home.ait ſuā famam uſq; ad cælū ueniſſe. Hoſte:optima elocutio:pluſq; ſignificat de plurali ad ſingularē trāſire:Hora.Et hinc multa cane apros ī obſtantis plagas trudit. Patriā:diſtinguit ab italia.nā prouincia nō patria ē:ſed ciuitas:licet Salu.ſcribat hiſpaniā antiquā ſibi patriam eſſe:ſed illic ad laudem pertinet:non ad ueritatē.Tria ergo quærit prouinciam.ſ.italiā patriā corythū.Vnde Dardanus fuit. Genus.ſ.qa ex Ioue & Electra Dardanus natus troianæ gentis auctor. Phrygiū:Helleſpontū. Cōſcendi: bene dictū qa

Me/thres Car/thago

terra ut aiunt phyſici inferius ē elementum aqua:Nam continēs ſupra contentū eſt. Matre dea: tāgit hiſtoriam:quam poetice ſcribēs:nō poteſt apte ponere.propterea Luca.nō meruit eſſe in numero poetaꝝ:qa hiſtoriam & non poema uidetur componere.Nam Varro in ſecundo reꝝ diuinarum ait:Ex quo a troia eſt profectus æneas:Veneris per diem ſtellam ſemper uidiſſe:donec in laurentum agrum ueniret:ubi non eſt amplius uiſa:quare cognouit terras eſſe fatales.Ergo & alibi Nuſq̄ abero.Et Iamq; iugis ſummæ ſurgebat lucifer idæ. Data.ſ.A ioue. Conuulſæ:Aut ſuꝑſunt undis euroq; conuulſæ:aut cōuulſæ undis & euro:quia ſupra eſt Laxis laterum compagibus. Ignotus:Deeſt quaſi.Nam contrarium dicit Fama ſuper æthera notus. Subtrahit enim alias hanc dictionem ut medias inter exultat Amazon.Nam uolſca fuit.

DONA. Deuenere locos:ordina ſic Deuenere locos:mercatiq; ſolū.u.u.m.o.m.Nā ædificiū inſtitui nō potuit:niſi prius empto ſolo. Taurino quātū:alii dicunt pecuniam tunc ex corio bubulo fuiſſe:& pecuniā dictā q; ex pecore originem duceret:tātūq; fuiſſe ī ꝑcio loci:quātū bouis coriū conficere potuiſſet.alii fraudem emptoris ponūt qui tantum mercatus ſit q̄tū corio bouis poſſit circūdari:At uenditor nihil tale ſuſpicans arbitratus eſt tantū dediſſe:q̄tū integrū coriū poſſet occupare.Emptores uero ī tenuē corigiā illud ſecantes pluſq̄ deberent occupantes:ſed fabuloſa ſunt oīa.nā ſi attēdat magnitudo urbis:& q̄ta a Virgi.deſcribit:nō poterat niſi latioribus locis condi:licet poeta hoc credibile faciat dicendo facti de noīe byrſa:quod & lingua græca unde fuit Dido:& punica ideſt ipſius regionis ī qua res ē geſta:coriū ſignificat. Sed uos:mira breuitas interrogantis:nec fraude caret.Nā conat oſtēdere:ſe non eſſe deā:ſed non fallit æneam.Nā cū magna aī laceratiōe reſ

pondet. O dea:Duo dicit ĩpedire.Vnum quia non uacat.Alteꝝ quia breuitas temporis narrationem expleri nõ patiẽ properat redire ad ſuos a qbus ĩ locis deſertis noctu ſeparari nõ debuit.Beniuolá ãt facit & honorificá:cum deá appellat.Et attentá cũ multitudĩe calamitatum ſuaꝝ proponit:& nõ tamẽ oẽs ſe dictuꝝ.Reſpõdet ad oĩa ſed nõ ordĩe.Primo.n.reſpondet ſecundæ:Quibus aut ueniſtis ab oris.Et quáuis narratione totius diei nõ poſſe expleri calamitates dixerit:tamẽ breuitate mirãda labores oĩum concluſit annorum.Ná dicẽdo nos troia antiqua:primá tpis ptem poſuit:Dum ãt diuerſa p.e.u.tangit mediá:& forte ſua lybicis põit poſtremá:& ſimul oſtẽdit:ꝙ uiolentia fluctuũ illic appullerit:& quia cũ dea putabat ſe loqui:cõmendat perſoná ſuá dicẽdo Raptos.q.e.h.p.o.u.m.Fama.mediæ poſuit:nec dixit q̃ fama:ná & multi mala fama noti ſunt:ſed q̃ fama ĩtelligat: ponit cũ illũ religione in deos Fama ſup.æ.n.dicit.Cum enim laboribus meis eſſẽ notus toti orbi fama noĩnis mei ſine fine decurrens ad cælũ uenit. Italiá q̃ro:ad id Quoue tenetis iter?& ornatus genus addit:qđ nõ q̃ſitũ fuerat. Et genus a ioue ſũmo:Matre dea.libenter auditur quod gratias agat matri q̃ ſi abſenti. Data.f.ergo nõ uolũtario a patria diſceſſerat:Sic præteritá ſtrictim tangit: & in pſenti ĩmoratur: ut maiorẽ moueat miſericordiá. Bis.d.oſtendit magnũ numeꝝ.Sunt ãt ſi dolentis aĩmũ excutere uolumus ſeparatim ſingula cogitanda. Vix:oſtendit quanta difficultate euaſit. Ignotus:ſumma ĩ humanis miſeria. in alienis terris nullius habere notitiam.Augeẽ ãt ſi ſit egẽs:Ná ſi egeret:nõ eẽt cuiuſquá ei notitia neceſſaria. Ad hæc duo mala ignotus & egens addiẽ tertiũ ſolitudo ut nihil ad uictũ ſuppeteret nec ĩueniretẽ qui daret.

CHRI. Solũ:nõ ſolũ terra ẽ ſolũ:ueꝝ qcquic aliqd ſubſtinet aĩal.Vnde & de mari ſolũ dixit:ut ſubtrahiturꝗ ſolũ. Nomine:aliquãdo famá ſignificat:ut ĩfra Et nos aliquod nomẽqꝫ decuſqꝫ. Taurino:Taurus eſt bos nõ caſtratus & armẽti maritus.Iuuencus ãt q̃ ĩ iuniori ſit ætate.Vitulus q adhuc nõ ſit pfectus tanq̃ puer ĩ homine:Sed & ĩ elephãto uitulũ dicimus. Circundare dupliciter dicimus ut circundo ſolũ corio:ut hic & circũdo coriũ ſolo:Martia.Qui recitaturus circundat uellera collo Hic ſe poſſe loq:poſſe tacere negat. Tandẽ nõ uacat;ſed ſignificat affectũ loquẽtis:q q̃uis breuiſſime porauerit.tamẽ pluſq̃ uellet tẽporis conſumpſiſſe dolet dixit ergo tãdẽ:quia ſibi nimiũ tempus q̃uis breue fuerit cõſumpſiſſe uidetur. Ná animo properanti nihil ſatis feſtinatur. Pergá:pergere ẽ ſuo ordine procedere.Ergo ẽ ac ſi dicat Ita narẽ ut nihil omitá.Hinc dicimus pgere perſeuerare. Vacet:ocium ſit.Vacare enim eſt uacuũ eſſe.Vnde dicimus uacare impiũ quod ĩpatore caret & quoniá q curis uacui ſunt ociõſi ſunt dicimus uacare ocioſum eẽ.Et quoniá qđ ocioſũ ẽ nihilqꝫ agit ſupabũdat:dicimus uacarẽ ſupfluũ eẽ.Præterea qa qbus nullũ negociũ ẽ ii atẽtius aliud aduertũt dicimus uacare atente ĩcũbere:qa q diligẽtius ĩtẽdũt uacuos ſe ab oĩ alia cura pbent.Erit igiẽ ſentẽtia.Si ego ordĩe cũcta narrẽ & tu attẽte audias erit prius diei q̃ narratiõis finis. Olympo:Cælo quaſi ololãpos.i. totũ ſplẽdens. Forte:nominatiuum habet fors.Sponte autem ſolum habet ablatiuum. Tempeſtas:Qualitas eſt temporis & quáuis pro temporis ſæuitia ſæpius ponatur:tamẽ uerbũ mediũ ẽ:ut pro bono capiatur : ut unde hæc tá clara repente tempeſtas.Capiẽ aũt pro ipſo tempore abſolute.ut ſæpe apud Salu.ĩuenies: Annales:Pontificẽ facit æneá ſecũdũ Macrobiũ.Ná pontificibus pmiſſa ẽ poteſtas memoriá reꝝ geſtaꝝ ĩ tabulis conferendi:& hos annales maximos uocant:quaſi a pontificibus maximis factos.Differunt autem annales ab hyſtoria.Hyſtoria.n.nõ ſolũ res geſtas longo ordine explicat:Sed & cõſilia qbus geſtæ ſunt ponit:& conciones facit & acies inſtruit:& ſitus locoꝝ deſcribit.Annales ãt ſinguguloꝝ annoꝝ geſta inde ac breuiſſime notant unde annales Piſonis & pictoris dicimus.Liuii ãt & Salu.hiſtorias.Has chronicas græci nũcupant.pius ẽ.n.pietas gratũ & diligens officiũ quod tribuimus iis qui propinquitate nobis coniũcti ſunt:& patriæ etiá deuotis. Libyæ deſerta:pathos a loco:ut Cũ uitá in ſiluis inter deſerta feraꝝ.Item At nos hinc alii ſicientes ibimus afros. Vix ſeptem:unus eſt ex locis ad captandam miſericordiam: cum ex ampla fortuna in calamitatem incidiſſe oſtendimus:Sic infra Hic finis Priami.

Terra
Taurus
Iuuencus
Vitulus
Pergere
Vacarẽ

Europa:atqꝫ aſia pulſus.nec plura quærentẽ
Paſſa uenus medio ſic inter fata dolore eſt.
Quiſqs es haud credo:ĩuiſus cæleſtibꝰ auras
Vitales carpis:tyriam qui adueneris urbẽ.
Perge modo:atqꝫ hic te reginæ ad limina pfer
Nanqꝫ tibi reduces ſocios:claſſemqꝫ relatam
Nuntio:& in tutum uerſis aquilonibus actá
Si fruſtra augurium uani docuere parentes
Aſpice biſſenos lætantes agmine cygnos:
Aetherea quos lapſa plaga iouis ales aperto
Turbabat cælo:nunc terras ordine longo
Aut capere aut captas iam deſpectare uidẽẽ.
Vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis:
Et cœtu cinxere pollum:cantuſque dedere:
Haud aliter puppeſqꝫ tuæ: pubeſque tuorũ

SER. Europa atqꝫ aſia:aut orbẽ in tres ptes diuiſit:& abſolutũ ẽ.Aut ſi Europá tantũ & Aſiá ĩtelligimus ĩuidioſe loqtur:ut Venus cũctus ob.i.t.c.o.q̃ſi dicat p troiá aſia careo p italiá europa. Paſſa uenus: uel pp ſuũ uel pp filii dolorẽ. Quiſqs es : audierat ſum.p.æ.ſed qſqs es.q.d.etiá ſi hæc in te non ſint ſic infra Quiſqs es amiſſos.n.o.g.Hoc eſt quacunqꝫ ratione contra nos pugnaueris. Haud inuiſus:liptote eſt ideſt carus. Cæleſtibus: ſecundum Pytagoras & Plato.qui affirmant uiuos ſuperis:mortuos uero inferis caros eſſe.Vnde de pallante Nil iam mortalibus ullis debentem.Contra uero uos o mihi manes eſte boni.q.ſ.a.u. Vitales quibus uiuimus.Ná reciprocus ſpirttus uita eſt.Hinc Iuppiter quo cõſtat oĩa dicitur.αευρτησ ȝωησ.ideſt a uita. Tyriam:a colonis. Adueneris.u. Hyſterologia. Perge modo.q.d. hæc tibi ſola ſit cura:Nam naues liberatæ ſunt. Reduces.hi ſunt qui pericula euadunt. Verſis: Nam q italiam tendentibus aduerſi erant : nauigantibus in Africẽ fiũt pſperi. Ni fruſtra: ut cõfirmaret æneæ

Aut portũ tenet:aut pleno subit hostia uelo.
Perge modo:& qua te ducit uia dirige gressũ.
Dixit & auertens rosea ceruice refulsit:
Ambrosiæq; comæ diuinum uertice odorem
Spirauere:pedes uestis defluxit ad imos.

errorem ne diuinãdo dea crederetur. Est autem ua/
ni parentes idest uanũ augurium p hypallagen : uel
uani parentes qui res falsas & uanas docét:& sic osté
dit multos decipere auguria. Alii dicunt ad nimium
affectum parentum pertinere quo etiam uana do/
cent filios. Cygnos:hos nauibus aquilam tempesta
ti cõparat. In auguriis auté nõ solum aues considerã
tur:sed uolatus in ppetibus & cantus in obscinibus
quia non oẽs nec omnibus dant auguria. Columbæ non nisi regibus quia nunq̃ singulæ uolant ut reges nun
quam soli sint:unde in.vi.posuit regis augurium. Cignis dant solum nautis ut apparet in ornithogonia. Cyg
nus ĩ auguriis nautis grauissimus ales. Hunc optant semper qa nunq̃ mergitur undis. Lætantes:post pericu
lum. Agmine:impetu scilicet uolandi. Iouis ales:aquila quæ dicitur dimicanti illi contra gigantes fulmina
ministrasse: hoc fingitur quia natura nimii est caloris: ut oua quibus incubat possit coquere: nisi admoneat
gagaton lapidem frigidissimum. Hinc Luca. Fœta tepefacta sub alite saxa. Capere:eligere. Stridétibus.a.
signum augurii est. Cœtu:aues colli longioris:teste Plinio aut recto ordine uolant:ut sequens pondus capi
tis cauda præcedentis substentent:unde sæpe prima laborans relicto loco efficitur postrema: Aut in cœtu se
oẽs inuicem substinét. Hoc uolatu litteras quasdam imitantur. Lucanus. Et turbata perit dipersis littera pe/
nis. Cantus:alusit ad nautas. Puppes:naues per synecdochen. Hostia:pro portu posuit:sed proprie exitus
fluuiorũ sunt. Auertentes:se idest cum auerteret ut Tum prora auertit. Rosea : pulchra. Ambrosiæ : aut
diuinæ aut ambrosia oblitæ. Spirauere: Exalauere. Defluxit: quia dixerat Sinus ellecta fluentis.

DONA. Europa atq; asia:tacuit de africa quia ĩ ipsa erat. Venus autem sermoné interrupit:uel quia norat
cuncta:uel quia nõ libenter audiebat:uel quia maturandum:quoniã ante noctem uia mõstrãda erat. Quis
q̃s es:aduc ueluti cũ ignoto loquitur. Haud equidem:oportet te diis carum esse:quoniam carthaginem ue/
neris. hæc uerba omniũ ĩpõdebát effectũ de qbus conquestũ erat. Nã & noticiam sui & celebritaté & humani
taté pollicetur. Perge:hortantur ne redeat ad suos ut proposuerat:sed eat carthaginé. Namq; tibi:demit so
licitudinem de sociis salté illorum augurio nũcians. Ni frustra.a.u.d.p.ordina sic : ni uani fuere parentes.i.
maiores nostri: & frustra nos docuerunt. Bissenos:numero nauium coæquant quas æneas putabat oppres
sas. Aethera:quos ut cygni post perturbationé illatã ab aquila liberati suo ordĩe læti uolátes terrã captã pe/
tunt:sic tui a tépestate erepti tuti sunt. Et q̃.t.u.ne ille diceret nõ noui iter. Et uera ĩcessu.p.d. cõplectis q̃
uoluit dimissit lœtũ & ĩstructũ:& plurimis signis se manifestauit & splédore & odore & d̃flexu uestis. Am
brosiæq;.o.sic eius comæ se effuderant:ut putarent ambrosia:qua mulieres ĩ unguentis admiscent perfusæ.

CHRI. Europa:ab europa Agenoris filiam quam Iuppiter sub forma tauri rapuit:& per mare transuexit
Hora. Vxor inuicti iouis esse nescis Mitte singultus bene ferre magnam Disce fortunam tua sectus orbis no
mina ducet. Qui adueneris: psæpe relatiuũ & uim suam retinet & qa significat:sed tunc subiunctiuo iun/
git:ut hic q adueneris idest quia adueneris. Sic Plautus Aut qui confidentior iuuẽtus mores qui sciat q hoc
noctis solus ambulé. Vani:nõ qui sint uani:sed q essent si frustra docuissent: Sic Hora. At tu nauta uagenæ
parce malignus harenæ O &.c.m.p.d.idest qui esses malignus si parcereris. Bissenos:poetice. Nam orato/
res non ponũt hæc nomina p numerabilibus:nisi cũ noibus carẽtibus singulari:ut senas litteras binas nupti
as. Cygnus:græcum est nomé. latine dicitur olor:de hoc in buco. Iouiales:iõ astra iouis armiger dicitur te/
ste Acrone;quia cũ titanibus pugnaturus bonũ auguriũ ab ea accepit Iuppiter. Alii dicũt eã aquilã in uexillo
habuisse q̃ consuctudo apud cretenses mãsit & inde ad troianos hoc signũ trastulisse teucrũ:inde in italiã in/
duxisse æneã. ppeaq; romanos aquilã in uexillis habuisse. Refert pterea Pli. aquilã solam ex auibus flumine:
quod a ioue mitti fingũt poetæ:non tangi:sicut ex piscibus solus uitulus marinus & ex arboribus sola laurus
fulmine nõ tãgit. Quapp & Tyberiũ imperatorem:quoniam fulmina uehementer timebat semper turbati
ore cælo lauream coronam ĩ capite gestabat. Alii dicũt aquilam ideo ĩ tutella Iouis eẽ q æther est quoniã nul/
la auis altitudine uolatus ppinquior ætheri accedit. Ales secũdũ Lactan. ĩ fœminino genere pro malo augu/
rio ponit. Hora. Mala soluta naue exit alite:In masculino uero pro bono. Virgi. Nãq; uolãs fidus iouis ales ab
æthra De auguriis ãt & cæteris diuinãdi generibus dicemus ĩ secũdo. Loquit ãt more romano:apud quos ĩ
maximo ptio erant auspicia. Cice. de oratore. Quod leges ueteres:moresq; maioꝝ quid auspicia qbus ego &
tu cum magna salute reipu. psumus. Pubes puppes:color rhetoricus traductio ut est illud in hac calamitosa
fama q̃ in aliqua pernitiosa flamma. Item ĩtellectio. Nã posuit puppes ptem nauis pro totis nauibus. Cæteꝝ
pubes pilli sunt:qui ĩ humano corpore nascunt. Hoc fit circiter quattuordecimũ annũ quæ ætas pubertas di
cit. Hinc impuberes qui nũdum pilis uestiuntur & puberes qui iam uestiti. Et quoniam pubes maxime cir/
cum pudibunda oritur:illã pro pudibundis capimus. Ouidi. Ipsa uenus pubes quotiens uelamina ponit Pro
tegitur leua semireducta manu. Ceruice:ceruix posterior pars colli est dicta q per eam parté cerebrum ad
medullam spinæ dirigitur quasi cerebri uia:Superbiã significat:Cice. in uerrinis:prætoré tuas frãgere cerui
ces. Hortésius primus hoc noie in singulari usus est. Ait Quintilia. Ambrosia:apud medicos herba ẽ : de q̃
Diasco. Ambrosia quã multi broti. aut artimisiã uocant frutex ẽ multas uirgas habẽs lõgas palmis tribus: &
folia initio simillima rutæ:uirgæ sunt plenæ semĩe:ut sint q̃si acini odoré uini habẽtes. Nascit ĩ cappadocia q̃
circa se habuerit amplectitur. Fingũt tamé poetæ ambrosiã esse cibũ deoꝝ suauissimum ut nectar est potio
ipsoꝝ Plato tamé põit ambrosiã pro cognitione rerum cælestium. Nectar uero pro gaudio qđ ĩde pcipimus.

Ales
Pubes
Pili
Aetas
Pubertas
Impuberes
Puberes
Ceruix
Ambrosia

SER. Vera:Optime de qua dubitabaᵗ. Fugienté:celeriter diſcedentem. Totiens:aut κατατο σιωποτπυε
von ítelligimus ſæpe eũ eſſe deluſum:Vel ſecundũ ipſum poetã:qui ait in ſecundo.Cũ mihi ſe non ante ocu/
lis tá clara uidendã: Multi tamen dicunt ſæpe in hoc loco ut in habitu:in integratione:in reſponſione: & í au/
guriis.Tu quoqꝫ ſicut iuno & cæteri dii nobis inimici. Cur dextrã:Maioꝝ fuit hæc ſalutatio: cuius cauſam
dicit Varro Callimachũ ſecutus aſſerens oém eoꝝ honoré dexteraꝝ cõſtitiſſe uirtute.Ob quá ré hac ſe uene/
rabantur corpis pte. Veras au.&.r.u.ſunt multæ reciprocæ locutiões:ut hic:Multæ unius ptis utriqꝫ ſuffici

Et uera inceſſu patuit dea.ille ubi matrem
Agnouit:tali fugientem eſt uoce ſecutus
Q uid natum totiens crudelis tu quoqꝫ falſis
Ludis imaginibus: cur dextre iungere dextrã
Non datur: ac ueras audire:& reddeŕ uoces:
Talibus incuſat:greſſumqꝫ ad mœnia tendit:
At uenus obſcuro gradientis aere ſepſit:
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos:neu quis cõtigere poſſit:
Moliri ue morã:& ueniédi exquireŕ cauſas.
Ipſa paphum ſublimis abit:ſedeſque reuiſit
Læta ſuas:ubi templum illi: centumqꝫ ſabæo
Thure calent aræ:ſertiſqꝫ recentibus halant.
Corripuere uiam ĩterea:qua ſemita mõſtrat.
Iamqꝫ aſcendebãt collem:qui plurimus urbi
Imminet.aduerſaſqꝫ aſpectat deſuper arces:
Miratur molem æneas magalia quondam.
Miratur portas:ſtrepitumqꝫ:& ſtrata uiarũ.
Inſtant ardentes tyrii:pars ducere muros:
Moliriqꝫ arcem:& manibus ſubuoluere ſaxa:
Pars optare locum tecto:& concludere ſulco.

entes ut tenemur amiciciis:ſuperfluũqꝫ ẽ dicere mu
tuis:Nã amicitiis utrũqꝫ ſignificat:ut Frõto teſtatur.
Aliæ ſunt quaꝝ una pars plena é:at cõuerſæ habent
aliquid ſupfluũ Salu.In tugurio mulieris ancillæ:ná
ſi dicis ancillæ mulieris ſupfluũ eſt mulieris: qa an/
cilla ſexũ & conditioné ponit. Incuſſat.Supioris eſt
Teré.pater ad filiũ Quid me incuſas clitipho: Accu/
ſare é uel paré inferioré:ut in eodé loco uxor.Quam
ob cãm accuſer neſcio ppꝛietate ãt Ter. Oíbus ppõiᵗ
comicis licet í cæteris ſit íferior. Obſcuro ære:nebu/
la cuius diffinitio uitio é. Circũ.d.f.circũfudit. The
meſis eſt:cũ ſecto uerbo aliqd interponimus: ut Se/
pté ſubiecta trioni.ſed in cõpoſit o recte.In ſimplici/
bus nimis é aſpum.Antiqtas tamé fecit: ut Saxo ceŕ
cõminuit brum. Aut.u.p.c.ne ſæpe narrãdo crebro
patiaᵗ doloŕ. Paphũ:cypri é ciuitas. Sublimis:diui
no íceſſu. Læta:ueneris propriũ epithetõ. Sabæo:
arabico.Tres ſunt arabiæ:Inferior:Petrodes:& Eudꝯ
mõ:in qua ſunt ſabæi apud quos naſcitur thus dicti
αποτουσ εβεσθαι.i.uenerari ꝙ dii eoꝝ thuŕ uenere
tur. Thure.c.a.ſ.q.r.h.pp qꝺ dixit Aut equidé.t.m.
d.h. Recétibus:laus loci q ſemp flore ueſtitur. Ser
tis:ſertũ í neutro ſimpliciter poniᵗ:ſi ãt ſertam dici/
mus:ítelligimus coroná:ſi ſertos flores ut piſcinalis
locus & piſcinale. Viá.i.officium eundi:non .n. uia
corripiᵗ. Plurimus:ideſt longus:ut cũ ſe nux pluri/
ma ſiluis. Aſpectat:dat ſenſũ rei íſenſatæ. Molem:
ad ipſũ referᵗ. Magalia:ad poetá:ná hoc non norat
æneas.Eſt autem antiſtichon pro magaria : Magar
enim lingua punica uillam ſignificat. Ardétes:mul
tum feſtinantes:uel ingenioſi.Vnde contrariũ dicimus ſegné q̃ſi ſine igni.Vnde catus.i.ingenioſus eſt απο/
του και εσται. Ducere:ædificare. Moliri:molidus factis extollere. Optare:eligere:ut Tuus o regina qd op
tes. Sulco:foſſa.Ciuitas enim non domus circundatur ſulco ſic Auſim uel tenui uitem committere ſulco.

DONA. Voce:quando gradiendo uel currendo non potuit:Quid incuſatio nõ cõtumelioſa.ſed ex affectu
& religione procedés.Ergo mater nomen tuũ confiteri noluiſti & quaſi aliena locuta mecũ maternis uerbis
miſerias meas nõ leuaſti:nec ſemel hoc feciſti:ſed ſæpe.Cõſtabat.n.inter ipſos multa & uaria fuiſſe colloquia
in qbus ille uult:habitu & coloquio matris.Falſus é.Debuit auté ícuſatio ad abeuntem non eſſe longior:q̃ ut
ad celeriter fugiétis aures peruenire poſſet. Obſcuro aere:Nõ ſatis fuit urbis íſtruxiſſe filiũ licet ſciret oía ea
dé cõpoſuiſſe Mercuriũ:ſed q̃ttuor de cauſis texit:ne uiderétur:ne tágerenᵗ.ne íterrogationibus uariis detie
réᵗ:uel ueniendi cás q̃rétes eos q ante nocté uenire debebát detinerét. Miraᵗ:põit generaliter ꝙ oés uiæ &
portæ feruebát:& ſtrepitus agentium perſonabát. Inſtant:itur iá p ſpecies laudáᵗ át ꝙ nõ initi agebát. Pars
ducere:primo curabat quæ aduerſus hoſtes fuerant neceſſaria. Locum tecto:priuata ædificia curabantur.

CHRI. Inceſſu:deoꝝ & nobiliũ é:ſic ſupra:Aſt egoqꝫ diuum ícedo regina. Tu quoqꝫ.q.d. ſat eſt ꝙ ludar
ab hoſtibus. Dextrá:hoc mébrũ antiq fortitudini & fidei conſecrarunt:quéadmodũ frontem genio:Digitos
Mineruæ: Genua miſericordiæ:Aures memoriæ:Ergo í ígreſſione iunguntᵗ dextræ:quaſi ſit pignus fidei &
beniuolétiæ. At uenus: totus locus uſqꝫ ad moliri ue morá:ex Home.eſt. Paphũ:urbs in cypro.Cice.ad ſex/
tiliũ:Oés tibi comédo cyprios:ſed magis paphios:Paphus cylicis a quo cylicia denominata eſt:filius & ſucceſ
ſor fuit.& í cypro urbẽ condidit paphon a ſe denominatá & in ea téplũ Veneri cõſecratũ. Sedes ſuas: in Cy/
pro.n.coliᵗ:Illucqꝫ primũ ex mari appuliſſe nõnulli affirmát.Vnde κυπριβαρεια dixit Theocritus : & cypro
genia ét appellaᵗ.Libido át & laſciui mores eius gentis illá ſibi aſciuerũt:ná uirgines cypriæ nõ ante nubebát
q̃ apud portũ aduenas excipientes cõcubinitus dotes lucrarenᵗ.Scriptũ át é in ea hiſtoria quá priſci ſacrá ap/
pellát.Veneré arté meretriciá inueniſſe:auctoréqꝫ mulieribus in cypro fuiſſe:ut uulgato corpore quæſtũ face
rent:ne ſola ípudica & uiroꝝ appetétes uidereᵗ. Téplũ:antiqſſimũ oium q̃ ueneri ædificata ſunt templa fu/
it Aſcalone q̃ urbs é ſyriæ.Hic át aiũt cypri profectos eos eſſe q í cypro hoc téplũ condiderũt:Quod uero í cy
theris íſula é:condiderunt phœnices:q & ipſi ex eadé ſyria ſunt.Hæc Hero.Corne.aũt Tacitus ſcribit. Tépli:

Paphũ
cylicia
Cypro
genia/

Veneris quod paphi est conditorem uenerianum uetus memoria tradit. Fama recentior tradidit a Cynara sacratum templū: deamq; ipsam conceptā mari huic appulsam. Sed scientia aruspicū huc accitā: & paulo īfra cynarides sacerdos cōsulit. Certissima fides hædoꝝ fibris habet. Sanguinē aræ effundere uetitū. Præcibus & igne puro altaria adolentur: Nec ullis imbribus q̄q̄ ī aperto madescunt: simulachꝝ deæ non effigies humana sed continuus orbis latiore initio tenue in ambitu metæ modo exurgēs: Et rō ī obscuro. Thure: thura non nisi in parte una arabiæ nascunt in mōte excelso: Hæc regio thurifera saba appellatur: quod misteriū significat: nec arboris ipsius quæ sit facies constat: Cū alii folia piri minora & herbidi colotis habere dicāt. alii lentisco similē arborē dicūt rutilo folio. Quidā therebinthū esse: & sic putauit Antigonus allato frutice. prima uidemia circa ortum canis est: quæ maxime p̄gnās uidet. Incidit cortex: & exit spumā tegete palmea excipiēte Quod in arbore hæret: ferro deciditur: unde corticosum ē. Legitur autūno ex æstiuo partu. Hoc candidum est. Altera uidemia est in uere ex cortice in hyeme īciso. Rufum hoc nec priori cōpandum. Illud carphiatum hoc datiacū uocant q ex eo rotunditate guttæ pepēdit masculum uocatur religioni tributum. Ergo sabæū thus a saba dicitur. Strata. u. uias lapidibus strata. Manibus. s. nam sua magnitudine ferri non poterat.

Thus Saba thurifera

Iura magistratusq; legunt: sanctūque senatū
Hic portus alii effodiunt: hic alta theatri
Fundamenta locant alii immanesq; colūnas:
Rupibus excidūt: scænis decora alta futuris.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor: cum gentis adultos
Educunt fœtus: aut cum liquentia mella
Stipant: & dulci distendunt nectare cellas.
Aut onera accipiūt uenientū: aut agmīe facto
Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent.
Feruet opus: rĕdoletq; thymo fragrātia mella.
O fortunati quorum iam mœnia surgunt
Aeneas ait: & fastigia suspicit urbis.
Infert se septus nebula: mirabile dictu
Per medios: miscetq; uiris: neq; cernitur ulli.
Lucus in urbe fuit media lætissimus umbra:
Quo primum iactati undis & turbine pœni
Effodere loco signum: quod regia iuno
Monstrarat: caput acris equi: sic nā fore bello
Egregiam: & facilem uictu per sæcula gentē.

SER. Iura magistratusq; legunt: Eligunt. Portus effodiunt: idest cotgona faciunt. Alta: hinc futura magnitudo ostenditur. Apes: tertiæ declinationis genitiuus pluralis in ium & um exit. Sed tum ꝓ nostro arbitrio cum nominatiuus singularis sit in n & s: ut amans amantium & amantum dicimus. si āt fuerit in er & ur: ut pater & murmur tamen in um. Cætera nomina auctoritate firmamus: ut apis apiū: uel apum. Noua: qa etiā adulta & præceps inuenit. Florea: pro florida. Rura: a græco per aphæresin Illi. n. ἄρουρα. Exercet: fatigat. Sub sole: in sole ut infra. sub ingenti templo. Gentis fœtus: ad laudem apium pertinet: ut latius patet in georgi. Liquentia: defæcata & pura: Nam dura mella meliora sunt. Stipāt: densant: translatio est a nauibus in quibus stupa interponitur uasis. quam stipam dicunt. Distendunt: implent: ut Denso. d. p. Nectare: melle ꝓpter suauitatis similitudiem abusio facta ē. Cellas pro fauorum cauernis: traxit a reponendi similitudine uel a celando: Vnde cellam appellarūt. Ignauum: sine industtia. Nam gnauum industrium appellamus. Fucos: secundum Plinium. apum multa sunt genera. Apes tamen oriuntur de bobus. Fuci de equis Crabrones de mulis: Vespæ de asinis: Fucus secundum Aemilium marcum maior est ape. Pecus: omne animal est quod humana lingua & effigiæ caret: Hor. omne cum proteus pecus egit. a. u. m. Præsepibus: aluearijs. Feruet: cum celebratur Contra friget cum cessat dicimus. Fragrantia: cum incendium significat p. l. scribitur: qđ est a flatu uel a flama: cum odorem quia fracta re maior est per. r. Pœnoꝝ ergo labor operi apū: custodia litoꝝ expulsioni fucoꝝ cōparantur. O fortunati: q iam faciunt qđ ipse desiderat. Suspicit: mirat ut despicit contemnit uel alta aspicit. Per me: figura ē: nā planū fuerat. Mediis se infert. Lucus: ubicunq; lucū ponit Virgi. sequit consecratio. In. vi. Nulli certa domus lu. h. o. dicitur lucus q nō luceat: & nō q ibi sint lumina cā religionis. Vmbra: uel septimus casus est: uel secūdū Probū gtūs. Sicut Salu. Frugū pabuli lætus ager. Quo primū: quo simul: Nā secūdo ad africam non uenerūt. Effodere: historiam per trāsitū tangit. Dido per insulam quandam iunonis transiens accepit oraculum: & sacerdotem secum abduxit parum illi credens carthaginem promittenti. Quo cum uenisset sacerdos effosso loco caput bouis īuenit. hoc displicuit quia bos semper subiugatus est. Alio loco effosso caput equi inuenit: Nam q̄uis subiugetur: tamen belicosum animal est ita ut quia concordes iugum subeunt sit spes pacis illic igitur templum iunonis factū ergo fertilis propter bouis oēm bellicosa ꝑꝑ equū futura erat. Mōstrarat: mōstro đderat. Facile. u. ꝑ bouē.

Ignauum Gnauum

Lucus

DONA. Iura: dispōit leges & honores curiales. Portus: & hoc ad salutis subsidiū. Alta theatri: post ea q̄ ad salutem & honorem pertinent prospicit uoluptatibus ꝑꝑ sænas quod non fit nisi in ociosa ciuitate: quod æneæ erat necessarium. Columnas: ut non solum theatri gesta uerum aspectus operis iuuaret. Ponit apum comparationem: quæ & industria & labore & equitate operis & concordia excellentes sunt: & quæ fucos animal non solum iners uerum etiam uorax a sedibus pellāt. O fortunati: non inuidet alienæ fœlicitati: sed pro sequitur laudem. q. d. quādo ego ad hāc fœlicitatē pueniā? an urbe an umbra nihil r̄fert. Quo primū: ut supra per cygnos demonstrata fuerat fœlicitas: sic nunc per pœnos q tēmpesta te uexati huc incolumes uenerūt & fundamenta fodientes caput equi īuenerat: signū habuerunt ut ī bellicis copiis essent futuri copiosi.

CHRI. Iura.m.q.optime nam primũ iura condenda ſunt:deinde magiſtratus creandi: q uiri præſint: Ius autem triplex eſt.i.ius naturale:ius gentium:& ius ciuile. Naturale duce natura prouenit. Nã ꝙ uim ui repellere liceat ꝙ filii alant̃ impulſu nature fit. Ius gentiũ dicit̃ ꝙ tacito quoddam hoium omnium cõſenſu approbat̃ quo parentes maioreſq; natu ueneramur & legatos icolumes eſſe uolumus:Ciuile uero ẽ quod ſibi unaquæque ciuitas ſanciuit:ut ius ciuile atheniẽſium:ſpartanorum romanoꝝ.Sed ut iuris ciuilis romanoꝝ originẽ proſequar.Romulus cum i.xxx.curias populum diuiſiſſet leges tulit quas curiatas appellauit.Tulerunt & ſequentes leges quas oẽ.quoniã a Sexto papirio ſuo ordĩe ĩ unum uolumẽ redactæ ſunt ius papiriãum appellarũt.Verum ut de multis pauca dicã:lex fuit a Romulo lata.q̃ omnẽ poteſtatẽ per omne tẽpus uitæ patri ĩ filiũ conceſſit:ſiue coercere:ſiue uerberare:ſiue uĩctum ruſtico opere detineri:ſiue mallet etiã occidere.Lex ãt Numæ ita fuit.Si pater filio permiſit uxorem ducere:ſacroꝝq; & pecuniaꝝ legibus futuram nõ amplius poteſtatẽ eſſe uendendi filium patri: quod non ſcripſiſſet niſi prioribus legibus filios uendere pr̃i licuiſſet.Inuenies & alias regum ro.leges apud Dionyſium alycarnaſeum.Exactis uero regibus lege a tribũis latas omnes leges exoluere:ac deinde ad multos annos conſuetudĩe potius qua lege uixit.Popu.ro.Inde creati ſunt decem uiri anno urbis altero & trecenteſimo: qui congrerent leges a græcis ciuitatibus:quas in.x. tabulas eburneas perſcriptas in roſtris poſuerunt:Fuitq; illis ius ſine prouocatiõe eo ãno ut leges corrigerẽt & ſi qd uideret̃ ad derẽt.Vnde ſequẽti anno alias duas addiderũt tabulas: ꝑptereaq; fuit duodecim tabulaꝝ liber:Haꝝ ferendarum auctorẽ dicunt fuiſſe Hermodoꝝ quendã epheſiũ in Italia exulantem. Hic aũt exorta eſt prudẽtium interpretatio & diſputatio fori.Hæc ĩterpretatio ſine ſcriptis proprium nomẽ nõ habens ius ciuile dicit̃. Inde ex iis legibus eodem fere tẽpore actiões cõpoſitæ ſunt:qbus inter ſe hoĩes diſceptarent:quas ne pro ſuo arbitrio hoies inſtituerent:certas & ſolemnes eſſe uoluuerũt.Hæc aũt pars iuris legis actiones appellant̃. Sciẽtia tamẽ ĩterpretandi:& actiões apud collegiũ pontificũ erat: ex qbus conſtituebat̃ quis quoq; anno p̃eſſet.Hæc cõſuetudo annis fere centũ durauit.Poſtea cũ Appius Claudius ꝓpoſuiſſet: & ad formas redegiſſet has actiões.C. flauius ſcriba eius & Libertini fi.ſubreptũ librũ populo tradidit.Vnde meruit tri.plœ. ædilis ac ſenator fieri. Hocq; ius flauianum dixerunt.Inde ſex.Helius ilias actiões cõpoſuit:& hoc ius helianum dictum eſt.Intercedente deĩde diſcordia ſeceſſit populus & ſibiiura conſtituit:quæ plebiſcita dicunt̃.Inde cũ tantum populum coire difficile eſſet:cura ad ſenatum reiecta.Senatuſcõſulta facta ſunt. Senatũ:ſecundæ declinationis antiquitus fuit.Plau.in caſſina ſede eccũ ſenati columẽ præſidium populi.Senatus ab eo quod eſt ſenex & natu: ut placet Ciceroni.Nam maiores natu in eum ordinem legebant̃. Theatri:de hoc dictum eſt ĩ geor. Scænis:q̃uis græcum nomen ſit:& apud illos per η ſcribat̃:tamen latini ꝑ æ diphthongum ſcribit̃. Qualis apes duæ ſunt comparationes apud Homerum. Altera apium:altera muſcarum. Elegantiſſimus autem poeta muſcarum comparationem tanquam ſordidiorem nuſquam ponit.Apium uero ueluti elegãtiorem elegit eamque exactius proſecutus eſt.Homerus enim uagas apes ponit.Maro uero ut rem penitus exprimat induſtrioſas laborioſaſque effingit.Neque potuit ex brutis eligere animal quod magis rem exprimeret. Duo enim ſunt genera inſectorum quæ ad humanam atque ad repu.proxime accedunt formicæ atque apes:ſed formicæ ſtatum popularem imitant̃.Apes autem regium & mõarchium.Nam regem habent cuius iuſſu oĩ agunt. Quapropter optime pœni ſub Didone regia ſe ſumma cum ĩduſtria exercentes apibus coparantur.De his abunde diximus in georgicis. Fucos: Fuci maiores ſunt apibus: ſed ab illis nouiſſime tanquam a feſſis imperfectæ ueluti apes ſine aculeo producuntur ſerotinus fœtus & quaſi ſeruitia uerarum apum. Adiuuant : tamen circa fœtum multum ad calorem Adiuuante turba. Verum cum mella matureſcere cœperunt Ambigunt eos apes: multæque ſingulos aggreſſe interimunt.

Ius naturale
Ius gẽtium
Ius ciuile
Curiatas
Ius papi.
Lex Nũæ
Ius flauianũ
Ius helianũ
Plebiſcita
Sẽatus
Formicæ
Apes
Fuci

Hic templum iunoni ingens ſidonia dido
Condebat donis opulentum:& numĩe diuæ:
Aerea cui gradibus ſurgebant limina:nexæq;
Aere trabes:foribus cardo ſtridebat ahenis.
Hoc primum in luco noua res oblata timorẽ
Leniit.hic primum æneas ſperare ſalutem
Auſus:& afflictis melius confidere rebus
Nanq; ſub ĩgenti luſtrat dum ſingula templo
Reginam opperiens:dũ quæ fortuna ſit urbi
Artificiumq; manus inter ſe operũq; labores
Miratur:uidet iliacas ex ordine pugnas.
Bellaq; iam fama totum uulgata per orbem:
Atridas priamumq;.& ſæuũ ãbobus achillẽ
Cõſtitit.& lachrymãs qs iã locus ĩquit achate
Quæ regio in terris noſtri nõ plena laboris?
En priamus:ſunt hic etiã ſua præmia laudi.

SER. Hic templum ſidonia: Tyria. Donis & numine diuæ.Aut numẽ ꝓ ſimulachro quod aureum uelit fuiſſe:uel oſtendit plenũ fuiſſe p̃ſentia numinis templũ. Aurea:uel ꝙ magis ĩ uſu haberẽt ueteres:uel ꝙ religioni magis eẽt aptum.Nam flamẽ dialis æreis cultris tõdebat̃: uel ſignificat ſæcula ærea:q̃ hoc tempore ut ait Heſi.fuerũt. Foribus: Fores ſunt quæ foras apiunt̃:ut erat olim.Valuæ ut ait Varro.quæ reuoluunt̃:& ſe uelant:Ianua eſt primus domus ingreſſus quoniã Iano omne prĩcipiũ conſecratũ eſt.Cætera ĩtra Ianuam hoſtia uocant̃ generaliter: ſiue ualuæ ſint ſiue fores.Vſus tamen corrumpit. Cardo:quaſi cor ianuæ quo mouet̃. Stridebat.a.ad ſua retulit tẽpora. Nam poſt ꝓditum a Tarpeia capitolium ærei cardines iſtituit ſunt:ut ſtridore aperta hoſtia ĩdicarent̃. Primum:nam & alia ſecuta ſunt q̃ detraxerũt formidinem. Timorem:cur poſt uiſam matrem timuit? Quia non penitus putarat mr̃em.Cuius nulla uerba ſecuta ſunt. Sed dic Verius ꝙ Venus nil de aio rum moribus.Vnde nunc formidat:dixerat.Tamen in Vir.aliquando ualidiora ſunt obiecta purgatis ut

Fores
Valuæ
Ianua
Hoſtium
Ianua
Cardo

Sũt lachrymæ rerum:& mẽtẽ mortalia tãgũt
Solue metus ferret hæc aliq̃ tibi fama saluta.
Sic ait:atque animum pictura pascit inani
Multa gemẽs:largoq; humectat fluiẽ uultũ.

hic. Ausus:q̃a inter incerta satis audacter salus sepa/ rat. Afflictis:de afflictis nõ.n.põt eẽ septimus casus. Sub tẽplo.i.i tẽplo:ut exercet sub sole labor. Expe/ ctãs:uel ex pperatiõe artificũ uẽturã concipiebat:uel uidendæ regiæ occasionẽ regrẽs. Fortuna:fœlicitas. Inter se.i.habebat artificũ cõpationẽ. Ex ordĩe:oĩs ergo pugna picta erat:sed ea tantũ dicit q̃ Achilles uel Diomedes gesserat:ut excuset æneas si est a fortibus ui ctus. Totũ:q̃a europa ĩtulit:Asia passa ẽ:Africa pixit. Atridas:usurpatũ est:Nã Philistẽis filii fuerũt Agamẽ nõ & Menelaus. Ambobus.s.atridis:quos p una parte capit & priamo. plena la.melius gẽitiuo iũgit. Terẽ. Plẽus rimaꝝ sum. En priamus:laus picturæ.p quã nõ imago sed ipse ostẽdit. Sua præmia:omnis æneæ so licitudo de moribus aforum fuerat:quã nũc depõit propter picturam Nam q̃ pĩgunt uirtutẽ diligunt:& mi serent. Sua:idest congrua:ut strueremq; suis al.d. Laudi:uirtuti:ut Primam merui q̃ laude coronam. Mor talia:aduersa:quibus mortales subiacẽt. Feret:afferet. Inani:Epitheton picturæ: uel q̃a caret corpore quod imittaui:uel quia nullius est utilitatis. Humectat:catinosis est:Nam largo flumine est fluere idest fluxu ipo. DONA. Hic:oportuit.n.deam ĩ eo loco habere honestissimam sedẽ : ĩ quo uirtutem suæ maiestatis ostẽde rat:Et cum nondum perfectũ esset:tanta reuerẽtia collebat:ut donis copiosum esset.& dea ipsa præsens esse crederet. Hoc primũ:propositionis genus est:Dicturus est.n.quid uiderit:Vnde aliq̃d separarit: Vnde sit le/ nitus metus:Nam totus eradi nõ potuit. Noua:uel contra spem:cũ paulo ante uidisset oĩa deserta:uel noua: quia uidebat troiana certamia depicta. Namq;:reddit rationẽ q̃d sit quod leniebat metũ & spem:inopiã pro mittebat. Reginã.o.nõ leuibus picturis tenebat:sed q̃d necessariũ erat reginam operiebat.Ergo ad sui excu sationẽ hoc dixit.Circũspectabat etiã ueluti & ipse nouã urbẽ cõditurus ut aduerteret q̃to id labore cõstaret. Artificũ.q.m.ita omnes pariter una gr̃a & una subtilitate certabant:ut ĩtuens nullam aliis præfere potuisset. Descripta aũt magnitudine & fortitudine transit ad ornatũ picture. Sæuumq;:comparationis species ut sit Sæuior fuit Achilles Agamemnone & Menelao. Constitit:mente.Dolebat de aduersis suis ĩperiiq; troiãica lamitatibus:& suoꝝ ĩteritu factas esse fabulas:quas loquerent:& oblectationis causa pingerent.Sic tamen ita dolenda protulit:ut partes etiam consolationis inferret.Feret hæc aliquam.t.f.s.Nam calamitas citat commi serationem. En:non tantum demostrantis est:uerum etiam dolentis.q.d.ecce ad quam ĩfœlicitatem perdu ctus est Priamus.Expõit iam suos dolores:quos ex persona potentissimi regis senis & soceri sumebat. Sunt. &.s.p.l.sunt.l.r.& hæc propositio.Dicturus est enim quæ laudanda & quæ dolenda. Mortalia: quæcunque aduersa mortalibus acciderint. Multa gemens.a.a.p.p.i.Propositio:Monstrat quæ res in pictura animum re ficiat:& quæ dolorem afferat Vtrunque tamen animum considerantis ducebat ad lachrymas.

CHRI. Templum:Quasi tectum amplum.Varro autem dixit a tuẽdo. Hinc contemplor a addit triplex esse templum. A natura ut in cælo:ut Contremuit templum magnum Iouis altitonantis.Ab auspiciis in ter/ ra: A similitudine sub terra:ut in Andromacha:Acherusia templa alta ora salute infra. Templum illud quod in aere ab auguribus designatur quattuor habet partes:Sinistram ab oriente:Dextram ab ocasũ: Antiacam a meridie:Posticam a septentriõe:& quia q̃primum aues templum ingrediebãt augurium captabant:dictum est ex templo idest statim.Hoc igit secundum est templum.Tertio quod homines deo cõstruunt. Aera:æs primum metalorum in usum uenisse multis coniecturis facile crediderim. Naturam habet stipticam ; unde squamas eius adhibent remedio contra putredinem.Qui uero in metallo æris morant:semper sanitate ocu/ lorum pollent:ut ait Macrobius.Aura enim quæ ex ære procedit in os incidens haurit & exsiccat quod male influit.Aristoteles autem ait uulnera ex ære mius esse noxia q̃ quæ ex ferro Poeta uero ærea hic dixit:quia ad rem diuinam pleraq; ærea adhibent præcipue in sacris lunæ:q̃bus aut deuouere:aut pellere aliquos morbos uolebant.Vnde Plautus Mecum habet pagus morbum æs.Et Sophocles Medeam iducit herbas nocuas auer sa seccat: & succum in cados æneos fundit.Et Virgi. Curetum sonitum crepitantiaque æra.& Carminius ait Tuscos æreis aratris ad condendas urbes ut in sacris tagecitis apparet esse usos.Sabinosque æneos cultros ad tundendos sacerdotes facere.Aes dicit etiam cuprum:& secũdum Aristotelẽ cõponit ex sulphure & argento uiuo:ut alia metalla:Sed tunc fit æs cum plus est ibi de sulphure q̃ de argento uiuo:& sulphur est terreum nõ pure rubeũ habens colorem adurentem.Argẽtum autem uiuum est mediocre nec nimis subtile. Est autem hic traductio color rhe.aerea aere aheni. Connexe aere:architecti.n.antiqui ĩ magnis ædificiis nõ ferreis sed æreis clauis utebant:quia æs non ita erugĩe consumit ut ferrum. Noua:idest insolita fortunæ troiaorum. Et auget letitiã spes improuisa.Ex eisdẽ.n.locis diuersa argumenta reducunt.Vt.n.ille magis est doliturus ex eo quod ponit:Et nunc ille q̃dem spe multũ captus Iani.Ita magis gauisurus quod ait uia prima salutis quod minime reris:graia pandet ad urbe. Sub ingenti.i.in.Stat.Primæq; occiduæq; domus effusa sub omni terra die.Sic græci ὑπο p ευ.Hesiodus ĩ theogonia αρηαστ πολιχινον θελικωνοσ ὑποζαθεοιο. Sub quando ad lo/ cum significat accusatiuo iungit & ponit pro ante aut per:ut Postesq; sub ipsos.Item At si nõ fuerit tellus fœ cunda sub ipsum arcturum.Itẽ sub lucẽ exportãt calatis.i.antelucẽ.Item & sub noctem cura recursat.i.per no ctem.Quando uero in loco significat ablatiuo iungit:ut Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.In com positione modo iocalis est:ut subduco. Aliquando minuit:ut subtristis. Ait Priscianus.Est color rhe. repeti tio Dũ singula tẽplo & Dum q̃.s.f.u.Ex ordĩe:ergo & omnes pugnæ & suo quæq; loco erãt. Quæ res ostẽdit accuratã inq̃sitionẽ afroꝝ eius belli.Pugna ãt a bello differt.Bellũ.n. cõtinet uniuersũ illd̃ spatiũ discordiaꝝ & q̃cquid ĩ eo gestũ dictũ ue ẽ.Pugna ãt est cũ mãus hostiliter cõserunt.ergo unũ bellũ plurimas habet pugnas.

En

Aes

Sub

Bellũ

Pugna

SERVI. Pergama: Abusiue:Non enī circa pergama sed circa troiam pugnabant. Troiana iuuentus:Diffinitio Hectoris:ut Catillus acerq́ꝫ corax argiua iuuētus.Nam Home.pene ubiq́ꝫ exercitū Achilli & Hectori cetem scribit. Phryges:dat troiāis nomē pro q̄litate rei.Cū.n.timidos īducit phryges appellat ut hic & alibi O uere phrygiæ neq́ꝫ.n.phryges.Cū generosos dardanidas dicūt:ut Dardenidæ magni genus.a.a.s.d. Laomedōtiades pfidos:ut Laomedonteæ sentis piuria gētis.Troas:hectoreosq́ꝫ fortes. Cristatus:nam Home.i eius cristis qddam terribile scribit fuisse.Rhesus rex thraciæ ī auxiliū uenit troiāis & clausis iam portis ī littore tētēdit:pdenteq́ꝫ Dolone troiano speculatore misso ab Vlyxe & Diomede interfectus ē:Nā & ipsi speculatū uenerat.Abductiq́ꝫ sunt eius eq qbus pendebant fata troiana. Primo som. Prima pte noctis ut Libra die somni.q.p.u.s.h. Tytides: Diomedes.celat autē Vlyxē pp æneā:ut iā dixi.aut qa secundū Homeꝝ occidēte Diomede cadauera Vlyxes trahebat. Ardētes:candidos & ueloces:ut pnicibus ignea plātis.i.uelox.Troilus. Achilles Troili amore captus palūbes qbus ille delectabať ei obiecit:quas cū uellet tenere captus ab Achille ī eius amplexibus piit.Sed ueluti īdignū mutauit poeta. Fugiēs:fugere uolēs. Ac īpar.q.d.etiā si puer nō eēt. Achilli:cōgredior tibi & pugno tibi antiq dixerūt hodie tecū dicimus. Curru: curribus falcatis usos antiquos Liuius & Salu.docēt.Inani sine rectore. Tamē:q̄ q̄ mortuus. Versa: tracta ab eo qđ ē uerro. Inscribiť:dilacerať:Plau.Corpus tuum uirginis īscribā. Hasta:quā ab ea trāsfixus trahebat. Nō æq́ꝫ:iniq̄ Liptote est: ut & uacuis clanius non æquus acerris.Passis ab eo qđ ē pando:Nō aūt facit pāsus:qa pleꝝq́ꝫ.n.qđ ī p̄senti fuit:nō ē ī participio p̄teriti.De q̄ re iūdicat euphōia.A tūdo tūsus ē & tusus.Quāuis aūt reliq̄ mutēt:Nactus tamē & passus nūq̄.n.accipiunt. Peplū.palla picta fœmiea Mineruæ consecrata: Plau.Nūquā ad ciuitatē uenio nisi cū īferť peplū.Hodie tamē abutunť hoc nomine. Suppliciter:bene additū qa & p iracūdiā & p grauitatē etiā tristes sumus.

Nāq́ꝫ uidebat uti bellantes pergama circum
Hac fugerēt graii:premeret troiana iuuētus.
Hac phryges:īstaret curru cristatus achilles:
Nec procul hinc rhœsi niueis tentoria uelis
Agnoscit lachrymās:prio quæ pdita somno
Tytides multa uastabat cæde cruentus:
Ardentesq́ꝫ auertit equos in castra:priusq̄uā
Pabula gustassent troiæ:xanthūq́ꝫ bibissent
Parte alia fugiens amissis troilus armis
Infœlix puer atque impar cōgressus achilli
Fertur equis curruq́ꝫ hæret resupinus inani:
Lora tenēs tamē huic ceruixq́ꝫ comæq́ꝫ trahū-
Per terrā:& uersa puluis inscribiť hasta. tur
Interea ad templum non æquæ palladis ibāt
Crinibus iliades passis:peplumq́ꝫ ferebant
Suppliciter tristes:& tunsæ pectora palmis.
Diua solo fixos oculos auersa tenebat.
Ter circū iliacos raptauerat hectora muros:
Exanimumq́ꝫ auro corpus uēdebat achilles.

Auersa:irata:Nec enim poterat cōnuertere se simulachrū sic Talia dicentem iamdudū auersa tueť quomodo auersa nisi iratam ītelligas.Teren.ad sensum referas:Nam ī pictura tertium tractum īspicere non possumus.Sic illud Mulcere alterno &.c.f.l. Raptauerat:frequentatio ostēdit quod numero dixerat. Exāimum: exanimis & exanimus diciť:& significat mortuum.Exanimatus uero timidum.Vendebat. Summo artificio utiť.Nam quod pingi potuit uendebat dixit:quod non potuit in præterito dixit raptauerat & non raptabat.

Exanimis
Exanimatus

DONA. Namq́ꝫ.u.ostēdit unde lætitiā capet.s.hac fugerēt graii & unde dolorē.s.hac phryges. Prius q̄.p.g.t.A.x.q.b.Voluit ostēdere celerē exitum & finē eius. Tentoria:ut ostendat plures fuisse mactatos:Non enim solus ī tentoris fuisset. Infœlix:qa puer & impar ei congressus est: quem iuuenis superare non potuisset.Est autem descriptio eius q supius ferebať. Peplum: genus uestis pertientis ad ritum secretorum Mineruæ.Alii scutū modicū dicunt. Oculos auersa.t.quod faciūt irati ne uideāt quod oderūt:Achillis aūt actio non solum dolorem cōsiderātis:sed etiā crudelitatem agētis exprimit & auaritiā:Non enī odiū ultra mortem procedere debet. Ter.augeť crudelitas ꝙ nō semel & ꝙ circa eos muros quos defenderat.Gemuit ergo primo fortunā tāti uiri:Deīde ꝙ de eo triumphus actus est:& quod peius erat sub ipsis mœnibus ut ciuitas defensorem suū ī ea calamitate cerneret.Trahebať ergo extīctus ante eos muros quos tanta fortitudīe defenderat: & totiens circundūcebať ne qs ab ea cognitione subtraheret:tantaq́ꝫ fuit īmanitas:ut patri orbitatem suam uēderet.Est autem pro dolore ī pronunciando extollēdum Hectoris nomē & Achillis deprimēdum.Quis.n.mortuum uēdidit nisi īpius? Quis ī regno positus ideoq́ꝫ diues auꝝ đsiderat nisi auarus? ergo īpius & auraus Achilles.

Peplū

CHRI. Troilus:alii dicunt Troilū cū captus esset ab Achille iugulari iussum fuisse. Eius pueri casum miserandum troia fleuit:& qa īmatura ætate perierat & qa pulcherrimus erat.Alii dicūt quæ refert Seruius. Curru:antiq eīm ī curru pugnabant.Duo eīm erāt:Alter q̄ equos auriga regeret:unde illud Martis eq biiuges & magni currus Achillis:Alter q soli pugnæ intentus esset.Proptereaq́ꝫ huiusmodi currum διφρον quod duos ferret nomīabant. Lora tenens tamen:Amphibologia.i.dubius sermo est: Nam dubitať utrum ꝙ teneat tamen lora:an quanuis teneat tamen trahatur.Amphibologiæ aut in singulis uerbis sunt ut gallus ī quo quæritur sit ne gentile nomen an proprium.Aut in coniunctis:ut cum id quod medium est utrinque possit trahi ut hic.Aut cum id quod ultimum est dubium sit utri referať: ut hæres uxori dato quodcunque uolet Nam quæritur quod uolet uxor an hæres. Quintilianus. Ardentes.q.d.uehementes:Nam quibus calidor est sanguis ii uehementiores sunt: Sic etiam Homerus ονχρισβι θεν φερον ιπτπι αιθωνεσ μεγαλοιποταμου αποσελήεντοσ. Ardere etiam cupere significat: ut Ardet abire fuga.d.q.r.t. Item uehementer amare: ut

Ardeř

Ardet amans dido.Item splendere ut Tyrioque ardebat murice lena. Item irasci.Iuuena.Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira. Puer:pathos ab ætate:ut Paruumque patri tendebat Iulum:ut non minus miserabile sit piculum in paruo q̃ in filio:Et supet cõiunx ne Creusa Ascanius ne puer. Comæ:græcũ uerbũ ẽ.Sunt eni ꝓprie ornati & nõ cæsi capilli.Vnde est comere.i.ornare:Quapp ꝓprie mulierum dici possunt:Ouidi.Sit ꝓcul a nobis iuuenes ut fœmia cõpti:Cæsaries aũt qa cedendo dicit. Videt esse uirorũ.Cries uero dicuntur a cernendo.i.diuidendo:qa ducta p medium caput diuisione utrinq; p sua portione pendent:Capilli aũt dicuntur quasi capitis pili. Passis:a tribus uerbis est hoc participiũ a Pãdo:Patior:& Pateo. Peplum:Secũdũ Lactãtiũ ĩ Statiũ Peplũ ẽ uestis cãdida aureis clauis picta sine manicis qđ simulachris fiebat:Sed hoc peplum primũ ab atheniensibus ĩstitutũ est:qđ matrone suis manibus faciebant:& ĩtra triẽnium numinibus offerebant.Recte ergo peplum quoniam atheniẽses maxime Mĩeruæ quã præcipue colebant offerre cõsueuere. Homerus refert Hecubam ex consilio Heleni uatis ex uestibus suis præciosissimũ peplum comitãte cœtu matrõarum ad templum Palladis tulisse.Vxorem autem Antenoris cui esset nomen Theano obtulisse: Verum huiuscemodi:dono minime placatam fuisse Mineruam. Hectora:ab eo quod est εχω.Idest habeo & defendo:quoniam ipse defensor urbis fuit:Sed utrum ab Achille cæsus fuerit:an Achilles ab ipso : ĩ sequẽtibus disputabit.

Comæ · Comere · Cæsaries · Cries · Capilli · Hector

Tum uero ingẽtẽ gemitũ dat pectore ab imo
Vt spolia:ut currũ:ipsumq; ut corpus amici
Tendenteq; mãus priamum cõspexit iermes
Sequoq; pricipibus pmixtũ agnouit achiuis.
Aeoasque acies:& nigri memnonis arma:
Ducit amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens mediisq; in milibus ardet
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix:audetque uiris concurrere uirgo.
Hæc dum dardanio æneæ miranda ui dẽtur:
Dum stupet:obtutuq; hæret defixus in uno:
Regia ad templum forma pulcherrima dido
Incessit magna iuuenum stipante caterua.
Qualis in eurotæ ripis:aut per iuga cynthi
Exercet diana choros.quam mille secutæ
Hinc atq; hic glomerãt oreades:illa pharetrã
Fert humero:gradiensq; deas sup eminet oẽs:
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat dido: talem se læta ferebat
Per medios instans operi:regnisq; futuris:
Tum foribus diuæ: media testudine templi

SER .Tũ uero:Lachrymauerat supius.Nunc uiso Hectore grauiter gemuit. Currum : quo tractus ẽ. Amici:plus est quã Hectoris. Inermos:aut sine sceptro:aut duplices:ut dextras tendamus inermes. Nã cum uicti se dedunt inermes supplicant:aut tũc inermis:qa cõtra Pyrrhum ꝓcessit armatus. Constat aũt Priamũ tentorium Achillis ĩgressum quoniã dormientẽ ĩuenerat excitasse:Vt pro filii corpore præcaret: cum eũ posse occidere:Homerus hoc ꝓpter Achillis turpitudĩem supprimit. Se quoq;: Aut latenter ꝓditionem tangit:aut fortitudĩem qua ĩter hostium tela uersabat. Sic:Salu.Catilĩa lõge a suis ĩter hostiliũ cadauera reptus ẽ. Aeoas:prima naturaliter longa est. Põt tamen corripi:qa seqtur uocalis ut Primo surgebat æoo. Memnõis:Tithonus Priami frater raptus ab Aurora Memnonẽ quem ex illa genuit troiãis misit auxiliũ. Nigri:qa ex ætiopia. Arma:q̃ sibi Vulcanus fabricauit:ut ipse Te potuit lachrymis tithõia flectere cõiunx. Amazõidũ:ꝓ amazonũ: ut Scipiadas duros bello.i.scipiones Home.hæc oĩa tacuit: q̃ sunt facta post mortẽ Hectoris. Amazões dictæ sunt uel qa simul uiuãt sine uiris q̃si αμαζοειν:uel qa unã mãmã exustãt habẽt q̃si ανευ μαζου Has ãt iã nõ esse cõstat.Sed extĩctas partim ab Hercule:partim ab Ahille. Peltis: scutis breuissimis ĩ modũ lunæ iã mediæ. Furẽs:per transitum tangit q; sororem ĩ uenatione confixit simulans se ceruam uidere:Cum furor bellicus ĩtelligat. Aurea:amphibologia uel ipsa uel cĩgula. Exertæ:nudatæ:qa adusta erat. Virgo: ætatem & sexum ostendit. Obtutu.i.aspectu. In uno: ĩ uno quoq;.i.singula admirabat. Stipante cat.ad hoc.n.sequens pertĩet comparatio . Nã cõparatiões parabolæ & exempla nõ semp usquequaq; cõgruunt:sed modo p oĩa modo p aliquã ptem. Eurotæ : ĩ laconia fluuius ẽ. Cynthi:mõs ĩ delo ĩ quo nata ẽ diana. Exercet.d.c.Euagatio ẽ poetica:Nã ad cõparationẽ nõ pertĩet. Mille:finitus numerus ꝓ ĩfinito.Nã de nympharũ numero nõ cõstat. Oreades:nymphæ montiũ sunt:ut Dryades siluarũ:Quæ uero cũ siluis nascunt hamadryades.Naĩades fontium uel napeæ:Nereides maris. Tacitũ: maior taciturnitatis est affectus:Teren.Vt mecum tacita gaudeam. Pertentãt:ueheméter tentant.Alibi leuiter:ut Blanda uicissim gaudia pertentãt mẽtem.Multa.n.pro locis ĩtelligunt:ut Impotens:Satis:Minus. Regnis.q.f.Regnaturæ carthagini. Tum.q.d.præcipue.Magno.n.studio & labore fores tẽpli fiebãt:quas qbusdã historiis ĩsignibant:ut ĩfra In foribus lætũ ãdrogeo.Et ĩ georgi.In foribus pugnam ex auro. Aliq legũt foribus diuæ media testudĩe tẽpli ut unũ ĩtelligas tectũ tẽpli & fores.Et sic sub medio tecto sunt fores:sed primũ melius Testudĩe.Camera ĩcurua:Hoc scđm eos q đ rõne tẽplorũ scribũt fit ut cæli imago rddat:qđ cõuexũ ẽ.

DONA. Tum uero:Ex hoc ostẽdit aliquot aĩ doloribus ꝓgressis hũc maiorẽ eẽ.Nã dixerat Constitit & lachrymans.Item multa gemẽs.Itẽ agnoscit lachrymãs.Hic aũt addit Ingẽtem.g.d.p.ab imo multiplici acerbitate percussus.Vidit.n.spolia erepta uiro forti:& ciui optimo. Amici etiam corpus:En priamus.In eius nomine latissimum dedit ĩtelligendi tractum.s.q fuerit grauioris ætatis potestatis regiæ & diu fœlix: Dolebat ĩ eo socerum suũ:& tot perditorũ patrẽ atq; auum eo redactũ:ut ĩ summa orbitate hostem rogare cogeretur sine regiis ĩsignibus:Nam qui rogatum uenerat omnibus ĩferiorem se monstrare debebat. Se quoq;:honorificũ

Inermis · Tithonus · Amazones · Peltæ · Eurotæ · Cynthi · Oreades

fuerat confertos hostes non timuisse. Hæc dum:non sola hæc fuerat picta Sed aduentus reginæ ĩterrupit ne
reliqua cõsiderare posset. Est át una res quadrupartito posita breuissime dicta. Ná ut est summi oratores res
breues late differere ita & latitudiné coercere. Regia ad templũ:& qa regia.i.ꝓcuratrix negocii publici:& qa
ad templũ accedebat meret̃ excusationé:qđ publice mulier iuuenis se uiris admisceret. Religio ergo & neces
sitas ĩpulit. Vt tépli opa inspiceret & ad maturádũ artifices cogeret. Latonæ tacitũ. Occasiõe cõparatiõis expres
sit poeta ꝙ læti sint parentes successibus filioꝝ. Instans:Vna cura testabat̃ religioné ꝑficiédi tépli. Altera im/
gantis: ut Quis globus o ciues: Non enĩ interrogat q
nunciat. Norat ãt hæc Dido ex teucro: ut poſtea di-
cet. Quæ: q̃lis. Immanibus: Sic Salu. Mare ſæuũ
& iportuoſum. Adplicat: nunc p d. prima ſyllaba
ſcribit̃. Antiqtus aũt ppoſitio ultimã litterã i uicinã
mutabat. Secũdũ uero euphoniã p a tãtũ ppoſitio. n.
i cõpoſitiõe aut ſuã ui retiet ut iduco: aut mutat ulti-
mã ut ſufficio aut pdit ut coeo. Anchiſæ: bene addi-
dit anchiſæ: nã cũ multis cõcubuit uẽus. Fit ãt paſtor
Anchiſes: & cũ eo amato cõcubuit Venus. Vnđ æne-
as circa ſimoĩ fluuiũ natus ẽ. Deæ. n. uel nymphæ eni-
tũt̃ iuxta flumĩa uel nemora. qđ cũ iactaret anchiſes
afflatus fulmĩe oculiſq; priuatus ẽ. Sidõia: hercules
in colchos proficiſcens pdito Hylla poſt pagratã my-
ſiã nauibus troiã uenit: a cuius portu cũ ipſum Lao-
medon phiberet occiſus ẽ: & eius filia Heſiona Ta-
lamoni q primus aſcẽderat murũ tradita ẽ. Inde na-
tus Teucer nã Aiax ex alia fuit Hercules aũt Priamũ Aiax
redẽptũ a uicinis hoſtibus i regno collocauit. Vnde
Priamus dictus ẽ qa πριαμαι emo ſignificat. Quæ
autẽ deliberata Heſiona dicunt̃: fabuloſa ſunt. Teu-
cer ãt ſine fratre: q p furorẽ pp pdita achillis arma ſe
interemerat ſalamia reuerſus: a patre pulſus Sidona
uenit: ex quo hæc cũcta dido cognouit. Aiax ãt achil-
lis patruellis fuit qa Telamõ & Peleus fratres fuerũt.
Vaſtabat. c. quã ſubactã Teucro cõceſſit. Caſus: ru-
inæ & nõ fortunæ. Ipſe hoſtis: magna laus q̃ ab ho-
ſte uẽit. Teucro℞ aſt. pp genus maternũ. Volebat:
Plus ẽ q̃ ſi materno gaudẽs paternũ refutaret genus.
Tectis: Ad conuiuiũ uocat. Nõ ignara: quare non
diſco qa nõ ſum ignara. Bis. n. ĩtelligimus nõ. Indi-
cit. h. iuſſit fieri ſupplicationes. & bene indicit: qa tro-
iani inopinato uenerant. Feriæ autem aut legitimæ
ſunt aut indictæ. Indici uero dicunt̃: qa priſca paupertas ex collatiõe ſacrificabat de bonis damnato℞. Vnde
ſupplicia dicunt̃ ſupplicatiões: quia ſunt de bonis ſupplicia paſſorum. Salu. In ſuppliciis deo℞ magnifici. hic
ſacrum & uenerabile & execrãdũ dicimus: quia ſacræ res de bonis execrandorum fiebant. Dei. i. uinum: uel
legas die ideſt diei: ut ſupradicta ſufficiant multorum dierum uſui. Intelligamus & aliqua miſſa etiam ad uſũ
diei. Luxu: abundantia hic. Alibi luxuria. Dat autem ſemper poeta abundantiam exteris gentibus. Romãis
uero frugalitatem qui duobus tantum cibis utebantur & in atriis edebant ſedentes. Iuue. Quis fercula ſeptẽ
Secreto cenauit auus: Et Virgi. Perpetuis ſoliti dapibus conſidere menſis. Laboratæ: labore pfecte ut labora-
taſq; pmunt ad pectora cæras: & ẽ ſermo in cõpendium coactus ut Rapuitq; in fomite flãmã. i. raptim fecit.
DONA. Quis te nate dea: Ex his uerbis oſtẽdit aliquã ſui generis notitiam habere & q̃uis hoc apud æneã
poſſit eſſe mirabile: ait indigne illũ pati: ut dea genitus tempeſtate ad regiones ſæuas delatus ſit. Per tanta. p.
mirat̃ pericula in eo quem potentia numinis tueri debuit. Atq; equidẽ. Exponit quomodo hæc ſcierit. qua-
re. ſ. cum uideatis uos non eſſe incognitos: & morem eſſe familiæ meæ: ut uenientes excipiat: ut Teucer a pa-
tre ſuſceptus eſt. Me quoque: Quam nunc uidetis fœlicem: aliquando fortuna depræſſit: ut non pudeat ca-

lamitatum quæ ſunt æquo animo ferende. Et quoniá non p̃ſentibus ſolū conſulendū erat: mittit ad abſentes munera. Laudat a magnitudine ꝙ tauri: & a numero ꝙ uiginti. Si. n. boues dixiſſet iminuiſſet grām. Pingues: Et ergo pingues erāt: & ducenta oſtēdit capita. Munera lætitiaq́ʒ dei. Vinū quod ſufficeret oibus. Ad litora. ſ. ad illos quos reliquerat æneas: & ad illos quos Illioneus. At domus: oſtendit ꝙ cū hoſpites recepimus: domus pro eorum meritis eſt cōponēda. Ergo cū accipiendus eēt æneas tātus uir domū regali luxu per ſe ſplendidam. tamē additis multis repentinis ornauit. ergo legendū. Domus ſplēdida regali luxu: & interiecta mora dicamus inſtruitur. Interior: quia interim ĩ exteriorē ptē troianos induxerat: interior melius ſolito ornabať. Mediis tectis: nā cū multa turba eſſet accipienda: alibi tot triclinia ſterni nō poterāt. Oia conuiuia uehemēter ſplendebāt Sed fuit in apparatu diuerſitas pp dĩſtātiā perſonaꝝ. Nā hoſpites cū regina recepti ſunt in oſtro ſuperbo. Tyrii uero tanq̃ minoris dignitatis in ueſtibus pictis ut in textu uidebis.

CHRI. Tu ne ille: hēt emphaſim ille: quaſi dicat tantus uir. Dardanio: quaſi generoſo: & cū quo Venerē cōcubuiſſe nō puderet. Nā a Dardāo Iouis filio origīnē ducit. Ad undā: conſueuere poetæ ut diis genitos: uxta flumina genitos dicerēt: Sic Sta. Namq́ʒ ut paſſa deum nemei ad fluminis undam Bis quinos plena cū fronte reſumeret orbes cinthia. Sidona: Vrbs phœniciæ eſt Sidō. Auxilio belli: Patris mei de quo diximus De teucro. Hora. Teucer ſalamina patremq́ʒ cum fugeret: & reliqua. Cyprum: Quam ſubactam conceſſit teucro. Pelaſgi: populi ſunt qui prius ſamothraciam coluerunt: Deinde cum athenienſes totum ſuum agꝛ colere non poſſent hos ſuos uicinos receperunt & partem illis agri habitandam dederunt pacti ut ſibi muꝛ qui eſt circa arcem ædificarent. Hinc græci uocari pelaſgi cæpti ſunt Ait Herodotus. ſunt autē pelaſgi ſecundum Diony. halycarnaſe. dicti ſunt a pelaſgo eoꝝ rege quē ex Ioue & Niobe Phoronei filia: cui primæ mortaliū commixtus eſt natum dicunt. Ipſe hoſtis: ipſe quaſi tantus uir. Hoſtis: q̃uis eſſet hoſtis. Solebat: q̃ſi hoc ĩportat ut ſe troianum q̃ græcum eſſe malet. Similis for. ne credāt ſe contemni ab ea: quia deiecti ſint.

Sidon — *Pelaſgi*

Hac demum: Dat ſpem. & illos inuenturos ſedes. Non ignara: Poſſumus legere ſimpliciter. Ergo cum animaduerto calamitatem ueſtram diſco ſuccurrere: quia non ignara mali. i. quia experta ſum in me hæc mala.

Indicit honores: ideſt ſacrificia: & oſtendit ferias fuiſſe ĩperatiuas. Feriarum enim aliæ erāt ſtatiuæ: quæ oēs cōmunes & certis menſibus & diebus in faſtis annotatæ erant: ut Agonalia: Carmentalia: Compitalia. Aliæ conceptiuæ: quæ quot annis ſacerdotibus uel magiſtratibus concipiūť indies certos uel incertos: ut erāt latinæ: Semētinæ: Paganalia. Aliæ imperatiuæ: quas conſules uel p̃tores pro arbitrio indicebant. Aliæ nundinæ dicuntur paganorum & ruſticorum; quibus conueniunt negociis propriis & mercibus emendis uendēdiſue Polluunť feriæ ſi ĩ. iis opus fit. Regi autem ſacrorum & flamini in ipſis feriis opus fieri uidere non licet: & iō per præconem nunciabat: ne quid tale fieret: & inobtemperantē mulctabāt. Sed de feriis latius ē in georgicis Vbi ē Feſtis quædam exercere diebus Fas & iura ſinūt: Ergo in hoc loco notat ferias indictas. Lætitiaq́ʒ die. Apronianus dei legit ea ratione: quid nō tātū inter diu. ſed noctu bibatur. Ergo munera & lætitiā bacchi. ſed Gellius dii legēdū ait: quia antiqua declinatio erat dies huius dii pernities pnitii: Lucilius: Rugoſum atq́ʒ fami plenū: & Siſenna libro ſeptimo: Romanos inferendæ pernitii cauſa ueniſſe: & Cato pueri & mulieres extrudebantur famii cauſa. Cn. Magius in iliadæ Altera pars acii uitaſſet & fluminis undas. Item An maneāt ſpecii ſimulachra in morte ſilentum. Tullius pro Roſcio Pernicii ſcriptum reliquit. Dixerunt aliqui hic dies huius dies. Nam Aulus Gellius Ideo graphum Virgilii in georgicis dicit habuiſſe Libra dies ſomniq́ʒ pares ubi fecerit horas. Dixerunt & huius die & huius acie: ut oſtendit cæſar. Regali luxu: ideſt tāto q̃tū reginā decebat. Luxus āt nō uitupať ĩ ditiſſimis: quoniā id opes ferunt ſuæ. Vituperať in tenui cēſu Quapp recte Iuuena. Atticus eximie ſi cœnat lautus habeť. Si rutilus demēs: qd enim maiore cachīno Excipiť uulgi q̃ miſer.

Feriæ ſtatiuæ — *Feriæ conceptiuæ* — *Feriæ impatiuæ* — *Nūdinæ*

Ingens argentum menſis: cælataque in auro
Fortia facta patrum: ſeries longiſſima rerum
Per tot ducta uiros: antiquæ ab origine gētis.
Aeneas. neque enī patrius conſiſtere mentē
Paſſus amor. rapidū ad naues præmittit achatē
Aſcanio ferar hæc ipſūq́ʒ ad mœnia ducat.
Omnis in aſcanio cari ſtat cura parentis.
Munera præterea iliacis erepta ruinis
Ferre iubet pallam ſignis: auroq́ʒ rigentem.
Et circum textum croceo uelamen acantho.
Ornatus argiuæ helenæ: quos illa mycenis
Pergama cū peteret: ĩconceſſoſq́ʒ hymenæos
Extulerat: matris ledæ mirabile donum.
Præterea ſceptrum ilione quod geſſerat olim
Maxima natarum priami: colloque monile

SER. Ingens argētū: Vel ſubaudi exponunt: uel menſas argēteas ĩtellige. Cælata: ſculpta. Cælū enī ferꝝ ē quo operāť argētarii & produciť. In deriuatione āt mutať diphthōgus. Series: Ordo connexus.

Per. t. d. u. Abelo primo aſſyrioꝝ rege: ut ab ātiquo durantia cynnama bello uſq́ʒ ad Belū patrē Didonis nec caret ratione hoc nomē. Nā oēs ĩ illis partibus ſolē colūt qui ipſoꝝ lingua hel diciť: unde eſt helios ergo addita digāma & in fine facta detractiōe bellum dicūt. Rapidū p̃mittit: non p̃mittit nā ipſe ſequitur ſed p̃rapidum mittit. qđ ex affectu p̃ris potius q̃ ex achate uelocitate ĩtellige Dixit p̃rapidū: ut Terē. Perpolinā pol iurātis ē: cui p̄poſitio ſeparata nunq̃ coheret. Ferat: afferat. nūciet. Stat: ē alibi horret: ut ſtāt lumina flāma: & ſtabat acuta ſilex. Plenū eē: lā puluere cælū ſtare uidēt. Itē poſitū eē: Stant mānibus aræ. Item placet Stat conferre manus. Erepta. r. cōmendat a difficultate: ut nec tuta ĩ uale reperi. Item ex perſona Ornatus argiuæ helenæ: ſic hoc priāi geſtamē erat. Commendatur & a longitudine: ut Terē. ex Aethiopia ē uſq́ʒ hæc. Erepta: Conatur defendere non

Bacchatũ:& duplicẽ gẽmis:auroq; coronã esse ab ænea proditã patriam:quam cum Antenore prodidisse manifestum est. Si ornatus Helenæ ex incendio abstulit nõ præmium proditionis accepit. Signis auroq;:signis aureis. Rigentem:inflexibilẽ pp aurum significat tunicæ pallium:qđ secundũ Varro.palla dicta ẽ ab irrigatiõe & mobilitate quæ est circa finem huiusmodi uestitũ απὸ τοῦ πάλλειν. Velamẽ:cyclade. Achanto:Virgultũ flexuosum herbacanthũ uulgo dictum.Cuius imitatione uestis ornať. Argiue.a.Vicinitate:sic etiam mycenis:Nam spartana fuit. Est autẽ omen futuræ infœlicitatis:cum Dido adulteræ suscipit munera. Inconcessos:fato & legibus. Hymeneos: Est Hymenæus deus nuptiarum:uel quidam iuuenis fuit qui die nuptiarum oppressus est ruina:Vnde expiationis causa nominatur in nuptiis:sed falsum ẽ:Nam uitari debuit nomen extincti.Ergo Hymeneus uir fuit atheniensis:qui inter bella sæuissima uirgines liberauit:proptereaq; nomen eius in nuptiis inuocatur quasi liberatoris uirginitatis.Sic Talas apud romanos:Nam cũ Plebeius in raptu sabinarum uirginẽ pulchram duceret ne ei auferretur ab aliis Talassionis eã ducis esse simulauit:cuius nomine fuit puellæ tuta uirginitas.

Palla
Herba cãthũ
Himeneus

Ledæ:Vel qđ ipsa filiæ:uel qđ ei iuppiter dedit. Sceptrũ ilione:Munera offert apta personæ sicut latino in septimo. Maxima: antiquitus etiã fœminæ regnabãt.præsertim primogenitæ:unde ait maxima.Hæc uxor Polymnestoris fuit. Monile:quod & segmentum dicitur.Iuuenalis Segmenta & longos habitus licet segmentatas uestes dicamus:ut ipse & Segmentatis dormisset paruula cunis. Bacchatum:ornatum margaritis.Dicitur autem hoc margaritum:& hæc margarita & hæc margaris:ut hæc nais.Sunt qui separant gemmas & margaritas:Cicero.Nullam gemmam aut margaritam.Et gemmas dicunt diuersi coloris:Margaritas uero albas:uel gẽmas integras.Margaritas pertusas. Duplicẽ:uel latam:uel duplicem gemmis & auro.

Gemmæ
Margaritæ

DONA. Argentum.m.Adiecit mensis ut ostenderet escariũ argentum:ne putaretur in ea specie esse quæ longe esset ab usu mensarum .Est multiplex argenti laudatio.Nam fuit magnum insignitum auro : & miro artificio:ut ars cum ipsius pͣtio certaret.Sculptura autem gesta maiorum continebat. quoꝝ cõtemplatione meruit longissimum tempus cõseruari. Præmittit:non quia esset secuturus nec intelligiť prærapidum mittit Sed pmittit.i.ante prãdium mittit ut maturius uideret filiũ:& ut afferrentur munera:quæ Didõi dare uolens inter epulandum commodissime dabanť.Maior.n.erat futura conuiuii uoluptas & pſentia Ascanii & oblatione muneꝝ. Omnis in.a.Nã reliquæ curæ iam semotæ erant. Munera:Hæc conuiuium gratius factura erant:& poterant ostendere q̃ta urbis fuisset fœlicitas. Erepta:de magnis & plurimis credendũ ẽ meliora rapuisse. Argiuæ.h.Hãc adeo formosam fuisse dicũt:ut eius forma redacto maximo pitissimoꝝ pictorum in unum numero propositis etiam formosissimarum mulieꝝ nudis corporibus pingi neqerit:ergo q̃cunq; erat formosa ab ea appellabatur Helena.Sed Virgi.argiue dixit:ut de illa sola intelligereť. Extulerat: Nam cũ esset regis uxor & locupletissima:& iret ad troiam has ut pcipuas secum abstulit non redituram se sperans propter admissum adulterium ppea addidit inconcessos hymeneos. Ledæ mirabile: Vt tã pulchra nisi a matre donari non potuissent:& cum donarenť miratos esse qui uiderẽt.Adduxit autem ut his utereť quotiens adultero formosior uideri uolebat.Ergo superabant formam q̃ pingi nõ potuit:pulchrioreq; reddebant. Maxima:solent enim religiosi parentes:quæ habent optima filiis deferre maioribus. Bacchatum: Neq; hæc dissimilia esse debebãt:quæ optimus pater & ditissimus maximæ filiæ dederat.

CHRI. Ingens argentum:Hoc metallum post aurum pͣtiosissimum ẽ.Videť aũt a græca esse dictione.Illi enim ἀργύριον dicũt.Habet hoc q̃ cũ album sit linea:ducit nigras.Gigniť ex argento uiuo & sulphure albo Vnde albũ & lucidum sonoꝝ puꝝ:& excepto auro magis q̃ cætera metalla ductile:balsamũ potissime conseruat.Itẽ iaspidis lapidis uim uehemẽter conseruat ut pollentior in argento q̃ in auro sit.Valet argentum & ad plurima remedia.Nã eius spuma uulnera sanat:neq; sinit superfluas carnes excrescere.Sordes cordis mũdificat.Adustionẽ i corpore factam ne putrescat tutatur.Fluxibilia membra corroborat. Series:dicitur a serendo quasi ordo in quo res cõnexe sint cũ elatione pronunciandũ.q.d.per tot fortes principes. Amor.p.q. oium efficasissimus ẽ:Nã i se ipsũ diffundiť cũ i filiũ diffundiť:q uiscera patris ẽ. Achatẽ:Allegorice: Nã si curam significat:cura est quæ pertingit filium. Ois in.a.sublato noie proprio erit snĩa.Munera & dona significat:ut hic & officia:unde ĩmunes dicũť q a murmure.i.officio publico pſtando liberati sunt.Hæc eadẽ significat.γέρας apud græcos. Signis:Quicquid sculptura fictura ue aut arte fusili statuaꝝ ẽ signũ dicimus : ut pictura dicitur tabula.Item signa militaria uexilla appellamus:Lucanus.Signa pares aquilas & pila minantia pilis. Ornatus ar.h.Non laudat ab auctore ut est sceptrum ilione quod gesserat olim. Sed ostendit magnitudinem ornatus:cum tam pulchræ mulieri ornamẽto esse posset:pſerti cũ adultero placeř studeret quo tempore se solito uehementius comãt.Hinc Iuuena.Mœchis foliata parantur. Bacchatũ: baccha cum aspiratione bacchi sacerdos est:& est græcum nomen.latine autem Bacca sine aspiratione fructus est lauri myrthi:oleæ hederæ.& similia.Verum a similitudine rotundi corporis baccas appellant:& uniones quas græci margaritas nominant.Nascuntur in mari indico.Fertilissima est Taproabane insula & perimula promontorium indiæ.Præcipue laudantur circa arabiam persico sinu maris rubri.Sunt enim conchæ q̃ ubi genitalis anni stimulauit hora:prudentes sese quadã oscitatione impleui roscido conceptu traduntur:Grauidasq; postea eniti:partumq; esse margaritas pro qualitate roris accepti.Si purus influxerit candorem conspici.Si turbidus contra:Pallet si cælo minante concipitur.nam cæli maior est sibi societas q̃ maris.Inde ergo trahunt colorem aut nubilum aut serenum ut fuerit aer.Quapropter orientales margaritæ propter assiduam aeris serenitatem lucidæ sunt : sed minores propter paucitatem roris.Sed septentrionales contra quoniam magis abundat ros sed cælum turbulentum est:maiores sunt sed de colore turbido.

Argentum
Series
Baccha
Bacca

SER. Hæc celerans:Celeriter facere cupiens. Cytherea:Ab inſula quæ tantum in plurali declinatur:ut ſunt alta cythera. Artes:medium uocabulum eſt.Nam & bonas artes & malas dicimus. Faciem & no.Pe/ riſologia eſt. Furentem incendat:Incendat & furere faciat. Ambiguam:ideſt quam habitat mutabilis fœ/ mina:ut Suſpectás habuiſſe domos carthaginis altæ. Bilingues:Fallaces ad mentem & non ad linguam ret tulit. Sub.n.Circa.n.& cum tempus ſignificat accuſatiuo ſeruit:ut Aut ubi ſub lucemque denſa inter nubi/ la ſe ſe.d.r.r. Amoré:latini deum cupidinem appellant:eo quod facit amorem:Sed dic imitatur græcos.qui eodem nomine utrunque uocant.Diſtinxit tamen epitheto.Pingitur puer:quia turpitudinis eſt ſtulta cupiditas:ut iter quas curam Climene narrabat ina nem Item quia imperfectus eſt in amantibus ſer/ mo:ut Incipit affari mediaque in uoce reſiſtit.Item alatus quia nihil amantibus leuius uel mutabilius ut ipſa oſtendit Dido.Sagittæ dantur uel quia ipſe incertæ uelocesque ſint:Et hoc ratio in reliquis nu/ minibus pro poteſtatum qualitate format. Meæ.r. Quia uenerea uoluptas exerceri ſine amore non po teſt.uel ſecundum Simonidem qui dicit cupidinem ex ſola Venere natum.Alii tamen ex ipſa & Marte. Alii ex Vulcano.Alii Chai & primæ rerum naturæ filium dicunt. Patri ſummi:ideſt Iouis. Typhoea: multi Typhoia legunt:ut Cærealia & cærialia: Non autem dicit quibus typhœus uſus eſt ſed qbus iup/ piter in typhœũ a ſpoliis [illegible] uirtute:ut Scipio aphri/ canus.Hoc autem agit facile eum poſſe contemnere Iunonem qui contemnit Iouem.Numina poſſibili/ tatem.Vnus autem deus plura habet numina. Fra/ ter:conciliatio a qualitate perſonæ. Iacteturque:ua catque. Odiis:iuſta cauſa petitionis oſtenditur. odi um primam corripit.Odi uero uerbum ꝓducit.ſic liquor & liquitur. Noſtro doluiſti ſæpe dolore:aut eo quo & ego:aut doluiſti quia me dolere uidiſti.
Quo:ideſt in quam partem. Iunonia : Carthagi/ nenſia ubi colitur Iuno aut uereor ꝙ æneæ cartha/ go in hoſpitium patuit ut eſt Timeo danaos & do/ na ferentes. Tantum : aut ne in tantum quidem.i. breui occaſione ceſſabit:aut non poterit in tanta rerum opportunitate ceſſare:ut ſit notum prouerbium Res in cardine eſt ideſt in articulo. Quo:uel uacat:uel pronomen eſt.Supprimit autem recte nomen Iunonis:ne illius frequenti commemoratione cupidinem terreat : Vel ſit aduerbium quo ideſt in aliquá parté. Mecũ: ideſt cũ officio uenereo:nec põt intelligi quéadmodum ego:Ná aliter a matre:aliter a didone amaẽ æneas.

Hæc celerans iter ad naues tendebat achates.
At cytherea nouas artes:noua pectore uerſat
Conſilia:ut faciem mutatus:& ora cupido
Pro dulci aſcanio ueniat:doniſque furentem
Incendat reginam: atqꝫ oſſibus iplicet ignem.
Quippe domũ timet ãbiguã:tyrioſqꝫ biligu
Vrit atrox iuno:& ſub nocté cura recurſat/es
Ergo his aligerum dictis affatur amorem.
Nate meæ uires:mea magna potentia:ſolus
Nate patris ſummi qui tela typhoea temnis:
Ad te confugio:& ſupplex tua numia poſco.
Frater ut æneas pelago tuus omuia circum/
Littora iactetur odiis iunonis iniquæ
Nota tibi:& noſtro doluiſti ſæpe dolore
Hunc phœniſſa tenet dido:blandiſqꝫ moraẽ
Vocibus:& uereor quo ſe iunonia uertant
Hoſpitia:haud tanto ceſſabit cardine rerum.
Quo circa capere ante dolis:& cingeẽ flãma
Reginam meditor:ne quo ſe numine mutet:
Sed magno æneæ mecum teneatur amore.

DONA. Hæc cel.laudat hoĩs diligẽtiá. At cy.i.dũ hæc gereréẽ.Neceſſaria metuẽtis Veneris deliberatio: cuius æſtus augebat cõſideratio loci tpis & pſõæ.Erát ab Achate pficiẽda iuſſa. Et piculoſũ credere nepoté eidé piculo ĩ quo erat æneas:ne tota ſimul ꝓgenies iteriret.Ná q̃uis troiani eſſent humane ſuſcepti metuebá tur fallax natura tyrioꝝ & ſtimulus iunonis:ne ipa oportũitaté loci & occaſioné tpis nacta terra opprimeret quos mari extigueẽ nõ poterat. Artes:ergo nouæ.i. cõſilia elaborata exqrũẽ:ut Aſcáius nõ pgeret:& tamen acchates iuſſa faceret.Fallit ergo oẽs & ꝓfert æneæ amoré ſibi cõciliás didoné:ná neqꝫ æneas iratæ reſiſteẽ po tuiſſet exigua ſubſtátia.Neqꝫ cõuulſis nauibus:& ĩ hyeme effugeẽ. Nate:breuiter oĩa cõſilia ſua exprimit& quõ fieri poſſet oſtédit:& honeſtũ facile & neceſſariũ demõſtrat. Meæ ui.uédicat ſibi neceſſitudo parẽtũ qꝫ qd libi poſſũt.Et docet iter filios & parẽtes tale debeẽ eé uolédi & nolédi ſtudiũ:ut ĩ multis licet corpibus uo/ lũtas una & neceſſitudinis uiculũ idiſtĩctũ ĩtegrũqꝫ pduret. Tela ty.facile oſtédit eé qđ petit.q.n.potuit Iouis fulmé cõtẽnere:facilius poterit fœminæ méte poſſidere.ergo ita dixit.ne ille excuſaret pp iunoné.Fecit ergo béiuolũ filiũ dicẽdo nate.Ité ꝙ potior eſſet ioue:& eét potẽtia ſua. Ad te.q.d.nõ ẽ q tãtũ:aut đbeat aut poſſit. Sĩplex:admonuit pietatis ut filiũ rogauit ut deũ.qd igiẽ acceſſit oneris:cũ ẽ rogatus ab ea q̃ auctoritate pẽtis iubere poterat. Frater ut.æ.fecit béiuolũ & attẽtũ.Nũc facit docilé ſubiũcta narratiõe totius negocii.dixit fr̃ tuus ut appareat opá nõ ĩ extraneo ponẽdá:ſed ĩ fr̃e eé neceſſariá.Ergo honeſtũ piũ:& frater ꝓ fr̃e laboret:ꝓ/ ſerti ĩ cá ſalutis.Adiũgit labores ut moueat commiſerationé: & oſtédit iiuſte pati:& deformat pſonáaduerſa riæ:q̃ ꝓſeqẽ inoxiũ. Nta ti.hoc ad laudé cupidinis ptinet.Maximũ.n.crimé eſſet eius:ſi fr̃is piculũ neſciret. Doluiſti:Si pterita doluit:debet cauere ne rurſus dolẽda ſuccedát. Dido tenet:oſtédit facilitaté petitiõis:ná ſi iá æneæ affecta ẽ:nõ ẽ opus initio amoris ĩ quo magna ẽ difficultas:ſed auguméto.deſideraẽ ãt augumétũ: q timeẽ iuno:a q̃ amor talis poſſet abrũpi.Ergo opus erat tali amore:q nõ poſſet abrũpi a Iunõe. Cardie:hic fidé facit.cũ fores claudũẽ:& tribuit firmitaté.Ergo dixit:Táto ceſſabit.c.r.Erat.n.ĩ poteſtate abſoluere amo ré:qué uolũtate ſuſcepat:ſed diuinitus ĩpactus nõ poſſet hũano arbitrio ſũmoueri.aſſerit ergo neceſſariũ re/

mediũ quo omnis illa factio ſuccũbat. Mecũ:tanto amore amet:quãto mater amet filiũ cuius amor nullius uiolẽtia numis ualet abrũpi. Capere ãte:Oſtẽdit melius eẽ uentura ꝓpulſare:ꝙ iis ꝙ uenerũt remedia ꝗrere. CHRI. Faciẽ & ora:expſſit quã faciẽ dicere.Nã facies dicit̃ de cuiuſꝗ rei forma:ut Quibus aſpa quõdã uiſa maris facies.Os aũt hoĩs ẽ:ut Os humeroſꝗ deo ſimiles. Artes.Ars & prudẽtia in uita actiua uerſantur: quẽadmodũ intelligentia:ſciẽtia & ſapiẽtia in cõtẽplatiua eſt igit̃ ars recta ratio reꝝ faciẽdarum & artis remanet opus ut Phydiæ artis remanet ſtatua Iouis.Prudẽtiæ uero eſt actio quẽadmodũ uidemus ĩ adminiſtratore rei aut publicæ aut priuatæ.Tamẽ ars aliquãdo capit̃ pro ſcientia quæ eſt reꝝ uniuerſaliũ.Item pro aſtutia quadã:& tranſit ad prudentiã ſiue ĩ uirtute ſit:ut ĩ hoc loco:ſiue ĩ uitio:ut Inſtructus es arte pelaſga. Ergo nouas artes ĩauditã & miram aſtutiã ĩ conſultando.Ars aũt quæ ẽ pro diſciplĩa ſecundũ Varronẽ duplex ẽ.Extriſecus & itrinſec us.Ars extrĩſecus ſcientiã ſolã demõſtrat ut cum ſcio qd ſit eloquentia:& qd ſit finis & officiũ eius:& quid oratio:& in quod partes diuidat̃:quibus cognitis:nõ tamẽ ſcio loꝗ ex arte.Intrinſecus eſt cũ artẽ ipſam cõſequ or:ita ut ex arte loqui ſciã ut cũ doceor quomodo exordiũ faciã:quomodo narrationẽ:diuiſionem:ac confirmationẽ:& reli qua:Intrinſecus igitur ita dat ſcientiã:ut quibus ratiõibus id qđ ſcientiã dat aſſeꝗ poſſim.Augu. aũt ĩ quarto de ciuitate dei inqt.Ars bene recteꝗ uiuẽdi uirtus a ueteribus diffinita eſt. Vnđ ab eo quod græce dicit̃ αρετη nomẽ artis latios tradidiſſe putauerũt. Noua.c.exponit qd ſit nouas artes. Cõſilium aũt eſt ut placet Ariſtoteli eoꝝ quæ ad finem ſunt ĩquiſitio:cuius tria ſunt officia.Primum ſi quæ ſunt quæ ad finẽ ducãt uiæ perꝗrere.Secũdũ ſi ſint quot ſint.Tertiũ ſi una plures ue ſint:quoniam mõ illis uti ualeamus. Dulci:ſibi ꝗa nepos. Oſſibus:ĩ ipſis medullis quæ intra oſſa ſunt. Ignẽ:amorẽ. Domũ: Didonẽ & oẽs domeſticos:quoꝝ conſilio ipſa mutari poterat. Amorẽ.i.cupidinẽ.Cice.ĩ libro de natura deoꝝ tres põit Cupidines:hoꝝ primũ Mercurio dianaꝗ prima natũ tulit.Alteꝝ Mercurio & Venere ſecũda. Tertium ꝗ anteros nomiatur ex Venere.& profecto triplex eſt amor:Diuinaꝝ rerum & naturalium:ac poſtremo laſciuiæ. primũ cõcipit Diana ꝙ dea caſta puraꝗ ẽ ex Mercurio.Nã cũ mẽs nr̃a omni labe pura ad deũ cõuertit̃ ex Mercurio.i.ex ſapiẽtia atꝗ doctrina amorẽ diuiaꝝ reꝝ cõcipit.Secũdis ãt ex eodẽ Mercurio ſed ex uenere orit̃: ꝗa amor reꝝ naturaliũ a doctrĩa eaꝝ ẽ:ſed ex uenere ꝗa ea doctrĩa nõ ĩ corporeis ut ĩ diuinis ſed corporeis admiſcet̃.Tertius ãt ex ſecũda uenere:ꝗa laſciuia tota corporea ẽ:& nihil egregiũ ſuſpicit:Vnde recte Petrarcha noſter illũ ex ocio laſciuiaꝗ natũ aſſerit.Hic optime a Proptio đſcribit̃ ĩ ea elegia cuius ẽ initiũ. Quicũꝗ ille fuit pueꝝ ꝙ pixit amorem:Nõne putas miras hunc habuiſſe manus.Heſiodus aũt ĩ theogonia ait Chaos ante oĩa fuit.Terra poſt chaõ pauimẽtũ deoꝝ.Itẽ tartara.Itẽ amor.Alii dicũt primũ cupidinem ſecũdi Mercurii & primæ Dianæ filiũ fuiſſe:Secundũ ut placet Simõidi:ex ſola uenere.Tertiũ ex Venere & Marte.alii dicũt Venerẽ fuiſſe:unã ex cupidinibus reliꝗs antiꝗorẽ. Refert aũt Auſonius Cupidiem quãdoꝗ ĩ Myrteto herebi deuolaſſe:Atꝗ ibi ab heroidibus: quæ propter illum multos labores:ac demũ mortẽ paſſæ fuerũt captum fuiſſe: & ĩ alta myrto cruci affixum.Ipſe tamen mox ĩteruẽtu Veneris quæ illi cathenas a Vulcano fabricatas munitabatur non ſolũ liberauerũt:ueꝝ etiã a Venere ut illi ueniam daret ĩpetrarunt. Nate:oratio ĩ genere deliberatiuo uerſatur.Quãto aũt artificio conſcripta ſit Donatus demõſtrat.Captat.n.beniuolẽtiã:attẽtionẽ: & docilitatẽ & oſtẽdit quod petit facile utile.Honeſtũ & neceſſatium. Summi:ad omnipotẽtiam refert Sic Cice.pro domo ſua.Quo circa capitolinæ Iuppiter quem populus Romãus propter beneficia optimũ: propter uim maximũ nominauit. Typhœa:E ꝓ ei diphthõgo poſuit Sed alibi lõgã poſuit Stirpis achilleæ faſtus Iuuenemꝗ ſupbũ hic breuẽ.Ait Priſciãus.Typhœa ꝙſi dicat maxima:ꝗa maioribus ĩ corpus gygãtheum uſum fuiſſe Iouẽ credimus uel Typhœa.i.ætnenſia: ꝗa ibi ſit Typhœus:& ĩ illius antris fulmĩa fabricat Vulcãus.Fuit autem Typhœus Titanis & Terræ filius:Et in bello titanũ a Ioue fulmine percuſſus ſub ætnea ut placet Ouidio: ut uero Maroni:ſub iarime relegatus ẽ.Fuit & alius Typhõ:uir omniũ crudeliſſimus:& ꝙ fratrẽ Oſyrim de humano genere optime meritum ĩteremit:eiuſꝗ corpus ĩ uiginti & ſex partes diſcerpſit:ſinguliſꝗ cõiuratis ſingulas dedit.Mox ab Iſide ut Oſyrim maritũ ulciſceret̃ ĩteremptus ẽ. Frater:dicit̃ quaſi fere alter. Hoſpitia: Hoſpitialitas amicitia ẽ:quæ cõtrahit ĩter eos ꝙ nõ ſunt eiuſdẽ patriæ:Sed alter cũ ĩ alterius patriã uenit:illius domo ut ſua utitur:diciturꝗ illud hoſpitiũ:& illi hoſpites.Quæ aũt nõ beniuolẽtia: ſed pecũia nos recipiũt: nõ hoſpitia dicũtur:ſed diuerſoria & cauponæ. Flãma: amor̃ qđ uĩculũ oĩum tẽaciſſimũ ĩdiſſolubile ẽ.

Ars extrinſecus

Ars intrinſecus

Frater

Qua facer̃ id poſſis: nr̃am nũc accipe mẽtẽ.
Regius accitu cari genitoris ad urbem
Sidoniam puer ire parat mea maxima cura
Dona ferens pelago:& flãmis reſtantia troiæ.
Hũc ego ſopitum ſomno ſuper alta cythera:
Aut ſuper idalium ſacrata ſede recondam.
Ne qua ſcir̃ dolos:medius ue occurrer̃ poſſit.
Tu faciem illius noctem non amplius unam
Falle dolo:& notos pueri puer indue uultus.
Vt cum te græmio accipiet lætiſſima dido
Regales inter menſas:latycemque lyæum:

SER. Qua facere.i.Quo modo. Accipe:Audi:ut econtra.Da.i.dic:ut Da tityre nobis da non indebita poſco. Mentem:Diſpoſitionem:conſilium. Accitu:Euocatiõe:& eſt Quartæ declinationis. Vrbem ſido. quam tenent ſidonii. Mea.m.c.& æneas cura eſt:ſed Aſcanius maxima cui regnũ italiæ romanaꝗ tellus debentur & ubiꝗ aſcãius maxima cura Veneris ĩtroducitur ut ueneris iuſtiſſima cura. Item Hũc tegere & diræ ualeam ſubducere pugnæ. Sopitum ſomno: Vnum quidem eſt ſopor:& ſomnus ſed modo ſopitum irrigatum intelligimus. Idalium:cypri nemus eſt:in quo oppidum breue:ut paulo poſt: Idaliæ lucos: Item Idaliumque nemus. Sacrata ſede: Vel templi Vel oppidi. Ne qua: Qua uacat.

Idaliũ

Et dabit amplxus:atque oſcula dulcia figet:
Occultum inſpires ignem:fallaſque ueneno.
Paret amor dictis caræ genitricis: & alas
Exuit:& greſſu gaudens incedit iuli.
At uenus aſcanio placidam ꝑ membra qeté
Irrigat:& fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos:ubi mollis amaracus illum
Floribus:& dulci aſpirãs cõplectitur umbra.
Iamque ibat dicto parens:& dona cupido
Regia portabat tyriis duce lætus achate:
Cum uenit:aulæis iam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda:mediamq; locauit.

Medius:importunus icongruus. Et faciem illius: Faciem pro uultu poſuit.Nullus eni poteſt accipe faciem alterius:ſed uultum q pro mentis qualitate formatur. Nõ amplius.u.Artis ẽ nõ omnia dicere: nec eni dicturus eſt diſceſſum cupidinis : neq; acceſſum Aſcanii. Pueri puer: Arguit a facili. Regales:nã i illa itemperantia Facilis amori eſt aditus : Hinc Teré. Sine cerere & baccho friget uenus. Latex : aqua eſt proprie quæ itra uenas Lateat:ſed hic pro uio quod latet itra uuam:Aut lyæũ ꝓ lieiũ dixit. Occultũ: diffinitio amoris eſt:ignis occultus. Paret amor: ut ſupra ꝓ cupidĩe amoré poſuit. Et alas exuit:Laus magna aſcãii ꝑ trãſitum. Sic cupido alis tantũ depoſitis aſcanius fuit. Placidam: Epiterhon eius eſt uel ad diſcretioné eius qetis:quæ iſomniis perturbaẽ. Fotú: ſublatum a fouendo. Amaracus:hic puer regius unguẽtarius fuit qui caſu lapſus dũ ferret unguẽta maioré confuſiõe odoré creauit.Vnde optima unguẽta amaracina dicunẽ.Hic poſtea in herbã Sampſucũ cõuerſus eſt.quam nũc amaracũ dixit. Iamq; ibat:Cum uix Venus iſta dixiſſet. Sane:nec feſtinãtibus pſonis:neq; minoribus eſt reſpõdédi facultas ut hoc loco Cupidini:ut Mercurio ſupra:Idé in quarto: ut i ſeptimo furiæ.

Amaracus

Cum uenit: Aut ꝓ cũ ueniret:aut cũ ſit aduerbium téporis pro dum.Nec.n.poteſt cõiunctiui modi particula iũgi indicatiuo.Sane ſciendũ cũ & dũ malo errore a romãis eſſe cõfuſa. Aulæis: Vellis pictis quæ iõ aulæa dicta ſunt q primũ in aula Attali regis aſiæ:qui populũ Romanũ ſcripſit hæredé inuenta ſunt.Ideo etiã i domibus tendebant ut aulæa:ut imitatio tentorioꝝ fieret.Sub qbus bellantes ſemꝑ habitauere maiores : unde & in thalamis hoc fieri hodie conſpicimus.Varro tamé dicit uela ſolere ſuſpẽdi ad excipiédũ puluerem: quia uſus cameræ ignorabaẽ.Horatius Interea ſuſpenſa grauis aulæa ruinas In patinas fecere.t.p.a.Quantum nõ.a.c.ex.a.Cum uero a nomĩe græco deſinente in.η.fiat deriuatio cõuertiẽ in æ ut αυλη æthnea. Supbis:nobilibus. Aurea:ſi dido pulchra.Si ſponda eſt ſeptimus caſus.Fitq; ſynæreſis:& eſt ſpondeus. Sponda:Stipadia antiq nõ habebãt ſed ſtratis tribus lectis epulabanẽ:Vnđ tricliniũ ſterni diciẽ.Cicero Sterni triclinia: & i foro ſterni iubebat.Errãt ergo q tricliniũ dicũt ipſam baſylicã uel cœnationem. Mediã:Qui maioris locus ẽ:Salu. Igitur diſcubuere Sertorius iſerior in medio ſup eũ.T.Fabius hiſpanẽſis ſenator.Ex proſcriptis i ſummo Antonius:Et iſra ſcriba Sertorii Verſus & alter ſcriba Mœcenas i imo:Medius iter Tarqniũ & Deaciũ Perpẽna.

Aulæa

DONA. Pueri.p.Oſtẽdit i cõmutatiõe formæ ætatis cõmutationé nõ fore difficilem. Maxima.c. nolebat mittere Aſcaniũ:ne duoꝝ ſolicitudĩe frãgereẽ: uel is mittereẽ q ex oriẽte tumultus ſibi per pietaté cauere nõ poſſet. Hũc ego:ne diceret cupido qđ fiet de aſcanio ſi ibo. Sopitũ:nam illa ætas multũ ꝓfundeq; dormit. Ergo erit ſat tpis ad capiẽdos mulieris aíos.Deſignat etiã tps & locũ amoribus aptũ. Nocté.u.erat ſpatium breue:ſed erat ꝓperandũ:ne longi tpis opera eſſet neceſſaria:qa aſcãius longiori ſomno teneri nõ potuit. Paret:nõ reſpõdet:quid.n.perſonæ matris uel maxime i tali cã reſpõdeẽ:& tẽpus facta:non fabulas exigebat. Et go ſe officioſum matri præſtat. Gaudẽs:Vel ut filiũ exprimeret ad patré eunté:uel qa plẽa uolũtate iuſſa matris implebat. At uenus:natura pueꝝ tangiẽ:q ſecurius & diu dormiũt:ſi etiam accedãt alia oblectaméta: ut ſeceſſus:flores:& odores:& mollicies.Opacitaſq; umbraꝝ. Duce achate: ergo hunc fallebat: & lætus portabat dona:qa non frangebatur onere munerum nec tedio uiarum. Cum uenit:executus eſt iuſſa mature: qa præuenit conuiuium:& uenit cum iam diſcũberent in aptiſſimo tempore. Mediam : Nam is locus potior apud ueteres fuit.Nam Salu.Ita ſertorii conuiuium deſcribit:ut ipſum qa potior fuit collocaſſet i medio.

CHRI. Mentem:aimum & uoluntatem.Anima.n.teſte Augu.ſpiritus itellectualis:rõnalis ſemper uiuẽs ſemꝑ i motu bonæ malæq; uolũtatis capax ſecundũ benignitaté creatoris:ac ſecundũ ſui opis officium uariis noibus diciẽ.ſ.aia dũ uegetat.Spiritus dum contẽplaẽ.Senſus dũ ſentit.Animus dũ ſapit.Mens dum itelligit Ratio dum diſcernit.Memoria dũ recordaẽ.Voluntas dum uult. Differunt iſta nõ ſubſtãtia:ſed nominibus. Vna anima ẽ:proprietates diuerſæ.In ſpiritu tamen & aia põt eſſe differẽtia:Nã oĩs aia ſpiritus:nõ oĩs ſpiritus aia. Sidoniã:carthaginem:quã cõdiderunt q de ſidoniis partibus uenerant.Eſt.n.in phœnicia poſt orthoſiã & Eluetherum Tripolis:quæ nomen a re ipſa accepit.Tres.n.urbes habet:Tyrum:Sidonem:& aradum. Idalius:mons Veneri ſacer i Cypro eſt inſula i ſinu iſſico & pamphilio poſita.quæ pelago contigua eſt ægyptio. Lyæum unũ ẽ ex noibus Bacchi ab eo qđ eſt λυειν.i.ſoluere:qa hoies a curis liberet:De his nominibus ſcribit Ouidi.Thuraq; dant:bachũq; uocant bromiũq; lyæũ.Ignigenãq; ſatũq; iterum ſolũq; bimatrem Additurq; his niſeuſq; indomituſq; thioneus & cum leneo genialis conſitor uuæ:Nicteleuſq; Eleus parius & iachus & euan.Sed de Baccho alibi. Ocultum iſpires ignem.i.oculte & diſſimulantes immitas. Venenum : quia peſtifera res eſt amor:& cito tranſcurens occupat uenas. Fotum:ab eo quod eſt foueo.Dicuntur.n.aues pullos ſuos fouere:cum alarum amplexu icubant. Amaracus:recte exponitur a Seruio:Hanc herbam thuſci pſam appellãt.Sanſucus ut ait Diaſcorides a ſiculis amaracus diciẽ ramoſa herba multas uirgas ſup terram ſpargit foliis puis & rotundis non diſſimilibus nepitæ: tota herba odorata eſt.Simõ illã maioranam & pſam uocaẽ Amaracũ Cynare regis cypri filiũ i hãc herbã mutatũ fabulanẽ. Spõda:exterior pars lecti:ut pluteus iterior.

Idalius **Lyæũ** **Spõda**

SER. Pater:Religiosus quia pater omnium deorum epitheton ē:ut ostēdit Virgi.ubiq̄. Ostro: Vnde tin gitur purpura:& ꝓ purpura posuit. Dāt.s.Humilis character ιαχνοσ dicitur. Tonsis: minutis uel uillosis. Maiores.n.mappas habuere uillosas. Mantilia:a manibus ante lotis dicta ut Torale a tero Nā Hora.ꝑ apoco pen dixit:Ne turpe toral. Ordīe:dispositione:Nam Cice.ī œconomicis.Quid ubi ponēdum sit:Nec enim de bent uniuersa confundi. Pœnū:Differt a cellario.Cellariū paucorum dierum est: Vnde & ī cellam imperatū frumentū dicunt.Pœnū uero lōgi temporis.Pœnus ī masculino & fœmīnino inuenit̄ quartæ declinationis.

Iam pater æneas:& iam troiana iuuentus
Cōueniunt:strato sq̄ super discumbit̄ ostro.
Dāt māibꝰ famuli lymphas.cererēq̄ cāistris
Expediunt:tonsi sq̄ ferunt mantilia uillis.
Quīquaginta ītus famulæ:q̄bus ordīe lōgo
Cura pœnū strueṙ:& flāmis adoleṙ pœnates.
Cētum aliæ:totidemq̄ pares ætate ministri:
Qui dapibꝰ onerēt mēsas:& pocula ponāt.
Necnon & tyrri per limina læta frequentes
Conuenere:toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona æneæ:mirantur iulum:
Flagrantisque dei uultus:simulataq̄ uerba
Pallaq̄:& pictum croceo uelamen acantho.
Præcipue infœlix pesti deuota futuræ
Expleri mentem nequit:ardescitque tuendo
Phœnissa:& puero pariter donisq̄ mouetur.
Ille ubi complexu æneæ colloque pependit:
Et magnum falsi impleuit genitoris amorem
Reginam petit:hæc oculis:hæc pectore toto
Hæret:& interdum græmio fouet inscia dido
Insideat quantus miseræ deus:ac memor ille
Matris acidaliæ:paulatim abolere sichæum
Incipit:& uiuo tentat preuertere amore
Iampridem resides animos:desuetaq̄ corda

In numero tertiæ:ueluti pecus pecoris.Hora.Portet fruméta pœnusq̄.Et Plautus ī masculino dixit.Nisi mihi ánuus pœnus dat̄ Et Lucilius in fœminino:ut Et uxori legata pœnus Persius autem ostendit quar tæ esse declinationis.Vt In locuplete pœnu defensis pinguibus umbris. Struere:cōponere:unde structo res epularum dicunt̄. Adolere: colere: Sed adolere ꝓprie est augere.In sacris autem adolere per bonum omen dicitur nam ī aris nō adoletur q̄cq̄ sed cremat̄.

Pares:Non ī numero sed in ætatis parilitate ē admi ratio. Dapibus: hæ regū sunt:Epulæ priuatorum. Ponunt secundū antiquum loquitur morem. Iulū: Ad cōuiuas refert. Diei:ad poetā. Simulata: Com posita in Ascanii similitudinem. Infœlix:propter ca sum futurum. Tuendo:dum intuetur Omnis auté gerūdii modus siue ab actiuo:siue a passiuo sit simi liter profertur: ut Cantando tu illum.i.dum cantas. Et frigidus in pratis cantādo rumpitur anguis: idest dum īcantatur.Vbi postquā:Interdum quando:īter dum ī quo loco. Magnum: arduum:Difficile est.n. imitari filii affectū. Petit:petere est nō solum adire. Verū etiam insidiari:& sic nunc ītellige. Fouet:Sub stinet. Insidat:legitur etiam insideat. Matris: idest eius præceptoꝝ. Acidalia: Vēus iniicit curas αχοσ. enim cura:uel ab Acidalio fonte q̄ est ī orcomēo boe tiæ urbe.In quo se gratiæ lauant quæ Veneri sacræ sunt Ipius eni & liberi filiæ sunt & Iure.Nam gratiæ fere per horum numinum munera conciliant̄.Sunt autem nudæ:q̄a gratiæ sine fuco esse debēt:Ideo con nexæ q̄a īsolubiles esse oportet: Hora.Segnesque no dum resoluere gratiæ.Quod uero una auersa pigit̄: duæ autem nos respiciēte:est q̄a profecta a nobis gra tia duplex solet reuerti:Vnđ illđ Nec te certasse prio rem pœniteat. Abolere:ordo est naturalis ut primo

Dapes epulæ

Petere

Acidalius

Gratiæ

uellamus hérentia:deinde inferamus noua.Sic Teren.Vt metum in quo nunc est adimam:atq̄ expleam ani mum gaudio. Viuo:Aut uiui hominis:aut uehementi. Præuertere:præoccupare propter Iunonem. Resi des:pigros ad amandum.Iurauerat enim nulli esse nupturam.Contra uero instant industrios dici mus.

DONA. Iam pater æneas:Discernitur ipse & troiani sedibus purpureis. Dant:describit familiæ ordinem. Canistris:Mos apud ueteres fertur fuisse:ut panis non argēteis sed uimīeis uasculis īferret̄. Longo ordine: ubi fuerant q̄nquagīta ad quarum curam pertīebat procuratio cellarii & deorum pœnatum cultus illas sine dubio uicissitudo longo ordine tangebat. Centum aliæ:eleganter atq̄ breuiter diuitias expressit:laudauitq̄. Voluit enim demonstrare ducentos:& sexum & ætaté discernere.Numerus autem non est res magna ī rege sed parilitas ætatis quæ ostendit quanta sibi seruorum esset multitudo:ex qua docenti pari ætate eligi potue rint digni:q̄ curarent supradicta.Nec non supra ostrum troiani:q̄ magis essent honorandi sederunt. Tyrii ue ro ī uestibus pictis. Mirantur:Per hoc ostēditur regia q̄q̄ ditissima & ditissimi uiri uxor fuisset talia nunquá habuisse:cum hæc ipsa & sui tyrii mirentur.Alius ītellectus est Mirantur dona ænæ.Idest mirantur talia æne am uel habere uel donare potuisse.Mirantur ergo substantiam animi largientis. Ardescitque tuendo:con trarium posuit Nam considarationi intenta fastidium incurrere debuit. Falsi:magna res ut etiam pater dece ptus sit Insideat quātus.Tanto libentius imprudens complectebatur:quantum nesciebat qualé deum ample cteret̄. Infœlix:Quia benignum animum exhibebat:qué deberet inimicum exhibere : cū ex eo pararet̄ sibi mors. Abolere:Prius.n.debebat remouere amoré pristini uiri & paulatim:q̄a cū uehemēter hæreret: nō po terat uno impulsu dimoueri.Iccirco aūt Didoné castam diuité:pulchrā:deceptá inducit per cupidiné: ut non solum Didonis:ueꝝ etiam æneæ existimationé ostenderet:Ne illū ignobilis fœminæ proiecti pudoris spōte amasse:aut prouocata mulieribus uideat̄:Aut ille malis submersus inumeris de amoribus illicitis cogitasse.

CHRI. Lymphas:Aquas quæ dicuntur a nymphis.Vulgo aūt teste Pōpeio memoriæ proditū est quicūq̄

spetiem quandam e fonte.i.imaginem nymphæ uiderint furere cœperunt: quos græci lympholeptos latini lymphatos appellant. Cereremq;.i.panem:& denominatio quoniã capitur auctor ꝑ re cuius ẽ auctor. Teré. Sine cerere & libero friget uenus. Cererem deam frugũ fabulantur Cæli & Vestæ filiam. Alii Iouis dicunt. Ferunt præterea cum frater Saturnus cui fauebat pulsus esset metu Titani ĩ antro latuisse. Præsertim autem pudore ductã quia cresceret sibi uterus. Nam cõceperat iam: Acherontem: q & ipse cũ natus esset: eodem pudore affectus delituit & ad inferos defluxit. Concepit Acheronté ex captiuitate fratris.i. mœroré ex quo solitudie gaudebat. Ad id enim impellit mœror. Qui rem ad historiam referunt: aiunt illam Sicani antiqssimi siciliæ regis filiã fuisse: & ab ea siculos usum colendi fruméti cœpisse. Diodorus uero siculus q ex hac ĩsula oriundus rem diligentius proseqtur: siciliam Cereri & filiæ eius sacratam ĩcolas a maioribus suis per successiones semper accepisse affirmat. Addunt etiã poetæ ĩ nuptiis Plutonis & Proserpiæ hanc ĩsulã sponsæ a Ioue dono datã: ipsasq; deas primo hic apparuisse grauissimi scriptores tradidere: primoq; hic frumétum esse natũ propter loci fertilitatem: Vnde etiam nunc in agro leontio & aliis ĩ locis quod agreste frumétum nũcupant nascit̃: ergo hanc deam uolunt non modo serendi fruges præcepta dedisse: sed & leges ad iuste uiuendũ tulisse. Vnde themosphora dicit̃. Quapropter & uiuendi & bene uiuendi auctor fuit. Sunt quoq; qui dicãt Cererem Saturni & Rheæ filiam fuisse: & frugum culturam inuenisse: & quidé ante proserpinã natã & a Plutõe raptam. Nam in rapina ipsa oẽs segetes incendit: tum propter inimicitias quas cõtra Iouem suscepit: tũ propter filiæ mœroré. Inuéta autem filia & Ioui reconciliata est: & Triptolemum misit. q fruges serere doceret. Multi deniq; populi de hac dea contendũt. Aegyptii enim dicunt Cererem ac Isim eandẽ deã esse: & ĩ ægyptum semen intulisse: quo tépore Nilo stagnãte regio optime semen exciperet. Athenienses in athica eleusina ostendunt: ubi primum hoc minus dea dederit: Hæc omnia Diodorus: Eusebius auté Pamphilus ita rem partitur: ut Telluris uim Vestã appellet: cuius uirgíale simulachrũ ĩ foco ignis statuit: quæ uirtus quoniã ferax est muliebri specie fungit̃. Rhea q̃dam opem dicunt lapidosæ mõtaneæq; terræ uis est: Ceres feracis & plenæ. Hæc bonam quæ Proserpina ẽ Ioui peperit. Ac ideo hãc spicis coronamus: & papauera iuxta ponimus: quoniã fertilitatis symbolũ sunt. Proserpina uis ẽ ꝓiecti seminis ĩ terrã: quã Pluto.i. sol qui ĩ hyeme remotioré partem lustrat ad inferos rapit. Villis: generis masculini & secũdæ decliatiõis. Vellus aũt generis neutri & tertiæ declinatiõis. Mãtilia: a mãu & tegeo uolũt q; illis mãus lotæ abstergant̃: Vnđ mãtelta pleriq; dicũt. Famulæ: Ancillæ ab oscis origo ẽ huius nominis: apud quos seruus famel dicit̃. Canistris: a capiẽdo dicunt̃. Aliqui a græco eẽ credunt. Illi enim ταπονητα dicunt. Struere: Ordine & ĩ rectã figurã res diuulsas cõponere. Hic dicimus struere orationé. Hic strué lignoꝝ. Hinc destruo cũ cõposita disiiciunt̃. Hinc instruere acié: & métem ꝑ trãslationé istruere dicimus. Cura pœnũ: Et lõgũ & longã legit̃: ut sit longo ordine uel longum pœnũ. Pœnus ẽ omne quo uescunt̃ homines: ut ait Cice. in libro secũdo de natura deoꝝ. Et Festus scribit pœnora res eẽ necessarias ad uictum quottidianũ. Et Sceuola ait pœnus est quod esculétũ puculétũ ut est. Gellius uero refert quæ lõge usionis gratia contrahunt̃ & recõdunt̃: qa nõ in ꝓmptu sint: sed intus & pœnitus habeant̃ pœnus dicta sunt: Est ꝑterea apud iuriscõsultos titulus de pœnu legato ĩ quo pœnus appellatione uenire demõstrant. quæ esui potuiq; sunt: Neq; solũ qđ ut pãis caro caseus uinũ Sed & quo ut sũt cõdiméta sal piper: gaꝝ: cocrũ. Et in quo ut uasa ĩ qbus sculéta poculétaq; tenent̃ pœnariũ aũt ut etiã cellariũ nõ pœnũ eẽ dicemus sed cellã ipsam & repositoriũ: in quo pœnus seruat̃ ut granariũ ubi grana cõdunt̃. Cellarius ẽ q præest pœnori: qui ut notari potest apud Plautũ a promendo & cõdendo nomé etiam accipit. Sum pronus condus: procurator pœni. Adolere: Qui aurendo odor elicitur. Hic Homerus καλλεισεν θακαυω ευωδει κηωεντι.i. ardenti: hoc est doléti. Hæret: affixa mãet. est autem hic repetitio hæc.o. hæc.p.t. Abolere: remouere. Sũt autem exoleo & aboleo cõposita non cum soleo: sed cum oleo: ut placet Prisciano.

Ceres

Mantilia

Struere

Pœnus

Cellarius

SER. Postq̃ prima quies: Propter regalem affluentiam. Cõtra supra: Postq̃ exempta.f. Mensæ: sub externa persona morem ponit romãorum: apud quos duæ mẽsæ erant: altera epularum altera ꝓmorum.

Crateras: est hic crater græcum nomen. Latine hæc cratera dicitur: Persius Si tibi crateras. Vina pro poculis per synecdochen. Coronãt: Aut implent usque ad marginem: a ut quia antiqui pocula coronabant: unde est: & magnum cratera corõa induit. Tectis: idest ad tecta. Legitur etiam Fit strepitus tecti.

Atria: Romani duabus tantum epulis in atrio uescebantur: Vnde per contrarium Iuuenalis Quis fercula septem secreto cœnauit auus: & ibi pecunias habebant. Vnđ qui honoratiores serui erant liminum custodibus adhibebantur. Hinc qui Dardanio Anchise Armiger ante fuit. Fidusque ad limina custos. Ibi & culía: unde atrium. Quia esset atrum ex fumo.

Lychni: Græco uerbo utitur ne uile aliquid afferret Alychno autem lucerna dicta est: Vnde lu coripitur Horatius Non quo fraudatis immũdus nacta

Postq̃ prima quies epulis mensæq; remotæ:
Crateras magnos statuunt: & uina coronant.
Fit strepitus tectis: uocemq; ꝑ ampla uolutãt.
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incensi: & noctem flãmis funalia uincunt.
Hic regía grauem gemmis: auroq; poposcit:
Impleuitq; mero pateram: quam belus & oẽs
Abelo soliti: tum facta scilentia tectis.
Iuppiter: hospitibus nã te dare iura loquẽtur:
Hunc lætum tyriisq; diem: troiaq; profectis
Esse uelis. nostrosq; huius mẽinisse minores.
Ad it lætitiæ bacchus dator: & bona iuno.
Et uos o cœtum tyrii celebrate fauentes.
Dixit: & in mensa laticum libauit honorem.
Primaque libato summo tenus attigit ore.

Tum bitiæ dedit increpitans ille ipiger hausit
Spumātem pateram:& pleno se ,pluit auro.
Post alii proceres:cythara crinitus iopas

lucernis:Si enim a luce non staret uersus. Laqueari
bus:lacus principale est:Lucilius Resultant ædesq́ȝ la
cusq́ȝ.Per diminutioné lacunar facit Hora. Nec mea
renidet in æde lacunar. Inde per aliam diminutioné
lacunarium:& per antisticon laquearium. Funalia:
a funibus qui intra cæram sunt. Hos ante usum papyri cæra circundatos habebant. Vnde funera dicta quia
funis incensi illa præcedebant. Belus:primus assyrioꝝ rex:quæ constat Saturnum:qué & solé dicunt Iuno/
nemq́ȝ coluisse:quæ numina postea apud aphros culta sunt unde lingua punica hel dicitur deus apud assyri/
os hel quadá sacrorum ratione & saturnus & sol. Hospitibus:Exemplo Iouis qa a Lycaone susceptus ipum:
quia hospité mactarat:in luppum conuertit. Profectis:Noluit profugis dicere. Velis: ex etrusca disciplina
qui dicunt uolens propitiusq́ȝ sis. Adsit: Alii adsis legūt unde bacchus aut p antiptosin é aut antiquus est uo
catiuus:ut Socer arma latius habeto bene auté addidit dator lætitiæ:quia est & dator furoris. Bona:uel pro/
pitia & nō irata troianis:uel bona.i.cælestis. Est enim & inferna & Iunonis infernæ dictus sacer. In mésa:tan
git moré romanorum qui paniceas sacratasq́ȝ mésas habebant in quibus libabant:ut Heus etiam mésas cōsu
mimus inquit Iulus. Sūmo tenus:& uerecundiá reginæ & moré romanū tangit.Ná apud antiquos nostros
fœmiæ nō utebantuꝛ uino nisi sacroꝝ causa certis diebus.Deniq́ȝ fœmina quæ sub Romulo uinū bibit occi
osa est a marito.Mecennius aūt maritus absolutus é.sic Gráius Luciáus cœnæ suæ.Bitiæ. p transitū pœnoꝝ
ducū nomina ītroducit.ná Bitias classis punicæ fuit p̄fectus:ait Liuius. Iopas:uero rex aphroꝝ unus de pro
cis Didonis: ut é in punica historia. Increpitás:inclamás ut Aestaté increpitás.Aut familiariter argués segniti
em tarde capientis paterá:cum esset auidus in bibendo. Hausit:Modo accepit:nec intelligas bibit.Cū sequatꝛ
Et pleno se ,pluit auro. Alias uidit:ut hausit cælū mentéq́ȝ recepit: Alibi audiuit:ut uocéq́ȝ his auribus hausi.
Alibi uulnerat:Et latus haurit aptum:& multa alia pro loco significat. Proceres:ergo & Bitias unus erat de
proceribus:hoc aūt nomé nomiatiuū ī usu nō habet: sic ut nec dictiōe quáuis ī cōpositiōe dicitꝛ cōditio.Pro
ceres a uté.teste Varrone:pricipes in circo dicunꝛ qa eminét in ea: sicut in ædificiis multi qdam hoc est capita
trabiū quæ proceres nominantur. Crinitus:uel qa imitabatꝛ Apollinis formá : cuius etiá artis erat imitator.
DONA. Postq̄.p.q.conuiuit prolixi mos describitur:Ná confectis epulis studiū bibédi prosequuntur. Fu
nalia:Faces ex funibus ,pcreatæ. Grauem:laudat a pondere & a materia.Deide q maiores Didionis nisi sint
& durante merito transierit ad Didonem. Fata.s.rem enim diuinam actura siletiū induxit. Iuppiter: rogat
Ioué:& eius uirtuté narrat:ut ostendat pleno uoto troianos excepisse:cum initam societaté testimonio hospi
talis Iouis confirmet:Cum aūt ipsa esset Sidōia quasi mortis suæ præsagio:tyrioꝝ solū & troianoꝝ meminit
& merito diei meminit quo cōfirmabat societaté p sacra & conuiuium. Triste:auté fuit tenebras nominare
uel noctem:uel maxime qa continuationé diei nocti cōiunxerat:& nundū tū erat ad requié. Nostrosq́ȝ: hu/
ius.Et sic factum:ut etiá nunc duret de actibus didonis fabula. Bacchus:uinum sine quo lætitia in cōuiuiis
esse nō potest.Nam si alibi é bacchus:& ad culpá causas dedit:id non uini uitium é:sed hominis uío uti nescié
tis. Bona iuno:nam norat illá inimicá troiáis:ergo ut sit bona & beniuola. Tyrii:ne esset aliqua incolarum
aduersus peregrinos æmulatio. In mensa:in conuiuiis enim cum huiusmodi honorificentia numinibus ex
hibetur.Pro ara mésa succedit. Prima:uel qa ipa libabat:uel quia potior omnibus fuit:utpote regina. Sum
mo tenus:summis labris ut religionis & non uini cupidam demōstraret. Increpitans:clara uoce exhortans.
Hunc autem elegit qa sciebat uini esse amatoré.Vnde seqtur Ille ipiger hausit. Et pleno.s.p.& pateram iquit
uacuam fecit:& cum auide biberet:& tantum īfunderet quantum fauces trásmittere nō possent:perfudit etiá
se. Post:ītellige ritum executi sunt post acta conuiuia : post consecrationem fœderum. Ludorum autem fit
descriptio:qbus reges per uoluptatem ad producédam potationé utunꝛ.Ludi aūt didonis nihil turpe factu:
nihil obscœnum dictu habuerūt.Nam cythareæ arté iter honestas numerari constat p hanc. Orpheus pluri
mum potuit.Hanc graues & prudétes amant.Hác diligūt musæ:qbus tradentibus ī usum hominum uenit.
Hæc i agonibus idest ī sacris certaminibus coronatur.Ars ergo honesta.Conuiuium quoque non dissimile.
CHRI. Vina co.sic Homerus πινοντεσ κρατηρασ επιστεφεασ ονοιο. Fit st.non.n.sine strepitu potuisse
lætū & numerosum cōuiuium. Volutát:undatim.n.effluit uox per camerata loca. Atrium:géus ædificii é:
quod mediam areá contiet.In quam collecta ex oí tecto pluuia descendit: dictū atriū:uel qa id genus ædificii
primū atriæ:quæ est urbs etruriæ īuentum é.Vel quod a terra oriatur quasi aterrium.Ait Pompeius Festus.
Lychni:λυχνο.i.omne quod lucet:Lucernam auté non hic esse puto:sed a luceo:nam q̄uis primá corripiat
quá luceo ,pducit.Non caret exéplo.Nam a dico dicacem:& a duco ducem:& a uito uitium.Quæ oía nomi/
Offa:hĩc diminutiuũ ofella q̃ nõ geminat f. Quod ait melle:allusit ad corpora q̃ cũ melle obruũt̃. To/to antro:ꝑ hoc eius magnitudo ostendit̃: ut de Polyphemo iacuitq; ꝑ antrꝝ ĩmẽsũ. Occupat:raptim in/gredit̃. Sepulto:sine pulsu.i.sine motu dormiente. Irremeabilis:epithetũ æternũ:& ẽt ipsi æneæ irremea/bilis quia per aliã portã egressurus ẽ. Continuo au.uo.Nouẽ circulis iferi cincti dicunt̃: quos nũc exeqt̃.Primus animas ĩfantium tenet.Secundus eoꝝ q ꝑ simplicitatẽ adesse nequerũt.Tertius eoꝝ q euitãtes erũnas se interemerũt.Quartus eoꝝ q amauerũt.Quintus uiroꝝ fortiũ.Sextus nocẽtũ q puniunt̃ a iudicibus.In septimo aĩæ purgant̃.In octauo sũt aĩæ ita purgatæ:ut redeãt.In nono:ut iã nõ redeant ĩ campo elysio. Vagitus: poetice dixit.Ploratus tãtũ lachimaꝝ:planctus tantũ uocũ.Fletus ad utrunq; ꝑtinet.Sed cõfundũt̃ plerunq;.

DONA. Breuiter:Quia q̃ iuxta sunt lõgo sermõe no egẽt. Nullæ insidiæ:loqt̃ ergo cõtra ut dixit.Nã lo/quitur contra illa quæ suspicabatur. Nec.n.tel.f.confutat qd̃ ille uehemẽter timebat. Fertur.n.ferrũ plerũq; nõ ut inferat̃:sed ut repellat̃ ĩiuria. Pietate & armis:nã propter pietatẽ descendit ad patrẽ:propter uero for/titudinẽ nõ reformidauit ꝑicula:q̃ sunt apud inferos. Alias animas:quo facilius æneã ferret. Ingentem:aut q̃ re uera esset magnus:aut cõparatione exiguæ nauis:q̃ ad Incorporeas aĩas uehẽdas inuentã esset. Tandẽ: Autem.mora fuit : quia nauis præter solitum esse honusta.Vel ex affectu æneæ qui properabat ad patrem.

CHRI. Nullæ hic insi.Purgat q̃ ille timebat:& ostendit q̃ alienus sit a fraude & a rapina.Post hæc ostendit ramũ.Hæc oĩa huc tẽdũt:ut q ad speculationẽ tẽdũt: primo uacẽt & dolo:& ui:hoc est omni uitio.nã ille ascẽdet ĩ mõtẽ domini:& stabit in loco sancto eius:q ẽ innocẽs manibus & mõdo corde:& nõ accepit ĩ uanũ ani/mã suã.Sed neq; hoc satis ẽ:ut uitio careas:ut in speculationẽ recipiaris:Sed opus est ut ramũ apias.i. p̃feras ipsã sapientiã quã sine dei dispositione nemo assequitur:Vnde dixit Donum fatalis uirgæ. Mirabilem: Quia nil sapentia mirabilius ẽ.Lõgo post.t.u.Nihil.n.rarius uidere cõtingit.Mirat̃ ergo ramũ aureũ:Nã q̃uis nolit cogi libeꝝ arbitriũ:tamẽ concedit sapiẽtiæ. Cæruleã aduer.p.Aduertit uolũtatẽ q̃ uidenda discutiat. Hæc habet pro.i.ĩpetũ ĩ obiectũ.hẽt ĩ puppi clauũ.i.rõnẽ q̃ cuncta põderet & regat:nã & ĩ malo eligẽdo adhibet rationẽ licet falsã Charon igit̃.i.libeꝝ arbitriũ uiso ramo.i.sapĩa libẽter ad illũ se uertit Nauis çærulea ẽ:Cæ/ruleus ãt color ex albo cõstabat & nigro:qa aĩus ꝑ speculationẽ ad iferna tẽdẽs nigꝝ.i.uitiũ & albũ.i.uirtutẽ cogitat. Vel ꝑ nigrꝝ ĩscitiã ꝑ albũ cognitionẽ ĩtellige.Speculator.n.nisi uideret aliqd:nõ moueret̃ ad speculãdũ.Si uero oĩa uideret:cessaret ipsa speculatio.Remouet Charõ cæteras aĩmas.i.cæteros oẽs aĩ affectus & ꝑ/turbationes:& recipit æneã cũ sibylla.i.aĩum cũ solo ĩtellectu.Cymba subtilis ẽ:qa scitis sciẽda annectit.Est rimosa ꝑꝑ qd̃ ĩ eadẽ re scibiliũ scitoꝝ q̃ diuersitas nulla ẽ:distãtq; lõge iter se:ac differũt:& pugnare sæpe uidet̃ Gemit cymba ex angustia:q̃ p̃mit̃ ꝑꝑ speculationis difficultatẽ:& qa rimosa ẽ accipit multã paludẽ.Nã sæpe

Cha/ron

Cerberus

inter speculandũ corporeaꝝ rerum illecebræ subeunt. Cerberus:hic secundũ Hesio.natus est ex Echidna & Typhaone simul cũ Ortho cane Gerionis & Hydra & Chimera:& ut idẽ poeta scribit:hẽt centũ capita. ianitor ẽ Plutonis:& cuicunq; ueniẽti cauda atq; auribus blandit̃:sed exire neminẽ patit̃.Siquidẽ ĩ isidiis collocatus quẽcunq; extra ianuam offendit:deuorat.Alii non cẽtũ sibi capita:sed tria dãt. Verum qđ magis absonũ iudicari possit:cõtraria sentire Hesiodus ac Virgi.uidẽt̃.Siqdẽ Hesiodus ait illũ ĩtrãtibus blãdiri.Egredientibus uero aduersari.Contra Virgi.ipsũ uiuentibus obstare & ne ĩgrediant̃ eos impedire inducit.Quoꝝ controuersiã ut facilius tollamus:meminisse oportet descẽsum ad inferos esse : tum eoꝝ qui in uitia labunt̃:tũ eoꝝ q descendũt ĩ contemplationẽ uitioꝝ:ut cũ illorum ꝑnitiosam pestẽ cognouerint.ab illis se purgẽt.Cerbeꝝ autẽ pro eo poni quod ĩ nobis terrenũ ac propterea caducũ ẽ.Si igitur ĩtelligamus nos ad inferos descendere:cũ in uitia labimur:eris id quod scribit Hesio.Nã labẽtibus ita ad ĩferos blanditur cerberus.i.corporei sensus.Nam illi nos in uitia ꝓcipites agunt & ad oẽs uoluptates inuitant quæ aĩum effœminãt:contraq; ab oĩ reꝝ cælestiũ inuestigatione remouent:& qa nihil nisi corporeũ nobis sese offert:nos nihil nisi corpus eẽ putamus.Sin ãt hinc abire tentamus repugnauit oĩo eædẽ uoluptates.Itaq; hortant̃ ad ĩgressum:dehortantur ab ingressu.Sin autẽ eum descensũ ad inferos intelligamus:ꝑ quẽ contemplationẽ uitioꝝ ut ab illis discedamus significamus cõtra est de cerbero.Nã repugnat aduersat̃q; ingredi uolẽtibus.Impediũt.n. nos ea oĩa quæq̃uis caduca momẽtaneaq; sint:tamen sensus demulcent:Presertĩm ãt ĩpedit nos timor:ne ea quibus corpus indiget nos deficiãt.Itaq; sapiens q est considerat tria genera eẽ eaꝝ reꝝ q̃ ad corpus ꝑtinẽt uoluptatũ.Primæ illaꝝ reꝝ sunt q̃ nec necessariæ nec naturales sunt.Altera eaꝝ reꝝ:q̃ & si nõ sunt necessariæ:tamẽ sunt naturales.Tertia uero illaꝝ q̃ naturales necessariæq; sũt.Itaq; primã tãq̃ oĩno ꝑnitiosã refugiẽdã esse censet.Secunda uero speciẽ facile careremus.Tertiã postremo q̃uis ea continet sine q̃bus esse nõ possumus:facile tamẽ parari illa posse:quia natura paucis minimisq; contenta sit aĩaduertit.Ista ergo facile sine multa impẽsa & ꝑuo labore sibi cõparat : ac deĩceps reliquũ tps maximaꝝ reꝝ cõtẽplationi ĩpendit.Qua qdẽ laute abundeq; alit̃ aĩus eaq; uiget: ac beate degit:ut ipsa inuestigatio pabulũ sit:ac uera ãbrosia.Gaudiũ ãt qđ ex illaꝝ reꝝ cognitione ꝓuẽit suauissimũ nectar ꝓbet.dat igit̃ cerbero.i.necessitati corpis offã.i.uilẽ ac facile parabilẽ cibũ ĩ quo sit etiã potus:& ex quo gignat̃ somnus:ut ad plenũ satisfaciat necessitati corporeæ.Nã cibo potu:ac sũmo indiget uita animalis:unde trifauci latratu illũ ꝑsonare dicit. Soporatã:Nã ut diximus:somnus necessarius ẽ uitæ corporeæ. Ille fame rabida:ostẽdit ꝑ transitũ nullũ obsoniũ melius esse q̃ fames cũ tũc ẽt utilissima suauissima sint:& illđ simul docet fame ipsa oĩa latrar̃:& ĩ oẽm rabiẽ uerti.hĩc ipe alibi Et male suada fames. Occupat.e.a.custode sepulto.Nã cũ ita curatũ ẽ corpus:ut neq; nimio luxu ꝯtumax sit:neq; rursus rebus necessariis laboret iacet obtẽpãs:nec aĩo ꝯtẽplari uolẽti aduersat̃.ergo ualet æneas.i.uir sapiẽs occupar̃ ĩgressũ ad ꝯtẽplationẽ.

Infantumq; animæ flentes in limine primo:
Quos dulcis uitæ exortes:& ab ubere raptos
Abstulit atra dies:& funere mersit acerbo.
Hos iusta falso damnati crimine mortis:
Nec uero hæ sine sorte datæ:sine iudice sedes:
Quæsitor minos urnã mouet:ille silentum
Conciliumq; uocat:uitasq; & crimina discit.
Proxima deide tenent mœsti loca:qui sibiletũ
Insontes peperere manu:lucemque perosi
Proiecere animas:quã uellent æthere in alto
Nunc & pauperiem:& duros ꝑferre labores:
Fata obstant:tristiq; palus inamabilis unda
Alligat:& nouies styx interfusa coercet.
Nec ꝓcul hinc partem fusi monstrãtur ĩ oẽm
Lugentes campi:sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti cælant calles:& myrtea circum
Silua tegit:curæ non ipsa in morte relinquũt.
His phædrã ꝓcrinq; locis:mœstãq; eriphylẽ
Crudelis nati monstrantem uulnera cernit.

SER. In limĩe primo:Qui de prima ipsi subrepi sunt uita. Exortes:Expertes sine ꝑte ακληρυσ græcæ. Acerbo:Immaturo:translatio a pomis. Sĩe sorte:Sine iudicio.Nã antiq non audiebãt cãs nisi sorte ordinatas.Nam tempore quo agebantur causæ:conueniebãt oẽs:unde & cõciliũ ait:Et ex sorte dieꝝ ordinẽ capiebant:quo post diẽ trigessimũ suas cãs exequebant̃:unde ẽ Vrnã mouet:Iuuena.Gratia fallacis ꝑtoris uicerit urnam. Quesitor : proprie is est qui exercẽdis q̃stionibus ꝑest.Inducit autẽ Minoa tamq̃ crudelẽ: quod epitheton Plato & Homerus ei dant nã Aeacus & Rhadamãthus fr̃es minores sunt. Mœsti:Quia secũdũ Platonẽ grauiter puniuntur eorum aĩæ qui sibi inferũt mortẽ. Lucẽ:Figurate:nã perosum illius dicimus. Proiecere:Quasi rẽ uilem. Duros perferre:Homerus Achillis umbram ĩducit dicentẽ libentius se omnia aduersa apud superos tolerare q̃ apud inferos imperare. Aethere : Nostrum habitaculum ætherem uocauit inferorum comparatione. Fata:Iura naturæ. Nouies stix interfusa:q altius de mũdi rõne q̃sierunt dicũt intra mũdi hos nouẽ circulos ĩclusas eẽ uirtutes:in quibus & iracundiæ sunt & cupiditates:de quibus tristitia.i.styx:unde dicit nouem esse circulos stygis:quæ inferos cingit idest ut supra diximus terram.Nã dicũt alias esse purgatiores extra hos mũdi circulos potestates. Partẽ fusi mostrantur ĩ oẽm:Plures uult ostẽdere eos ĩ q bus libido dominat̃. Lugẽtes cã.Quasi lucis egẽtes qđ ẽt a moribus cõgruit. Durus.a.Immitis ĩexorabilis. Tabe.p.corpore paulatĩ defluente. Secreti:celãt.c. Amãtibus cõgruit. Myrtea syl.q̃ ẽ Veneri cõsecrata. Curæ:nõ ipsa ĩ morte.r.hoc ẽ:Etiã illic amãt: & habẽt pactoꝝ imaginẽ criminũ:sicut ẽt de piis dicturus ẽ:ut Quæ gratia currũ Armoꝝq; fuit uiuis quæ cura ni-

tentes.Pascere equos eadem sequit᷑ tellure repostos.Sane sciẽdũ ut supra diximus loq̃ eũ de amore generali: sicut ẽt Plato ĩ symposito tractat.Nihil.n.ĩterest q̃d q̃s amet:dũmodo amore teneat᷑.Notãdũ ẽt est:nã rax̄ est q̃a cum masculio genere supra usus fuerit:ut Hic quos durus amor:Nũc tãtũ fœmiax̄ ponit exẽpla: nõ ꝙ de finit uiri:sed elĩgit sexũ ĩpatientẽ ad amãdũ:tamẽ paulo post ẽt Sichæi facturus est cõmemoratiõe. His phædrã:Hæc fuit filia Minois & Pasiphæs & uxor Thesei:q̃ priuignũ Hyppolitũ amore capta de stupro ĩterpellauit:& despecta apud maritũ eũ falsi criminis detulit:q iratus ĩuocauit Aegeũ patrem:ut Hippolyto currx̄ agitanti ĩmitteret phocã:quo facto & Hippolyto ĩterempto:Phædra amoris ĩpatiẽtia laqueo uitã finiuit. Procrin:Hæc uxor Cephali fuit:q cum uenãdi studio teneret᷑: labore fessus locũ quendã adire cõsueuerat:& illic ad se recreãdũ aurã uocare:q̃d cũ sæpe faceret:amorẽ ĩ se mouit Auroræ:quæ ei canẽ uelocissimã Lælapa nomine donauit:& duo hastilia ĩeuitabilia:eumq̃ ĩ ãplexus rogauit.Ille ait iusiurãdũ se hr̄e cũ coniuge mutuæ castitatis:quo audito Aurora respõdit:ut ꝓbes igit᷑ cõiugis castitatẽ mutate ĩ mercatorẽ:quo facto ille iuit ad procrin:& oblatis muneribus ĩpetratoq̃ coitu:cõfessus est se esse maritũ:quod illa dolẽs cũ audisset a rustico amare eum aurorã:quã ĩuocare cõsueuerat:ad siluas profecta ẽ:& ĩ frutetis latuit ad dep̄hendendũ maritũ: q cũ amore solito aurorã uocaret:Procris egredi cupiens fruteta cõmouit:sperãs Cephalus ferã: hastã ĩeuitabilem iecit: & ignarus ĩteremit uxorem Mœstãq̃ eryphilẽ.Hæc Amphiarai auguriis argiui uxor fuit:quæ latẽtem bello thebano maritum polynici ꝓdidit:monili accepto quod ante uxori dederat:q ductus ad prœlium hiatu terræ periit:cuius filius Alcmæon postea matrem necauit:& est ut Horestes furore correptus.Vituperat᷑ sane Vir.ꝙ mœstam dixerit:quam stygerem legit apud Homex̄.i.nocentem. Nam mœsta est στυγερη.

DONA. Dulcis uitæ:ex quos dulcis uita cito deseruit: & fecit exortes.i.extra sortẽ uiuendi maiorem. Ab ubere:ad augumentũ miserationis ꝙ ĩsõtes a matris uberibus rapti ante extiguerẽt᷑ q̃ loq̃ cœpissent. Quæsitor.m.Et ĩquirendi & urnæ agitandæ habet ptãtẽ. Insontes:dr̄ causa facti.Nihil.n.fit nisi quod faciẽdi habet necessitatem. Fusi ĩ omnẽ partẽ quocunq̃ oculos tẽdere poterãt. Secretos:aut ĩ abdito constitutos aut separatos. Curæ non ipsa in mor.r.Tanta fuit uis amoris:ut post mortem ab iisdem curis non desererentur.

CHRI. Vagitus:Vagire ĩfantium est:quoniã pueri simul atq̃ parti sunt eam primũ uocem edunt:quæ prima syllaba ĩ dictione est:Vnde & uaticãus deus is est:penes quẽ uocis humãæ initia sunt a quo acer uaticãus ẽ dictus:ut ait Varro:quãuis alii hũc deum a uiticiniis nomĩatum uelit: & agrum uaticanum ꝙ a uaticiniis q̃ ui atq̃ ĩstinctu eius dei ĩ eo agro fieri solita essent. Flentes:Flere est tãtum lachrymis: Gemere pectore cum præ angustia ĩ sonum prorumpimus.Ideo & iumẽta sub nimio põdere gemũt:& ĩanimata ea rõne gemer̄ dicunt᷑:ut Gemuit sub põdere cymba plorare est uoce flebili dolorẽ ostẽdere:unde est ĩplorare.Plangere ẽ ꝑcussione mẽbrox̄ dolorẽ ostẽdere:& pro ꝑcutere capit᷑.Eiulare ẽ acutiori & magis sublata uoce flere:q̃d est mulierx̄:& pene idẽ q̃d ululare:q̃uis hoc lupox̄ canũq̃ sit.Nã uociferãt q non mõ dolorẽ:sed ĩdignationẽ uoce effrenata demõstrant:q̃d & uehemẽter clamare aliquãdo significat.Lamẽtare est uoce q̃rela & tristi orõne calamitatẽ testari.Infantia ãt secũdũ doctiores phõs septimo ãno finit᷑:quæ ẽ prima ætas.Scd̃a uero pueritia nuncupat᷑ usq̃ ad pubertatẽ scd̃o septẽnario.i.q̃todecimo ãno finit᷑.Tertia.i.adolescẽtia.ad.xxi.annũ extendit᷑. Deinde septẽnario geminato ad.xxxv.annũ ꝓducit᷑ iuuentus:q̃a ætate ꝑfecta uxorẽ ducere Aristo.iubet.Rursus septẽnario geminato usq̃ ad.xlix.uel.l.annũ est ætas uirilis:matura ac ꝑfecta.Senectus demũ triplicato septẽnario cõstituit᷑.Ait ãt Aristo.in li.de rep.q ebdomatibus diuidũt ætates:plurimum bene dicũt.Sequẽda.n.est naturæ dictio. Ab ubere rap.Pathos a breuitate uitæ & ab ætate. Acerbo: ab eo q̃d est acer. Nã quæ acerba sunt:acriorẽ habẽt saporẽ. Damnati falso.c.Iure post ĩfantilem ĩnocentiam ponunt᷑ q ĩnocẽtes mortẽ subiere. Sorte:Vide Seruiũ.Sed & Quiti.Ait Quod ĩ foro uel atrocitate formulax̄ uel modo petitionũ uel nouissime sorte iudicat᷑. Minos:Scripserũt multi plurimos deos ĩ creta fuisse: ac deĩde multis ætatibus post deos heroas eandẽ ĩsulã habuisse:quox̄ clariores teste Hero.Minos & Rhadamãthus fuere Europes & Iouis filii. Minoaq̃ maiorẽ natu regnũ accepisse:ac plures urbes condidisse.Sed ex iis tres nobiliores Gnosũ q̃d asiã spectat.Phesũ uero ad meridiẽ positũ:& Cydon ad occasũ uergẽs.Dedit leges cretensibus:quas a pr̄e accepit:q in speluñca sibi cõgrediẽs eas dabat.Ac bello nauali multas ĩsulas cœpit:primus græcox̄ mari ĩperauit.Magnoq̃ in honore pp iusticiã & fortitudinẽ fuit.Classe primus teste Plinio pugnauit Ephorus ãt scribit Minoa cuiusdam antiq̃ssimi Rhadamãthis imitatorẽ extitisse uiri iusticia & æq̃tate celeberrimi: qua appellatiõe Minois frater fuit.Hunc igit᷑ sectatus Minos ꝑ nouẽ annos Iouis antrum cõscendebat:ac postea ĩde descendens leges quæ mãdata Iouis dicebat hoĩbus ferebat. Vnde poeta dixit Hic quondam minos nonũ regnauerat annum: Excelsa mandata Iouis captãs Ait Stra. Mœsti:quoniam cõtra ĩperiũ deorum fecerunt.Erat.n.ĩ arcanis antiquox̄ nõ licere cuiusq̃ se ipsum ĩterimere:cuius rei hanc rõnem Socrates apud Pla.refert:hoĩes ĩ quadam custodia esse:nec oportere quenq̃ seipsum dissoluere:neq̃ fugere dicitq̃ deos nostri curam habere nos uero homines ĩ rebus esse deox̄.Ergo quemadmodũ si q̃s ex nostris seruis se occideret cum hoc nõ mãdaremus grauiter ferremus:atq̃ si possemus puniremus:Ita & deus facit si q̃s hanc custodiam effugiat prius q̃ sibi deus aliquam necessitatem ĩposuerit:ut tunc Socrati fecit. Nouies:Quia octo cælorum sphæris:& corpore ĩclusa ẽ anima:ĩ inferis esse dicit᷑.Alii dicunt nouem circuitiones stygis nouem esse cõplexiones ex qualitatibus quattuor humorum:q̃bus anima ad dininitate sequestrat᷑:quax̄ quattuor sunt simplices. Nam bili color: sanguini humor:pituitæ frigiditas atræ bili siccitas.Quattuor cõiunctæ.Nam siccitas mixta frigori terrestrem corporaturam facit calori igneam.Humiditas cũ frigore aquaticã cũ calore aereã facit. Nouam uolũt æqualem. in qua quia secundum iusticiã oẽs operent᷑ qualitates nulla superet. Lugentes:nã luctus maxime amantum: est.Vnde ĩ buc.Nec lachrymis crudelis amor nec gramine ripæ Nec cithiso saturant᷑ apes:nec fronde capellæ.

Vagir̄ Vaticanus

Aetates hominis

Mĩos

SER Euadnem:Hæc uxor Capanei fuit:quæ se in ardenté mariti rogū præcipitauit. Pasiphæn: Hæc aūt ut supra diximus:tauri amore flagrauit. Laodomia:Vxor Prothesilai fuit:q cū maritū i bello troiāo pisse cognouisset:optauit ut eius umbrā uideret:q̄re cōcessa nō deserēs eā i eius amplexibus piit. Nūc fœmia.c.Cæneus uirgo fuit:quæ a Neptūno ꝓ strupri pcio meruit sexus mutationē.Fuit etiā inuulnerabilis:q pugnādo ꝓ lapytis a cētauris crebris ictibus fustiū paulatim fixus i terra ē:post mortē tamē in sexum rediit.Hoc āt dictū ostēdit Platonicum illud aias per μετεμψυχωσιν sexū plerunq; mutare. Errabat: Vagabaꝛ: & bene allusit: quia & amauerat & se iteremerat:ut quasi incertum eēt quē circulum posset tenere. Obscuram:Recenti morte:ut supra diximus. Infœlix di.Veniali utiꝛ statu:& excusat se ꝑ necessitatē:ne mortis causa fuisse uideaꝛ. Verus mihi nuncius:κατατο σιωπωμενον intelligendū quod si nunciatus Didonis interitus. Alii ad ignē referunt uisum.Alii ad Mercurium q ait certa mori:sed i neutro etiam ei genus mortis significatū ē: & hic dicit Ferroq; extrema secutā. Sāe q nūciat genere tātū dr̄ masculio:quod aūt nunciaꝛ:licet neutro dicaꝛ inueniꝛ tamen etiam masculio. Funeris heu tibi causa.f.ac si diceret q fuerā āte causa uoluptatis. Siqua.f.t.sub ima ē: ubi ꝓmissa exitū nō habet. Respexit āt ad Orpheū: q receptam pdidit cōiugem.
Quæ nūc.h.i.ꝑ um.argumentaꝛ ex eo ꝙ est inferos subire cōpulsus inuitū se reliqsse carthaginem. Senta:squallida:& est trāslatio a terra iculta: Situs āt proprie est lanugo quædā ex humore procreata.Fit autē i locis carentibus sole. Nec credere q ui.argumentationem tēdit: ac si diceret si credidissem forte etiam deoꝝ iussa contemnerē. Siste gradū: discedere eam daꝛ itelligi. Extremū fato qđ te alloquor.h.e.aut qa deus futurus est:at qđ melius est: qa post mortē tenebit alteꝝ circulū uiris fortibus.s.nō amantibus datū.
Torua:ꝓ torue.i.terribiliter. Lenibat:ꝓ leniebat: & antiq; dixit:ut Squamis auroq; polibat pro poliebat.Maiores.n.i omnibus coniugationibus imperatiuo bam addebant:& faciebant imperfectum indicatiui: qđ adhuc i tribus obseruaꝛ. In q̄rta etiam e addiꝛ:ut nutri nutriebat. Lachrymasq; ciebat:Sibi aut certe illud dicit. Sermo qdem eius lachrymas exciebat:sed illa imobilis mansit. Nam ciere ꝓprie est alteri fletum mouere.Tractū est aūt hoc de Home.q inducit Aiacis umbrā Vlyxis colloqa fugiētem:q ei fuerat causa mortis. Incepto sermōe:a pricipio orationis. Dura silex: Saxi est spēs generalitas.n.eē nō pōt sequente spālitate.Nā cautem marpesiam pariū lapidē dicit.Marpesos.n.mons est parie isulæ habens durissimos lapides. Tandē:q̄si diu deliberauerit. Vmbriferum:frondosum. Pristinus:prior: quod difficile iueniꝛ.Nam de hoc sermone q̄rit & Probus & alii.
Respōdet cu.aut pari eam diligit affectione:quod i ænea non fuit: ut expressio rei supradictæ sit.

Euadnemque:& pasiphæn laodomia
It comes & iuuēis quōdā nūc fœmia cæneus:
Rursus & in ueterem fato reuoluta figuram.
Inter quas fœnisa recens a uulnere dido
Errabat silua in magna:quam troius heros
Vt primum iusta stetit:agnouitq; per umbrā
Obscuram:qualem primo quis surgere mēse
Aut uidet aut uidisse putat per nubila lunam:
Demisit lachrymas:dulciq; affatus amore ē:
Infœlix dido uerus mihi nuncius ergo
Venerat extinctam:ferroq; extrema secutam
Funeris heu tibi causa fui:per sydera iuro
Per superos:& siqua fides tellure sub ima est
Inuitus regina tuo de littore cessi:
Sed me iussa deum quæ nūc has ire ꝑ umbras
Per loca senta situ cogunt noctemq; ꝓfundā
Imperiis egere suis:nec credere quiui
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem:
Siste gradū:teq; aspectu ne subthrae nostro:
Quē fugis:extremū fato qđ te alloquor hoc est
Talibus æneas ardentē & torua tuentē
Lenibat dictis animum:lachrymasq; ciebat.
Illa solo fixos oculos auersa tenebat:
Nec magis incepto uultum sermone moueꝛ.
Quam si dura silex aut stet marpesia cautes.
Tandem corripuit sese:atq; inimica refugit
In nemus unbriferū:cōiunx ubi pristinus illi
Respondet curis:æquatq; sichæus amorem.
Nec minus æneas casu perculsus iniquo
Prosequtur lachrymās lōge & miseratus euntē.

Aequatq; sichæus amorē:Aut certe respōdet curis:par est mortis similitudine.Ferro.n.uterq; consumptus est. Prosequiꝛ.l.Longe oculis eam sequebatur humentibus.
DONA. Vmbrā ob.cū dicit uminis obscurā:habuit aliqd luminis.Id.n.ē obscuꝝ qđ ostēdat aliquā lucē:sed & maxias hēt mixtas tenebras. Demisit la.nō cogitauit flere:nā dolor uerus repentinos fletus nō coactus excludit. Infœlix dido:psonaꝝ & causaꝝ ratio habeꝛ.Dido fuit aspera pp recentis facti causā:cuius q̄tus dolor fuerit:ostēdit exitus.Acerbitas etiā uulneris & aspectus auctoris dolorē duplicabat.Aeneas āt se reū agnoscit: & iterposita purgatiōe factū fateꝛ. Infœlix dido:ostēdit dolorē ꝙ miserabiliter ferat:& augeꝛ ꝙ ferro pierit.
Per sydera:Firmamētū ponit purgatiōis:qa apud illā fide ca rebat:& qa hoīum testimoniū adhiberi nō poterat:adhibet deoꝝ. Et si qua fides:qa nesciebat qđ genus iurisiurādi apud iferos eēt:posuit generalē iurationē. Inuitus:nō te fugi:sed potioꝝ iussis cessi. De tuo littore.q.d.mutaui locū: sed te aīmo rettinui. Necꝛ credere.q.Mendacio uerisimili tutaꝛ causam.Ipsa primo silendo:& se auertēdo:& postremo fugiēdo ostēdit irā.
Pasi/phæ CHRI. Euadnē:Hæc Martis ex thebe Asopi fluminis uxore filia fuit:& Capāeo cōiūcta illi Stelenū genuit.Tāto āt amore i uiꝝ affecta est:ut i eundē rogum se pcipitās arserit. Pasiphæ:Solis filia fuit:& Minois regis

uxor:occupatoq marito i bello atheniensi tauri amore affecta e. Venere quoniã sol suũ cũ Marte adulterium oibus diis palã fecerat hoc pacto iniurias suas ulciscẽte. Alii dicũt Minoẽ quãdoq dignam quã sibi sacrificaret hostiã a Ioue patentẽ tauq ab illo pulcherrimũ accepisse:captũq auaritia tauro ad armẽta misso aliũ deteriorẽ sacrificasse:ob idq Iouẽ iratũ effecisse:ut uxor tã nefario cõcubitu se inqnaret. Recens.a.u. De recẽti ad ĩferos pp uulnus missa. Prio mẽse:pria pte mẽsis:hoc ẽ in nouilunio:nã cũ mẽsis qa ex cursu lunæ cõficit a mene.i.a luna dicat ab eadẽ luna initiũ accipiet:ut tũc icipiat mẽsis:cũ incipit noua lũa. Infœlix dido:Oratio causis & psonis accõmodata. Erat.n.dido reddita ĩfensa æneæ quoniã suo habitu mortẽ sibi cõsciuerat. Tãta ãt acerbitas augebat cõspectu ipsius.ergo erat ex re:ut statu ueiali uteret:ex quo maximope nobis misericordiã cõparamus. Infœlix:qa nõ sua sed aliena culpa sibi mortẽ cõsciuerat. Infœlix:Cũ tãtũ i eam sæuierit amor: ut ad mortẽ cõpulerit. Ergo illa culpa absoluit:se ãt damnat:sed mox artificiose rẽ uniuersam i necessitatẽ rei cit. Ergo:oratio pathetica sæpe a cõclusione erũpit:Sic Ter. Quid nã igit faciã? Et Propertius: Ergo solicitæ tu causa pecunia uitæ ex parte imatuq mortis adimus iter. Funeris heu tibi:Confitet peccasse: ut placet iratã:ueq crimẽ i necessitatẽ refert:ut sit constitutio iuridicialis absumptiua. Per sydera:affert iusiurandũ: cũ testes animi sui apud iferos habere nõ posset. Si qua fides:nam nesciebat qd iusiurandũ illic haberet. Sed me iussa:Augumentũ ex tpe & causa sumptum. Dicit ergo coactus sum:qa iusserunt dii:quoq imperio nefas repugnare ẽ. Ex quo ẽt adii loca hæc terebrosa. Nõ igit miq ẽ:si illis iubẽtibus a te mihi carissima discesserim: cũ eorundẽ ĩperio tãtũ laborẽ iferoq petendoq subierim:Quæ tamẽ oia & si iustam faciãt causam: nõ te reliquissem:nec diis obtemperassem:si tantum te inde dolorem susceptură putassem. Auersa: remota a conspectu Aeneæ. Fixos:ex quo illã i ppositio perseuerare ostendit. Stet marpesia cautes: Ita ostinate hæreat imobilisq maneat:ut saxa marpesi montis q in paro est.

Inde datum molitur iter:iamq arua tenebãt
Vltima:que bello clari secreta frequentant:
Hic illi occurrit tydeus:hic inclitus armis
Parthenopeus:& adrasti pallentis imago.
Hic multum fleti ad superos:belloq caduci
Dardanidæ:quos ille oẽs longo ordine cernẽs
Ingemuit:glaucũq:medõtaq:thersiloccũq:
Tris antẽoridas:cæreriq sacrum polybetem:
Idæumq etiam currus:etiam arma tenẽtem.
Circunstant animæ dæxtra leuaq frequẽtes.
Nec uidisse semel satis est:iuuat usq morari:
Et cõferre gradum:& uenienti discere causas.
Et danaũ proceres: agamẽnoniæq phalãges
Vt uidere uirum:fulgẽtiaq arma p umbras:
Ingenti trepidare mœtu:pars uertere terga
Ceu quondã petiẽre rates:pars tollere uocem
Exiguam:iceptus clamor frustratur hiantes.
Atque hic priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum uidet lacerum crudeliter ora:
Ora manusq ambas:populata tẽpora raptis
Auribus:& truncas inhonesto uulnere nares.
Vix adeo agnouit pauitantẽ:& dira tegẽtem
Supplicia: & notis compellat uocibus ultro.
Deiphœbe armipotẽs gẽus alto a sanguie teu
Quis tã crudelis optauit sumer pœnas? cri
Cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
Nocte tulit fessum uasta de cæde pelasgum
Procubuisse super confusæ stragis aceruum:
Tũc egomet tumulũ rœtheo in littore ianem
Constitui:& magna manes ter uoce uocaui.
Nomen:& arma locũ seruant:te amice nequi

SER. Inde datũ:aut rõne facti: aut oblatũ fortuito:qd τυχον dicunt. Vltima:atq multa supersunt: sed dixit qtũ ad y lram ptiet. In his.n. q dixit mixta sunt uirtutibus uitia. In iis aũt q sequunt pœnas nocẽtũ a meritis pioq segregat. Nã inferi aiam in corpe cõstitutã continẽt. Hic oia mixta:Licet.n. laudet in uiris uirtus tamen uituperat in illis alienũ ĩperium cædibus occupare. Item amare priuignũ crimen est: uirtus maritũ alii legũt tenebãt arua quæ ultima uiri fortes frequentant.i.q possident ultima. Hic illic: Tydeus. Oenei & altheæ filius a Menalippo in bello thebão extĩctus. Parthenopeus:Menalippe & Martis siue Menalionis filius rex arcadum:q puer admodum bella thebana petiit. Adrasti pallẽtis.i. rex sicionis deĩde argiuorum Tydei & polynicis socer. Pallẽtis:aut epithetum ẽ umbraq:aut qa extĩctis sex aliis solus aufugit. Fugæ autem comes ẽ pallor. Fleti: nobiles:quorum mortẽ magna sequit lamẽtatio. Ad: apud. Caduci:mortui a cadendo:hinc cadauer. Lõgo ordine:ingenti multitudine. Tris ante. multi supradictos accipiũt:sed falsum ẽ:nam Home. alios eẽ ostẽdit. Sacrũ:sacratum:nomẽ pro participio. Idæum:priami aurigam legimus fuisse. Etiam: adhuc. Vsq:diu. Ceu quondã.p.r. Ostẽdit uitia nec morte finiri. Hiantes: Clamare cupientes. Dat aliis umbris his silentium ut exprimat mœtum q uiuis quoque adimit uocem:ut Obstupui steteruntque comæ & uox faucibus hæsit. Deiphobum: Hic helẽam duxerat mortuo Paride ad cuius domum prius ire necesse erat. Lacerum ora:habẽtem ora lacerata. Populata:Vastata.i.deformia sublatis auribus. Truncas:Truncatas. Inhonesto:turpi. Ter: illum ne obsecro inhonestum senem. Pauitantem:timentem:ne agnosceret. Tegentem:Tegere uolentem:nam trũcatis mãibus q tegebat. Notis:amicabilibus. Optauit sumere:Elegit ut sumeret. De te:in te. Retheo: Vbi erat asylum Aiacis sicut i sygeo Achillis: & bene illic quasi ubi tutus esse potueram. Sane retheium dr & retheũ facit sicut cithareia. Arma de picta.s. Te: tuum corpus:ut Nunc me fluctus habet.
DONA. Multũ fleti:qa pp suas uirtutes magnum

reliquerant luctũ. Sacrum.p. ostendit numina suis i morte iuuare nõ posse. Proceres: nõ tantũ ordie: sed meritis. Phalanges:ac si tota græcia ad iferos migrasse uideref. Ostendit igif quanti æneam hostes fecissent i bello:ostendit etiam non sine multa sua cæde uicisse græcos. Tegentem:nõ qa posset manibus: sed qa toto se corpore subtrahere conabaf:aut totum auertere. Quis:non tam iterrogantis hæc sunt q̃ ad mirãtis & dolẽtis.Admiraf primo cogitare quempiam potuisse tot aduersa supplicia i uiro tam forti. Deide ꝙ ausus esset iplere:deide ꝙ totũ corpus supplicio isectatus esset. Fessũ:procubuisse sup aceruũ. Magna laude afficit:non.n.dixit occisum sed procubuisse lassatum. Egomet.q.d.Non aliis cõmisi. Inanem:qa iter hostes cõfusus iacens reperiri non potuisti. Te.a.n.Feci quod potui non quod uolui: quia te reperire non potui.

Conspicere:& patria decedens ponere terra.
Atq; hic priamides nihil o tibi amice r̃lictũ ẽ.

CHRI. Secreta:a supioribus. Tydeus:filius Oenei calidõis regis fuit:corpe fuit exiguo uiribus uero excellẽs:hic Sta. Maior i exiguo regnabat corpe uirtus.Hic cum alcatũ & Lycoteũ patrueles iteremisset Argos ad Adrastũ exulauit:ab eoq; filiã Deiphylẽ uxorẽ accepit:cũ Argiã aliã filiã Polynici tradidisset. Hic:repetitio ẽ: q̃ locũ honestat grauitatẽ addẽs. Parthẽopeus:sic dictus quoniã faciẽ uirgialẽ haberet:meleagri filius fuit ex Atlãta Iasii regis arcadiæ filia:q̃ diu aspnata maritũ tãdẽ uirtuti Meleagri cessit.Ter.tamẽ hũc melãipis & martis siue Menaliõis filiã fuisse scribit. Adrasti:hic rex argiuoꝝ fuit ad quẽ & Polynices a fratre eteocle r̃gno cõtra fœdus exclusus fugit septẽq; ducibus i auxiliũ polynicis generi bellũ thebanũ gessit. Reliqsq; extinctus solus aufugit:Talaõis & Eurynomes filius fuit:Cũq; Argiã & Diipylẽ filias h̃ret: p qetẽ uisus ẽ alterã leõi alterã apro uxorẽ dare:Cũq; Tydeus & Polynices eodẽ tpe forte q̃dã ad eius regiam appulissent:atq; de porticu sub q̃ ibres euitarẽt:cõtẽderẽt descẽdit senex ut eos placẽret & cũ polynicẽ leõina pelle tectũ iuẽisset:ꝙ thebãi Herculis isignæ cẽt:Tydeũ uero aprimó corio ornatũ:pp aprũ a p̃re itereptũ:eos sibi generos asciuit. Pallẽtis:hã & Sta.de eo scribit:Hic hosti iplicitus piter ruit hũc fuga retro uoluit agẽs socie liquẽtẽ fata cateruæ. Tris anthenoridas:Præter tres cõmemoratos.Hi.n.ãthẽoris nõ fuerũt filii:cũ Home.duoꝝ ipoꝝ i catalogo noia: sic αματωγε δυω αντηνοροσ ιεαρχελοχοσ ταχαμασ τε.Et i.iii.li.põit tertiũ ait.n. πηναντηνοριδησ ειχεκρεωνελικαων.Sũt ergo Archelocus:Acamas & Elicaõ filii Anthẽoris. Circũstãt:tãq̃ ciuẽ opti e đ sua p̃ria meritũ:& quẽ pp p̃claras uirtutes & amarẽt & colerẽt:& eius uiuẽtis adhuc aduẽtũ admirareẽ. Danaũ.p.ostẽdi uirtutẽ troiãoꝝ cũ plurimi ex græcis pceribus ceciderint:& simul timidos fugisse græcos & dolo nõ uirtute uicisse.Ergo & post mortẽ i eodẽ fuisse timore. Pars.u.t.Vt cũ uiuerent Et turpi formidie capti Scandũt rursus equũ & nota cũdunf i aluo. Frustraf.h.causa ꝙ uox đficit timẽtes ẽ fuga spirituũ a reliquo corpe ad cor.

Ante/noris filii

Atq;.h.p.q̃tus i detrimẽtis fuerit:ex hoc itelligif: ꝙ affinis amicus uix cognosceref. Deiphebe:optimũ initium ad mittigãdũ dolorẽ.Cupiebat.n.se occultar̃ q timebat ne ob accepta uulnera ibellis uideref i bello fuisse. remouet ergo huiuscemõi suspitionẽ:cũ eũ appellet & armipotẽtem: & cũ ita admirabũde loquaf. Quis.s. adeo po.te fortissimũ.Arguit deide a fama ꝙ relatũ sibi fuerit nõ nisi multi prius cæsis eũ occubuisse. Inanẽ: qa tuũ cadauer tot hostibꝫ admixtũ iuẽire nõ potui.

SER. Omnia: Quia cõstituto tumulo mães uocauit. Funeris:eẽ nõ potuit:ubi ne cadauer qdẽ fuerat. Fata: secũdum mathematicos q dicunt inimicitias etiã ex fato discedere: Vnđ cõiunxit fatũ & scelus Helenæ:p quæ sibi mors uẽit. Monumẽta: qđ mentes moneat: & mediũ ẽ:Vnde hic de malis:cõtra uero in tertio Manũ tibi q̃ monumenta mearum sint puer. Egerimus: metri cã corripuit. Meminisse nece.e. Sic Cice.Cui placet obliuiscitur:Cui dolet meminit. Sup ard.aut qa i arce collocatus ẽ aut qa fractis muris supra tractus ẽ. Grauis:grauidus : ut nec graues tẽtabũt pabula fœtas. Euãtis:Bacchãtes.s.phrygias: aliter non stat uersus.Euã.n.bacchus. Choꝝ: multitudinẽ ad sacra collectã. Circũ ducebat:In duos diuisit uersus cõpositã dictionẽ.Nã lyrici etiã simplicẽ diuidũt. Cõfectum cu.nã si gaudiis uacauerãt:tamen ostẽdit illud Statii Stãt ueteres ante ora metus:ut nõ discederẽt curæ p̃teriti belli Alii dicũt curas: qa haberet coniugem pnitiosam maritis: Vnde sequif irronia.Egregia cõiuux. Vocat & pandit.i.pandit & uocat. Aeolides:Vlyxes:quia ubiq; sic iducif:nam Anticlia mater ante Laertis nuptias clam cum Sisypho Aeoli filio cõcubuit.Alii Ilidẽ legũt de quo non legimus. Actus:non ad iferos sed ad locũ:i quo inferorum descẽsus est:Nam sub terra sunt iferi. Vel altius itellige secundum chorographos:qui uolunt terram sphæricam esse : & undique aqua & aere substentari

Oĩa deiphobo soluistis:& funeris umbris.
Sed me fata mea:& scelus exitiale lacænæ
His mersere malis:illa hæc monumẽta reliqt.
Nanque ut supremã falsa inter gaudia noctẽ
Egerimus nosti:at nimiũ mẽinisse necesse ẽ.
Cum fatalis equus saltu super ardua uenit
Pergama:& armatũ peditẽ grauis atulit aluo.
Illa chorum simulans euantis orgia circum
Ducebat phrygias:flãmã media ipsa tenebat
Ingentem:& summa danaos ex arce uocabat
Tum me confectum curis somnoq; grauatũ
Infœlix habuit thalamus:pressitq; iacentem
Dulcis:& alta qes placidæq; simillima morti:
Egregia interea coniunx arma omnia tectis
Emouet:& fidum capiti subduxerat ensem.
Intra tecta uocat menelaum:& limina pãdit:
Scilicet id magnũ sperans fore munus amãti.
Et famam exstigui ueterum sic posse malorũ:
Quid moror: irrũpũt thalamo:comes addit
Hortator scelerũ æolidẽs:dii talia graiis: /una

Instaurate:pio si pœnas ore reposco.
Sed te qui uiuum casus age fare uicissim
Attulerint pelagi ne uenis erroribus actus?
An monitu diuũ.an quæ te fortuna fatigat?
Vt tristes sine sole domos loca turbida adirs?
Hac uice sermonum roseis aurora quadrigis
Iam medium æthereo cursu traiecerat axem:
Et fors oẽ datũ traherent p talia tẽpus: -la ẽ:
Sed comes admouit:breuiterq; affata sybil-

Quod si ẽ ad antipodes potest nauigati õe pueniri: q nobis iferi sunt ut nos illis:hinc est q sub terra iferos dicimus. Tyberiãus etiã dicit epistolã eẽ ab antipodibus ad nos uẽto allatã: q̃ habet superi iferis salutem: qua occasione tractat hoc reciprocũ qđ diximus supra:& prudẽtiores dicũt aĩas p μετεμψυχωσιν ad alterius terræ ptis copa trãsitũ facere.i.nõ i eodẽ climitate uersari. Hinc Luc.Regit idẽ spũs artus orbe alio longe canicies si cognita uitæ. Est ãt honericũ:nã illic Vlyxẽ Elpẽor similiter iterrogauit. Sĩe sole:nã q dixit Soleq; suũ sua sydra norũt đ elysiis itelligit. Hac uice:hæc sacra pter unius diei spatiũ nõ tenebãt:unđ timeť sibylla ne datũ.i.cõstitutũ tẽpus inanibus fabulis terať.qđ ãt dicit aurora mediũ axẽ traiecerat ostẽdit q scđum thuscos diei ortus ẽ a.vi.diei hora.Ortus.n.diei hẽt aurorã.Dona.tamẽ dicit aurorã cũ q̃drigis solẽ significaŕ. Breuiter:Quod cõgruit morã obiurgãti.

DONA. Illa:propter odiũ nomẽ posuit:sic supra lacenæ dixit. Infœlix tha.uel quia ĩ eo talẽ humi uxorẽ: uel qa ibi tot suppliciis sum affectus. Coniunx:ex hoc nomine detestabilius scelus facit: qđ uiolatũ sit coniugium quod sacrum esse oportet. Cõiunx:Non dixit mea:sed quæ multorum fuisset:neq; se amaret. Dii talia gra.Pulchra apostrophe:& multa cõtinens.Ostẽdit aũt tãti sceleris solos deos ultores esse posse. Age fare: quærit optime Deiphobus:sed poeta optimo cosilio ascindit responsionem:ne dicta iterum dicenda sint.

CHRI. Soluisti:quoniã mortuis ea pstare tenemur. Fata mea:primo respõdet utilissimis:ne acceptoꝝ beneficioꝝ uideať igratus.Deide ostẽdit nec sua ignauia:neq; alioꝝ culpa in eas calamitates icidisse:sed suo malo fato:& scelere Helenæ:est hæc oratio absoluta.Pricipio.n.compat sibi beniuolentiã a psona æneæ:q officiũ pstiterit nõ solũ ut officiosus:sed ut amicus.Deide a sua:& q gratũ se beneficioꝝ ostẽdat:& q nõ sua culpa ĩ eã miseriã inciderit.Hinc.n.concitať misericordia:qua nihil uehemẽtius ẽ ad beniuolentiã cõciliandã.Deide ita narrat:ut ostendat quomõ hæc gesta sint q̃ æneas nosse non poterat eo tpe quo sunt gesta ea q̃ ipse nouerat obtrũcat.Nouerat.n.nãq; ut supma & reliq̃.Nõ nouerat aũt hæc illa choꝝ:& quæ sequunť. Nãq; ut:Cũ magno aĩ dolore hæc pnuncianda sunt. Et nimiũ.m.nã & si miseriaꝝ obliuisci cupiamus:tamen quoniã uehemẽter ifixa memoriæ sunt pp illaꝝ magnitudinẽ necesse est ẽt:si nolimus ut recordemur. Cũ fatalis equus: narratio hæc & breuis ẽ:qa neq; altius qcquã repetit:neq; lõgius q̃ oportet psequť: Neq; supuacaneum qcq̃ addit.Est dilucida qa & suo ordine narrat:& uerbis aptis & pspicuis:Est uerisimilis:qa neq; a natura reꝝ & psonaꝝ:neq; a cõsuetudĩe discedit.Et quoniã accusatoris est oro dispsa ẽ uariis accusationũ seminibns. Euãtis: peuãtes.Dicunť.n.euãtes bacchãtes:qa bacchus Euam dŕ.Fuit aũt duplex occasio:& q sub specie sacroꝝ danaos euocare:& q dormiẽte marito sine negocio itra domũ admitteŕ potuit. Tũc me.Eacusat suã sõnolẽtiã: ne iners fuisse uideať. Infœlix:Actiue posuit.Nã ex matrimõio hæc oĩa sibi mala euenerãt.Põt & absolute pferri ifœlix thalamus:Nã oĩbus infœlix fuit helenæ thalamus. Egregia:Grauissima irõia. Interea:Dũ pfunde dormiebã.Fuerat circũspectus q arma reliquerat:sed dolo uxoris illis expoliatus ẽ. Intra tecta uocat.m. Quomõ ergo se defẽdere potuit:si astutia & dolo mulieris & armis exutus & hostibus circũuẽtus ẽ. Menelaũ:Ad quẽ ultio ĩ primis ptinebat. Scilicet:Demõstrat.fuisse cãm cur ei expediret deiphobũ pdere:q̃ ẽ ĩ partibus pbabilis:Spabat.n.tãto beneficio & maritũ sibi recõciliare:ĩ cuius mãus oĩo uẽtura erat: & ĩfamiam sui egregia dicessus purgare:Nam si troianos nõn amaret:nõ uolens secuta uidebať Paridem sed ĩuita abducta.

Euantes

Nox ruit ænea:nos flendo dicimus horas:
Hic locus est:partes ubi se uia finditi ambas.
Dextera quæ ditis magni sub mœnia tendit:
Hac iter elysium nobis:at læua malorum
Exercet pœnas:& ad impia tartara mittit.
Deiphobus contra ne sæui magna sacerdos.
Discedã:explebo numerũ reddarq; tenebris.
I decus i nostrum:melioribus utere fatis.
Tantum effatus:& in uerbo uestigia torsit.
Respicit æneas subito:& sub rupe sinistra
Mœnia lata uidet triplici circundata muro:
Quæ rapidus flãmis ãbit torrẽtibus amnis
Tartareus flegethon:torquetq; sonantia saxa.
Porta aduersa igẽs:solidæq; adamãte colũnæ

SER. Nox ruit.i.iminet:si p diẽ sacra celebrabanť: si per noctẽ finiť. Flendo: pprie nã & lachrymæ & gemitus fuerant. In ambas:Cõpendiosius q̃ si duas diceret.Poteramus.n.ẽt sperare.Sic Sal.iter secundũ atq; ultimum bellũ carthaginense:& nõ tertiũ. Elysiũ:Ad elysiũ. Maloꝝ: Impio.Impia. Vbi impii puniuntur. Nec sæui:antiquius dictũ.i.ne sæuias Nec iperatiuũ iungimus aduerbio imperãtis. Explebo: Vt diximus explebo est minuã Ennius: Nauibus explebãt sese terrãq; replebant Quẽ caper secutus cum de ppositiõe extractaret hoc exẽplũ posuit. Ergo minuã uestꝝ numeꝝ:& reddar tenebris.Nã circa æneæ & sibyllam aliqđ lucis fuisse itelligimus.Alii explebo male putant complebo eẽ umbraꝝ.s.qbus excesserat numeꝝ.Alii explebo numeꝝ dicũt eẽ finitũ tps statutũ purgatiõi:& ĩ corpus reuertar: ut hoc sit reddarq; tenebris: ut illud Clausæ tenebris & car.c.ut sit sensus: Irasceris mihi q̃si hõ nõ ne & ego hõ futurus sũ. Alii legũt cur irasceris ĩ his locis sum q̃ diu uitæ p ui ereptæ expleã tps post tenebris.i.meis sedibꝫ reddar-

Vis ut nulla uirum:non ipsi excindere ferro
Cælicolæ ualeant:stat ferrea turris ad auras.
Tisiphoneque sedens palla succincta cruenta
Vestibulum in somnis seruat noctesq; diesq;.
Hinc exaudiri gemitus:& sæua sonare
Verbera:tum stridor ferri tractæq; cathenæ:
Cōstitit æneas:strepitumq; exterritus hausit:
Quæ scelerum faces o uirgo effare? q̄bus ue
Vrgent̄ pœnas? quis tātus plāgor ad auras?
Tum uates sic orsa loqui:dux inclyte teucrū
Nulli fas casto sceleratum insistere limen.
Sed me cum lucis hecate præfecit auernis
Ipsa deū pœnas docuit:ꝑ quæ omnia duxit.

Sed hæc nō congruūt.Non.n.intelligere possumus deiphobum respondisse ad alia q̄ sibylla uoluerit.s.il lum abscedere. I decus i nostrū.m.u.f.Vel i decus no strū & utere melioribus fatis iferorum comparatio/ ne:quia ait supra An quæ te fortūa fatigat: Vt tristes sine sole domos:Vel utere melioribus fatis nostrum idest quā aut ego aut tu habuerimus. Mœnia : Tar/ taꝝ exprimit quē uult eē carcerē nocētum. Lata:ut ostendat numeꝝ maloꝝ. Triplici:ualde munitū ex plicat locū. Torq̄t:trahit. Aduersa igens:distinctio ne tollit̄ uitium duoꝝ epithetoꝝ. Adamante : quo lapide nihil ē durius. Virum:Viroꝝ fortiū:Cice.Vi/ rū res illa quærebat. Per hoc ostēdit nullum de tarta ro posse ad supos egredi:ne deoꝝ q̄dē fauore. Stat: Eminet:Auras autem iferis cōgruas itelligamus Et Sta.de Mercurio ait pigræ auræ eius impediebāt uo latum.De illo enim loco multi quærunt.Quis tātus plāgor ad auras pollio dicit æneæ & Sibyllæ:quæ se/ cum traxerāt illi:cum constet esse illic auras. Strepitumq; exterritus hausit: Hausit & exterritus est ꝑ hypal/ lagen. Facies:Species. Casto:pio.Ostendit̄ æneam ingredi uoluisse:sed quasi piū esse prohibitum. Insiste/ re:Insisto illam rem dicimus:& insto illi rei. Sed me ne forte queratur:unde illa cognouerit. Pœnas deū do/ cuit:quas dii statuerunt:aut Titanū : quos deos legimus:uel uere pœnis deorum:q̄a ait Orpheus ꝙ dii peie/ rantes per stygem nouē millibus annoꝝ puniuntur ī tartaro Vnde ait Statius:Et styx periuria diuū Arguit.

DONA. Sed comes:q̄ illi ꝑpea iuncta fuit:ut oībus instrueret ignorātē. Breuiter:ne lōgitudīe sermōis tē pus terreret:cū ipsa breuitatis admōeret. In am.hōesta locutio in ambas potius q̄ ī duas.Intellige.n.q; ambas uias dixerit:q̄ essent natæ ex una. Melioribus utere fatis:placuit sibyllā & æneæ fœlicia ominatus ē. Mœnia lata uid̄t:locū d̄scribit idoneū coercēdis reis.Prīo triplici muro claudit̄:ne facile euādere possint.Portæ ita sūt robustæ:ut neq; diuīa neq; hūana possint frāgi.Postremo oīa fluuius claudit:q & saxis & flāmis trāsitū ꝓhibet.

Dux ícly.magna poetæ copia.quotiēs.n.sibyllā loquētē iducit cū ænea:totiēs prīcipia cū eius laude uariauit.

CHRI. Nox ru.æ.nos.f.d.h.Grauissima icrepatio.q.d.Nos tēpus ipsum q̄d nō nisi ī rebus seriis adhiberi cōuenit in uāis futilibusq;:& nihil profuturis terimus. Partis:ꝓ partes Ait Prisciāus. Ambas:cōpendiose lo quit̄ ne ī id incidat uitiū:cuius æneā damnabat. Posuerat aūt hactēus eos in q̄bus uitia ac uirtutes promiscue esse possent:nunc aliam dicit esse uiā:quæ ducit ad bonos aliā q̄ ad malos. Dextra:nam oīa dextera bona quē admodū oīa sinistra mala:Ergo recte ad beatos d̄ducit dextra uia.Quod etiam samius pythagoras expressit ī littera y Cuius ipe auctor extitit.Nā cū unica linea ad ali q̄d spatiū ferat̄ indicat eam uitæ partē:quæ nec uirtu ti nec uitio ꝑp tenerā ætatē emancipat̄.Cum uero peruentū ē ad biuiū:& alter ramus ī dexterā surgit:alter in sinistrā flectitur:tūc bonos a malis diuidit:ut ostēdat qua uia ꝑgant soli boni:& q̄ rursus soli mali. Vnde Per/ sius:Deducit trepidas ramosa icompita mentes. Explebo:recte Serui.Vel audiamus Macrobium:qui ait ani mam corpori quadā certa numeroꝝ ratiōe sociari q cum defecerit:illa arcana uis soluitur:q̄ societas uitæ con stabat.quo ī loco adducit auctoritātē huius carminis. Muro:Ambitus muroꝝ. Ostēdit ambitū contractus ī uitiis a q̄bus ita complexi sumus:ut īde abire non liceat. Triplici:Quia mente.uerbis & actione peccat̄. Vel notat̄ ꝙ initium peccati a mala mente est a qua secūdo loco surgūt actiōes ex q̄bus frequentatis tertio ī loco contrahitur habitus.Huiuscemodi ī peccatis progressum ita explicat sacrorum carminū poeta: Beatus uir q non habit ī consilio ípiorum.i.q non uertit aīmum ad deprauatas cogitationes.Et ī uia peccatorum nō stetit idest nō frequētauit actiōes secundū malas cogitatiōes.Et ī cathedra pestilentiæ nō sedit.i. nō obduxit in illis habitum. Porta īgens:nam late patet uia quæ ducit ad uitia. Solitudo:duro.Nihil.n.ē adamāte durius. Vel solido q̄a columnæ non sunt tabulis adamātinis īcrustate:sed sunt totæ ex adamāte. Adamas:autem græcæ dictus:q̄a nulla ui dometur ab α priuatiua & damao domo.Nam neq; ferro neq; igni uícitur.Nam ī cudibus positus ita ictus respuit:ut ferrū utrunq; dissultet.Ignium autem adeo uictrix est eius durities: ut igni īposita nunq̄ īcalescat.Veꝝ ut appareat cōcordia discordiaq; reꝝ naturæ:quā sypathiā antipathian græci uocāt.Hæc uis ferri ignisq; contemptrix sanguīe hircīo frangit̄:ac non aliter q̄ recenti calidoq; macerata.Dissidet cū ma/ gnate lapide ītantum.Vt iuxta positus ferrum non sinat trahi.Venena facit irrita.Timores pellit. ponit aūt lo cū & ædificiis & materia q̄ sunt ædificia & situ & custodibus íexpugnabilē:q̄a ex hītu uitioꝝ īpossibile pene ē ad uirtutē gradum reuocare nec tamē excusat̄:q̄a ī eo est.Nam quāuis nō uideatur uoluntario peccare: q̄a ab hītu cogitatur:tamen q̄a actus ex q̄bus ipse cognoscebat se ī habitū labi uoluntarii:& ī sua potestate erāt uolū tariū dr̄ peccatū.Quapropter quēadmodū q lapidem contorturus erat poterat nō torquere:quāuis deīde cu piat cum iecerit reuocare tamen dicit̄ uoluntario ferire:q̄a prīcipium contorquendi ī eius arbitrio fuerat. Sic & ille q habitu iam contracto peccat iure dr̄ uoluntario peccare:quoniā uiderat ex actis a q̄bus abstīere facile poterat se uenturum ī illam necessitatem. Cælicolæ:Nam ēt uis illa rationis quæ ī nobis cælestis diuīaq; est uix habitū tollere potest. Stat:erecta ē. Tisiphone:recte ꝓ cōsciētia nostra ponit̄.Nam illa semp cruciamur.

Quæ scelerum facies : Iure mirat̄ uir bonus:Vnde sint animi tormenta:īterrogauitq; sibyllam.i. rationem:

illa aut̄ docet quæ diuino fauore didicerat. Nulli casto:ĩpolluto a uitiis non licet eẽ inter uitia: ergo illa rõne nec uitia norit ratio:nec q̃ supplitia sint uitiis:Sed intelligimus noster is enim ẽ sibylla:cũ ab immortali deo p̱fectus sit inferno.i.appetui q̃ pars ĩferior ẽ & in q̃ uitia uersantur illa diuio adiutus fauore cognoscere ualet.

Gnosius hæc rhadamãthus hẽt durissime re-
Castigatq; auditq; dolos:subigitq; fateri gna
Quæ quis apud superos furto lætatus inani
Distulit in seram durissima piacula mortem.
Cõtinuo sontes ultrix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans:toruosq; sinistra
Intentans angues uocat agmina sæua sororũ.
Tũ demum horrisono stridẽtes cardie sacræ
Panduntur portæ:cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat? facies quæ limina seruet.
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
Sæuior intus habet sedem:tum tartarus ipse
Bis patet ĩ præceps tantũ:tẽditq; sub umbras
Quãtus ad æthereũ cæli suspectus olympũ:
Hic genus antiquum terræ titania pubes
Fulmine deiecti fundo uoluuntur in imo.
Hic & aloidas geminos immania uidi
Corpora:qui mãibus magnũ rescindere cælũ
Aggressi:superisq; iouem detrudere regnis:
Vidi & crudelis dantem salmonea pœnas:
Dũ flammas iouis:& sonitus imitat̃ olympi.
Quattuor hic iuectus eqs:& lãpada q̃ssans.
Per graium populos mediæq; p̱ elidis urbem
Ibat ouans:diuumque sibi poscebat honores
Demens:qui nimbos:& non imitabile fulmẽ
Aere:& cornipedum cursu simularat equorũ.
At pater omnipotens densa inter nubila tellũ
Contorsit: non ille faces:nec fumea tedis

SER. Rhadamanthus:hic & Minos & Aeacus filii Iouis & Europæ fuerunt. Qui postea facti sunt apud inferos iudices. Subigitq; fateri compellit ad cõfessionem. Furto lætatus inani:latebra non ualde p̱futura. Quippe quæ erat publicanda post mortem. Distulit inseram:in grauem: ut Serum bellũ in angustiis futurum. Piacula:cõmissa propter quæ expiatio adhibet̃. Accinta flag. aut hoc dixit quod uidemus:qa q longo flagello utit̃:ut is post ictũ ĩ se reuoluat necesse ẽ. Aut accĩta est ĩstructa ad uerbera.s.i. nocẽtes flagello q̃tĩt ipsa p̃parata. Agmĩa sæua sororũ: aut ĩpetus aut de harpyis dixit aut serpẽtum agmĩa quos p̱ comis habẽt. Tũ demũ Horrisono: mittũt̃ in qt post uerbera ad æternũ suppliciũ:& ẽ secutus ordinẽ iuris ãtiquũ.nã post habitã q̃stionẽ ad Tullianũ ad ultimũ suppliciũ mittebãt̃. Alii hoc a poeta dictũ uolũt:ut illa loquẽte ĩtelligamus portã eẽ patefactã. alii cõtinuãt narrationẽ. Sacræ:Execrabiles. Cernis custodia qualis. Custodia ẽ quæ custodit:nõ quæ custodit̃: usurpatum ãt est sicut hospita:sicut neptis:nã hic & hæc custos facit. Hæc.n.q̃ finiunt̃ ĩ o: ut fullo: ĩ os ut nepos:ĩ es ut hospes fœminĩa ex se nõ faciũt:q̃ ãt iuẽimus usurpata sunt. Vnđ & dissimilia ĩueniũt̃. nã custos custudia facit: & nepos neptis. Vestibulo se. Significat Megærã:hoc ãt dicit. Cernis hãc q̃ sæua sit:sunt & ĩtus aliæ. Atris ĩmanis hiatibus: Quæ sæuior q̃ hydra fuit. Multi ipsam hydrã fuisse dicũt:qđ nõ procedit:nã eã in auditu legimus ĩferoꝝ: ut ac belua lernæ: quam alii tria uolũt habuisse capita alii nouẽ:ut Simõides dicit qnquagĩta. Tartarus:Vel quia oĩa illic turbata sunt.αποτησ ταραχησ: aut quod ẽ melius αποτουτάρτα ριζειν.i.a tremore frigoris. Sole.n.caret. Bis patet in præ. Ideo in præceps addidit: qa põt quid etiam sursum patere. Videt̃ ãt hoc a prudẽtioribus: ideo dictũ qa secũdũ rõnẽ sphæræ sol cũ ĩ unã cõcesserit partẽ: duæ quasi tartaꝝ faciũt: una a qua discessit:& alterã ad quã nunq̃ accedit. quod melius sphæræ ĩdicat rõ:hoc ãt dicit Tartarus ip̃e bis tãtũ ĩ p̃ceps patet & tendit sub umbras: quãtus ẽ suspectus.i.altitudo ad olympũ æthereũ. Hic genus antiquũ terræ.i.primũ. Titanas.n.cõtra Saturnũ gẽuit:gigantes postea cõtra Iouẽ & ferũt fabulæ Titanas ab irata cõtra deos terra in eius ultionẽ creatos : unde & titanes dicti sunt αποτησ τισεωσ.i.ab ultione. De his autẽ sol abstinuisse narrat̃ ab iniuria numinũ:unde & cælum meruit. Aloidas geminos: Aloeus Iphimẽdiam uxorem habuit:quæ cõpræssa a Neptũno duos pepit: Othũ & Ephialtem:q digitis nouem per singulos menses crescebant. Freti Itaq; altitudĩe cælum uoluere subuertere:sed coufixi sunt Dianæ & Apollinis telis. Aloidas autem sic dixit:ut de Hercule amphytriõades diximus. Gemĩos:sui similes. Crudelis pœnas:Sæuas nimias. Nã non dicit ĩdignas ferentẽ q ĩacrilegus fuit. Salmonea:salmoneus Acoli filius fuit non regis uentorum:sed cuiusdã apud elidem ubi regnauit:q fabricato ponte ereo super eum agitabat currus ad imitanda tonitrua:& ĩ quem fuisset iaculatus facẽ: eũ iubebat occidi. Hic postea uerum expertus est fulmen. Mediæq; p̱ elidis urbem:hic ẽ ĩdignatio q̱ ĩ ea ciuitate Iouem imitebantur:ĩ qua specialiter Iuppiter colitur. Densa ĩter nubila: Ostendit fulminis causam & origĩem. Fumea lumina:idest terrena. Nam æthereus ignis caret fumo: solo enim splendore uiget. Contorsit:Proiecit cum ĩpetu.

DONA. Distulit:nam quiuis homines latuerint scelerati non pœnas euaserunt:sed in aliud tempus distulerunt. Custodia qualis:non expræssit quæ esset: ut quicquid tetrum horrendum: ac detestabile esset contuens colligeret æstimatio. Ergo suppressit specialitatem:ne sola putaretur q̃ forte potuisset. Sedeat:ut ostẽdat assiduitatem & continuationem facti. Bis patet in præceps:ut si cæli altitudo sit centum. profunditas inferni sit.cc. Ne aloidæ:qui manibus cælum tangerent:ex infimo inferno fastigium possent tangere & inde abire.

CHRI. Gnosius cretẽsis:a Gnoso urbe: nã q̃uis multas urbes hẽret creta:tres tamẽ oĩum reliq̃ꝝ teste Stra. ĩ eadẽ ĩsula nato excellentissime fuer̃t. Gnosos:Gortina:& Cydõia. Est Gnosos in ĩsula a parte aquilonari e re-

Quiſqs ĩ arma uocas:tũ ſic effatus ad undã
Proceſſit:ſũmoqꝫ hauſit de gurgite lymphas:
Multa deos orans:onerauitqꝫ æthera uotis:
Iamque omnis campis exercitus ibat apertis
Diues equum:diues pictai ueſtis & auri.

& reuera arcus ipſe uariis coloribus ſectus ẽ.Bene ãt ſub nubibus:qa ſiue nubis beneficio arcus nõ uidet̃.
Agnouit iuuenis:Irim tãtũ agnouit:Nõ a quo miſſa eẽt:utꝝ a Ioue aut a Iunone.hic ẽ qđ dicit:Quis te te mihi nubibus actã. Repẽte:Itẽ aliud auguriũ.nã cũ Iris ſine nubibus nõ poſſet uideri:poſt eius abſceſſũ ſtatĩ ẽ ſecuta ſerenitas.Clara ãt bene addidit:qa tẽpeſtas τῶν μέσων. Diſcidere cælũ: Craſma dicit factũ.i.ſubitã aeris diruptionẽ & quendã receſſũ.ꝑ qđ uult uideri chaſma irim ſe recepiſſe: Mediũ ãt bene dixit.nã ẽ & ſũmũ:undẽ ẽ Sic uertice cæli cõſtitit. Nubes ãt ĩ medio ſunt:ubi fiũt oĩa ſigna quæ dicit.i.iris chaſma ſerenitas.Nã ſi ĩ ſũmo fieret nullus uidere potuiſſet.Hũani.n.oculi altiorẽ nimiũ ſplẽdorẽ ferre non poſſunt:ſane chaſma ẽ.Ita.n.Pli.uocat dirruptio:& qdẽ cæli receſſus. Palãtes.ꝑ.ſtellas: Bene palãtes qſi alienũ tps errore ueniẽtes. Oĩa tãta.ſ.cæleſtia. Quiſqs ĩ ar.uo.Vel Iuno uel Iuppiter. Onerauitqꝫ æthe.uo.iteꝝ atqꝫ iteꝝ ẽ uota pollicitus Locus ãt iſte dictus ẽ ſecũdũ auguꝝ morẽ:apđ quos fuerat conſuetudo: ut ſit poſt acceptũ auguriũ ad quã ueniſſent:ĩclinati aurirẽt exĩde manibus:& fuſis ꝑcibus uota ꝓmitterẽt: ut uiſũ ꝑſeueraret auguriũ:qđ aquæ ĩterceſſu dirũpit̃.Vnde ẽt ĩ.xii.auguriũ ꝙ aquæ ĩterceſſu dirũpit̃ nõ ꝓcedit nã ſortit̃ exitũ ĩfirmũ:qa cygnus dimiſſus ab aqla ĩ fluuiũ cecidit:ut ꝑdãqꝫ ex unguibus ales:Proiecit fluuio. Hic uñ ẽt Turnus minime potuiſſe liberari. Iãqꝫ oĩs cãpis exercitus ibat aꝑtis:ĩtelligamus hũc exercitũ primũ ĩ cãpos cõfuſe ruiſſe:poſt digeſtũ ĩ ordines:ut ſequẽtiũ fluminiũ congrua cõparatio:q̃ flumina dicit poſt cãpoꝝ inũdationem in alueos ſuos reuerti.Nã hoc uult dicere:ut de campis flumina in alueos redeũt:ſic digeſta eſt ĩ acies militũ multitudo:q̃ fuerat ante diffuſa. Diues equũ:ꝑ gtũm frequẽtius utimur hac figura ꝑ ablatiuũ.

DONA. Diuerſa:a troianoꝝ caſtris remota Sic ĩ.v.Quo diuerſus abis.i.a metu remotis. Sedebat:In ocio erat & nõ tractibus neceſſariis uocabat:ut multi uolũt.Vult.n.poeta illius inertia laudes æneæ ꝑ cõparationẽ extollere:& ut æneã a loco & frigore fluminis:ſic hũc uitupat ꝙ ĩ loco amœno ociaret̃:cũ æneas ꝑ laborẽ ſubiiſſet nemora : & lõginqs ꝑtes petiſſet.Miſſit ergo irim Iuno:ut torpẽtẽ excitaret. Audacẽ:ĩcõſultũ & temerariũ.Iris uero hic hortat̃ illinc obiurgat. Turne:noĩe excitat & ꝓpõit occaſionẽ utilẽ nõ omittẽdã. Aeneas:magnũ põdus ĩ noĩe. Nũc tps.e.Monet qd faciẽdum:ne ille ĩ conſultãdo ꝑdat tps. Dixit:nã obiurgata eſt:terruit:inſtruxit hortata eſt. Decus cæli:Quanta eñ laus ornare cælum & meritum & pulchritudo.

CHRI. Pilũni:Vide Seruiũ.Sunt tamẽ q Saturnũ putẽt a pinſendo dictũ eſſe pilũnũ:quoniã pili quo frumenta piſebantur inuẽtor fuerit. Sacrata:nã lucus erat. Sedebat:cogitabat in conſultando uerſabatur: non ꝙ ſedere id ſignificet:ſed ſolent q intentius aliqd mente agitãt ſedere ut corpus ĩmobile teneant:ne mobilitate corporis aĩus quoqꝫ uacillet. Thaumãtias:de Iri thaumãtis filia dictũ eſt ĩ q̃to. Turne: optima oratio ĩ cã deliberatiua.Nã ſtatĩ oſtẽdit qđ ſuadere nitit̃ fieri oĩno facile beneficio fortunæ:q̃ maximas ſibi in bello ut ẽt oſtendit Cice.in actione gratiaꝝ.ꝓ.M.Marcello ꝑtes uendicat.Nã ſæpe ignaui illius fauore impulſi ſuperant fortes contra illius iniquitate ſæpe ſuperantur.Perſuadet ãt ab occaſione quæ a fortuna prouenit.Et eſt una ex ſex partibus:quæ in coniecturali conſtitutione ſigno ſubiiciuntur. Turne:captat beniuolentiã ab eo quaſi dicat Talis uir qui etiam in rebus difficilimis inuictum te ꝑſtare conſueuiſti. Quod optanti:oſtendit magnitudinem occaſionis:quæ tanta eſt ut non modo mortalis qſq̃ eã ꝑſtare queat:ſed nullus etiam deoꝝ promittere auderet:ueluti qui ſupra ſuas uires eſſe ſentiret:quæ ergo poteſt eſſe maior occaſio q̃ illa q̃ etiã deoꝝ excedat poteſtatẽ. Dies:recte nam occaſio cõmoditas ẽ quæ afferẽ a tempore & optime addit uoluenda nõ uolubilis:ſed cui hoc neceſſe aſſit:ut deinceps uoluatur:& ſic admonet:ut præſenti utat̃.nã paulo poſt ex mutatione temporis mutabit̃ & ipſa.Duo ergo oſtendit.Primũ occaſionẽ eſſe tantã:q̃tã non modo homo quiſquam:ſed ne deus quidẽ aliquis ꝑſtare queat:deinde illã ex mutabilitate temporis niſi eã quãprimũ arripiat habiturã. Aeneas:Nõ ſatis erat oſtendere tempus cõmodũ niſi etiam oſtendat ſpaciũ ſufficiens ad rẽ tranſigendã:nã & ſpatiũ ipſum ſigni pars eſt.Hoc igitur arguitur longum futurũ:quod nõ ſolũ Aeneas palãteum adnauigauerit:ſed inde etiam in Etruriam longius.abierit.Ergo antequam illinc ad caſtra ſua redeat erit ſpatium amplũ Turno ad caſtra diripiẽda. Tempeſtas:Qualitas eſt temporis ſiue aperta ſerenaue ſit:ut hic ſiue contra turbida & aduerſa.Aliquãdo idem erit quod tempus:ut ſæpe apparet apud Saluſtium. Pictai:pro pictæ:& eſt diphthongi græci diſſolutio.Eſt enim apud illos diphthongus ai:& apud nos tranſit in ae.

Meſſapus primas acies:poſtrema coercent
Tyrrhidæ iuuenes:medio dux agmĩe turnus
Vertitur arma tenens:& toto uertice ſupra ẽ:
Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus
Per tacitum ganges:aut pingui flumine nilus
Cum refluit campis:& iam ſe condidit alueo.
Hic ſubitam nigro glomerari puluere nubẽ

SER. Coercent:cogunt:colligunt. Altus per ta. gan.Fluuius ẽ indiæ qui ſecundũ Senecã ĩ ſitu indiæ nouẽ alueis fluit:ſecũdũ Melonẽ ſeptem qui tamen & ipſe cõmemorat nonnullos dicere quod tantũ tribus alueis fluat Virgi.tamẽ Nilo eũ iungens ſeptem alueos Haber̃ ſignificat.Hanc uarietatẽ Donatus fugiens lõgũ hiperbatõ facit dicẽs:ceu ſurgens ſeptem amnibus nilus.aut ganges altus ꝑ tacitũ. Sane bene addidit ꝑ tacitũ altus:hoc ẽ ꝑ ꝓfũdã altitudinẽ. Nã licet creſcat intrat ripas tamẽ ẽ : nec ſupfũdit̃:ut nilus

Prospiciunt teucri:ac tenebras isurgere căpis.
Primus ab aduersa conclamat mole caicus:
Quis globus o ciues caligine uoluitur atra
Ferte citi ferrum: date tela. scandite muros.
Hostis adest. eia ingenti clamore per omnes
Condunt se teucri portas & mœnia complét.
Nāq; ita discedés præceperat optimus armis
Aeneas: siqua interea fortuna fuisset
Neu struere auderent acié: neu credere căpo.
Castra modo & tutos seruarét aggere muros:
Ergo & si conferre manū pudor iraq; mōstrat
Obiiciūt portas tamē: & præcepta facessunt.
Armatiq; cauis expectant turribus hostem.
Turnus ut anteuolās tardū præcesserat agmē
Viginti lectis equitum comitatus: & urbi
Improuissus adest: maculis quē thracius albis
Portat equus: cristaq; tegit galea aurea rubra.
Equis erit mecum o iuuenes q primus i hostē
En ait: & iaculum atorquens emittit in auras
Principium pugnæ: & căpo sese arduus ifert.
Clamoré excipiunt socii: fremituq; sequunt
Horrifico: teucrum mirantur inertia corda
Non æquo dare se căpo: nō obuia ferre huc
Arma uiros: sed castra fouer: huc turbidꝰ atq;
Lustrat equo muros: aditūq; per auia quærit.
Ac ueluti pleno lupus insidiatus ouili
Cū fremit ad caulas uētos ppessus & imbres

campis unde Asper distinxit: altus p tacitū. Pingui flu. n. Nilus dictus est qsi ΝΕΟΝΙΛΥΟΝ hoc ē nouum li mū trahēs: quod uolēs exprimere dixit pigui flumīe idest fluore: quæ res fœcūdā efficit terrā qd & ipse in geor. ostendit dicés: liquunt montibus amnes: Fœli ceq; trahūt limū Itē & uiridē ægyptū nigra fœcūdat harena. Quis globus. i. qtus admirantis. n. ē nō iter rogātis. Nec. n. interrogat q nunciat. Hostis adest: hic distinguendū: ut eia sit militū properantium cla mor & enniānū qui ait: Eia macheras. Ergo eia igēti clamor dicētes ad portas ruebāt. alii hostis adst eia le gunt. Nāq; ita di. p. excusatio troianorū: ne portas clausisse timore uideret. Optimus ar. pitus armorū dux egregius: q & futura puideret. Si qua int. fo. fu issent. s. bellicus casus. Pudor itaq;. m. licet eos hor taret ira & pudor. Tardū. a. peditū dicit q eqtū com paratiōe tardi sunt. Vrbi: Troiæ quā fecerat æneas castrorū id morē. Maculis quē thracius al. nōue al bas maculas dixit cū proprie macularū hæc sit natu ra ut obscuritate sua albū aliqd isuscent. Cristaque regit galea aurea rubra: duo ablatiui sunt & duo no minatiui: quos metrica rōne discernimus. Nā & ru bra crista longe sunt ultimæ qa ablatiui sūt. Sane hu iuscemodi uersus pessimi sunt. Pricipiū. pu. hoc de romana solēnitate tractū ē cū. n. uellēt bellū idicer pr patrarus: hoc ē princeps fecialiū, pficiscebat ad hosti um fines: & pfatus qdā solēnia clara uoce dicebat se bellū idicere pp certas cās aut qa socios læserant aut quia nec abrepta aīalia nec obnoxios reddiderant: & hæc clarigatio dicebat e claritate uocis: postq clariga tionē hasta i eorū fines missa indicabat iā pugnæ pri cipiū. Clāorē ex so. legit & clamore: si clamore sen sus erit talis: hastæ iactū socii clamore comitant. Si clamoré itelligimus Turni eos clamorē excepisse: & cū fremitu eū sequūtur. Inertia. c. non re uera: sed si cut hostibꝰ uidebat. Aditūq; p. a. q. ēt p auia sane ex primit Turni uiolētia: nā uiā p auia nullus requirit

Ad caulas: munimēta & septa ouiū est. n. græcū nomē c detracto. Nā græci aulas uocant aīaliū receptacula.
DONA. Per comparationē ostendit magno silentio iuisse Turnū ut iprouisus opprimeret icautos: tamē i gens puluis illos manifestauit. Quis globus: primo dubitauit: deinde cognouit eē hostes. Tela: etiam lapi des & oīa missilia dici possūt. Nāq; ita discedēs præ. Aliter. n. timidi poterant uideri troiani: q istructa acie nō exirent: contra hostes Aeneæ pceptum propter incertos fortunæ casus sapiens fuit. Ergo: Duas dedit uirtu tes: alteram ne imbelles uiderentur: alteram ut regi parerent. Tardum: non quod tarde ambularet: sed com paratione Turni. Iaculum: dedit principium pugnæ. Id. n. signum fuit ante q nulli licebat arma mouere.
CHRI. Vertit: qd ē ppriū ducis ad quē summa totius rei ptinet ut oīa obeundo lustrādoq; exploret: atq; administret: & mō usq; ad pria signa deferat: mō ad nouissimos redeat. Ganges flu. indiæ qui oritur ex cau caso septētrionalis idiæ mōte i mare idicū ifluit cis Tarpodanē isulā. Quod āt alueis uide Ser. Romanorū pri mus p illū classē duxit Traianus: ante Traianū alexander mace. Nilus de quo iā dictū ē. Hic subi. ni. ostendit teucrorū uigilātiā q ex iprouiso opprimi nō potuerūt cū ad oēm euētū itēti: nihil eos latere potuisset. Amo lea: is. n. custodiā agebat i turri hostibus opposita. Quis glo. admirātis ē & stupētis nō iterrogātis. Nā res im prouisa uehemēter pturbat aīum unde ēt minora maiora uident. Ergo qs globus q imēsa ac cōstipata multi tudo. Globus. n. latine ē q græcæ sphæra nō ergo uidebat milites sed ex globo pulueris cōiectabat q multi es sent. Ferte citi: i maxima properatiōe, pperātē effert orationē qd demōstrāt clausulæ breues & sine copula po sitæ. Cōdūt se. cōponūt se ad custodias agendas & ad repugnādū. Neq; iccirco nō prodibāt obuiā hosti: qa ti merē: sed ut eēnt obsequētes ipio æneæ: q. phibuerat illos cū hostibus se absente manū cōserere. Prudētissimi ergo ducis consiliū est nō pmittere ut absēnte se bellū ineāt pp incertos fortunæ casus: Quapp se uerissimū Mallii i filiū suppliciū quoniā iperiū i huiuscemodi re cōtēpsisset nō iprobat. Pudor ira: ponit Aristoteles cū fortitudine describit multos pudore ēt si uera i illis fortitudo non sit: hostibus nō cedere: & irā tāq cotem ad fortitudinē acuendam esse peripatetici omnes affirmāt. Ostendit igitur q quis ira & pudore ad manus cō serēdas ipelleret: tamē tātū ualuit apud eos ipiū ducis: ut illi obtēperauerit. Turnus ut. a. ponit Macrobi. qt tuor dicēdi genera eē: copiosum: breue: siccū: pingue uel floridum. Atq; hūc locū siccum esse genus ostendit.

Ganges

SER. Nocte sup me.ultra mediã noctẽ.i.maiorẽ eius ptem & ẽ bona elocutio p sylepsin ut si dicas legi no
ctẽ sup mediã.i.ultra mediã noctẽ nulla.n.silepsis ẽ quæ nõ & casus mutet:& egeat subauditiõe: ut hanc ego
nũc ignara huius qcunq3 picli. Sæuit in.a.phantasiã sæuitiæ expressit:qa & lupi circa caulas fremũt ut ĩ ipsis
aialibus solẽt. Ex lõ.r.absoluta elocutio ut si dicas ille fame fatigat̃ ex lõgo. Et.q.u.c.q̃ aduerbiũ loci ẽ non
pnomẽ.Nã nõ stat uersus:si uia septimus sit nõ ntũs.Ergo q̃ uia.i.p quã ptẽ uiæ uallo troianos excutiat̃. Le
gitur tamẽ & q̃ uia & ẽ sensus absolutior. Facibus accingit̃ atris:armat̃ ĩstruit̃. Piceũ fert humida lu.sordi
dior.n.ex tædis & ignis fumus est. Quis deus o mu
sæ:qa res deoꝝ est & ardua.iõ p se eã non põt dicere
Hic aũt gloria Turni latẽter ostẽdit̃: cuius uis nisi a
numinibꝫ repelli nõ potuit. Prisca fi.sa.sed sa.p. ois
antiqtas difficilis puta & ĩcorrupta manat ĩ posteros
hoc.n.dicit factũ hoc licet priscũ sit: tamẽ eius fama
nõ ẽ obliterata uetustate. Quo primũ:hoc ẽ initio.
Nõ.n.secũdo factæ sunt naues apđ idã ab ænea. For
mabat.i.formare cogitabat:nõ.n.ĩ ida sed apđ ãtãdꝝ
factæ sũt. Alta.p.absolutũ ẽ ut lata cãpoꝝ. Ipsa.d.
f.g.figmẽtũ hoc licet poeticũ sit tamẽ q exẽplo caret
notat̃ a criticis:unđ longo pœmio excusat̃.Nã iõ &
prisca rõne r̃ligiõis:& Iouis beneficio dicit eẽ pfectũ
ut naues mutarẽt̃ ĩ nymphas:quo uel aliqua ex pte
possit eẽ uerisimile. Berecyntia: Mater deũ a mõte
phrygiæ berecynto:cuius ultĩa syllaba caret aspira-
tiõe quã adimus quotiẽs mõtẽ deli cynthũ dicimus.
Est ãt tenuis ista discretio qbus noibus subtrahi đbe
at aspiratio nã ecce ripæi montes arcadiæ nõ scribũt̃
cũ aspiratiõe:quã addimus quotiẽs riphæos monte
Sythiæ significamus. Da na.p.ac si diceret ei q̃ iube
re debuerat. Domito te po.o.Vr̃ dicer̃ p̃sta ei: cuius
beneficio seruatus ad olympi regna uẽisti. Saturnus
enĩ cũ oẽs cõsumeret filios:Iouẽ solũ eẽ nõ potuit ce
latũ mr̃is auxilio domito ergo olympo:in tuas.s.le-
ges p beneficiũ meũ mũdo redacto. Pinea.s.m. con
grue nã pius ĩ tutela mr̃is ẽ deũ. Arce.f.s.hoc ẽ apđ
Gargara q̃ dicta sũt q̃si καρακρατοσ.i.caput capitis
altitudinis altitudo cara ẽ ηκεφαλη.Gargara ãt sunt
mõtis idæ cacumĩa pp qđ dixit̃ ĩ arce sũma. Nigrã-
ti.p.umbrõsa & picea ẽ genus arboris unde pix desu
dat.Haꝝ ãt secũdũ Pli.qnq3 sũt spẽs sicut ẽt supra di
xius. Has.e.nõ trabes.nã de acere naues nõ fiũt un-
de melius arbores ĩtelligius:referentes ad piceas uel
ad pĩos:Sane notãdũ trabes eũ dixisse đ arboribꝫ: cũ
nõ dicant̃ nisi iã cæsæ & iã cõpositæ. Classis.e.iusta
æneæ petitio:& cõcedẽtis benignitas numinis exclu
sit piaculũ.nã his remotis sacrilegiũ cõmitteret̃. Ti
mor.a.aut ppetuũ ẽ timoris epithetõ aut certe ueꝝ
timorẽ uoluit significare:ut separet ab eo q ex cupi-
ditate nascit̃ pspoꝝ: ut Exultãtia hau.corda pa.pul.
DONA. Vrget p.t.Plus ualet p̃sẽtia ei9 q põt iube
re q̃ iussio. Cũ ãt dicit fumida tela exprimit q̃re dixe
rit facibus atris. Tpe.q.Verisimilis fit res cũ tẽpus & locus exponit̃. Ipsa.d.g.Nullus hõ hæc uiderat:aut au
diuerat:sed musæ poetã docuerunt. Da:imperatiua uox ostendit parentis. Nate: quod nomen ad imperã
dum multum ualet. Cara ut sit:de parẽti q̃ diligis & quæ te amat.Rẽ ãt arduam petituram cãs iustas ĩserit.
CHRI. Improbꝫ.i.Quẽ ira facit ĩprobũ.i.ĩsatiabilẽ. Siccæ.s.fauces.i.ex ardore q puenit ex sãguĩe arescunt
fauces. Tuẽti ig.i.Cũ.n.tueat̃ mõimẽta ĩexpugnabilia excãdescit qa đspat:expugnationẽ. Dolor.a. qa pue-
nit ex ira.Ira.n.ẽ accẽsio sãguinis ad uidictã sumẽda.ergo ardet q̃ uidictã si despat̃:gignit dolorẽ. Excutiat:ui
debat.n.posse supari troiãos si ex castris prodirẽt:sed despabat ipos posse elicere. Classẽ.q.l.Vna hæc uia uiđ
bat̃ restare q̃ exire cõpellerent̃.s.ut nauibus ĩcẽsis succurrerẽt.Triplex ergo laus æneæ q mãdauerat ne se ab sẽ
te ĩ pliũ exirent.Troianoꝝ q ĩperatori suo obsequẽtes fuerãt:& Turni qui id sũmopere conaret̃. Vrget.p.t.
Nullus.n.tã ignauus ẽ miles q p̃senti ĩpator̃ alqđ declinet piculũ. Atris:pp fumeos uapores. Vnde sequitur
Fumeũ fert picea lumẽ. Quis.d.In re difficili scitu mĩmæq3 uerisimili musas inuocat. Sed fa.pẽnis.q.d.hæc
sola uia ẽ q̃ res prisca nec litteris mãdata sciri potuerit q3 fama ppetua conseruata sit. Tpe:Optimũ figmentõ

Nocte super media:tuti sub matribus agni
Balatum exercent:ille asper & improbus ira
Sæuit in absentes:collecta fatigat ædendi
Ex longo rabies:& siccæ sanguine fauces.
Haud alitet rutylo muros:& castra tuenti
Ignescunt iræ:& duris:dolor ossibus ardet:
Qua tentet ratione aditus:& qua uia clausos
Excutiat teucros uallo:atq3 effundat ĩ æquor.
Classem quæ lateri castrorũ adiuncta latebat
Aggeribus septam circũ: & fluuialibus undis
Inuadit:sociosque incendia poscit ouantes:
Atq3 manum pinu flagranti feruidus implet.
Tum uero incumbunt:urget præsentia turni:
Atque omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuere focos:piceum fert fumida lumen
Thæda:& cõmixtã uulcanus ad astra fauillã:
Quis deus o musæ tam sæua ĩcendia teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite prisca fides facto:sed phama perennis.
Tẽpore quo primũ phrygia formabat ĩ ida
Aeneas classem:& pelagi petere alta parabat:
Ipsa deum fertur genitrix berecyntia magnũ
Vocibus his affata iouem:da nate petenti:
Quđ tua chara parẽs domito te poscit olym-po.
Pinea silua mihi multos dilecta p ãnos
Lucus in arce fuit summa:quo sacra ferebant:
Nigranti picea trabibusq3 obscurus acernis.
Has ego dardanio iuueni cum classis egeret
Læta dedi:nunc solicitã timor anxius urget.
Solue metus:atq3 hoc præcibꝫ sine posse p̃tẽ
Neu cursu quassatæ ullo:neu turbine uenti

& a sũmo poetæ igenio ꝓfectũ. Prisca.f.ergo credenda quoniã nec apd priscos q̃ rei ꝓpiores erãt defuit fides.

Vincantur: prosit nostris in montibus ortas.
Filius huic contra torquet qui sydera mũdi:
O genetrix quo fata uocas? aut qd petis istis?
Mortali ne manu factæ immortale carinæ
Fas habeant certusq; incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?
Immo ubi defunctæ finem portusq; tenebũt
Ausonios olim quæcunque euaserit undis:
Dardaniumq; ducem laurentia uexerit arua
Mortalem eripiam formam: magniq; iubebo
Aequoris esse deas: qualis nereia clotho
Et galathea secant spumantẽ pectore pontũ.
Dixerat. idq; ratum stygii per flumina fratris
Per pice torrentes atraque uoragine ripas
Annuit: & totum nutu tremefecit olympum:
Ergo aderat promissa dies: & tempora parcæ
Debita complerant: cum turni iniuria matrẽ
Admonuit ratibus sacris depellere thædas.
Hic primũ noua lux oculis effulsit: & ingens
Visus ab aurora cælum transcurrere nimbus:
Idæique chori: tum uox horrenda per auras
Excidit: & troũ rutulorumq; agmina complet.
Ne trepidate meas teucri defendere naues:
Neue armate mãus. maria ãte exurere turno
Quam sacras dabitur pinus: uos ite solutæ
Ite deæ pelagi: genitrix iubet: & sua quæque
Continuo puppes abrumpunt uincula ripis:
Delphinũq; modo demersis æquora rostris
Ima petunt: hinc uirgineæ mirabile monstrũ
Reddunt se totidem facies pontoq; feruntur:
Quot prius æratæ steterãt ad littora proræ.
Obstupuere animis rutuli: conterritus ipse
Turbatis mesapus equis cunctatur: & amnis
Rauca sonãs: ruocatq; pedẽ tyberius ab alto.
At non audaci turno fiducia cessit.
Vltro animos tollit dictis: atq; icrepat ultro:
Troianos hæc mõstra petũt: his iuppiter ipse

SER. Prosit no.i.m.o. Bona breuitas: Nã detraxit his & eẽ. nã plenũ ẽ ꝓsit & his & ortas esse ĩ mõtibus nr̃is: qd fecit elocutiõis causa. Torquet q: sustinet regit. Quo.f.t. ostẽdit fata aliq̃ teus trahi nõ tamẽ usq; quaq; hoc.n. dicit quo.i. ad quã rẽ. Petis istis: ꝓ istos. nã sic dicimus peto tibi ꝓ te. Fas.h. ius: nec.n. possẽt eterna eẽ q̃ ab hoĩbus facta sũt. Hora. Debemur morti nos nr̃aq;. Nã sicut aĩ facta sũt ĩmortalia: ita corporis pereunt. Salu. Cæteꝝ studia nr̃a sicut aĩa ĩmortalia sunt. Certusq;.i.p. hoc dicit casibus licẽtiam hæc petitio uult adimeꝛ nã æneas sorte q̃ homo ẽ nauigationis debet timere piculũ ꝙ pit si eius: nauibus æternitas deꝛ. Cui tã.d.p. cui ac si diceret: nec regi qdem deoꝝ. Defunctæ: libertate: ut O tandẽ magnis pelagi defuncte piclis. Portusq; te. nautico usus ẽ uerbo cũ de nauibus diceret. Quæcunq;: hic ostẽdit aliq̃s esse pituras. Euaserit un. de undis exierit cũ uenerit ad eum locũ de quo nauigaturus iã nõ sit. Alii legũt euaserit undaꝝ piculũ. Moralẽ.e.f. bene dixit moralem. Nec.n. põt fieri ut eadẽ res & mortalis sit & immortalis ante est ut desinat eẽ mortalis. Qualis.n.c. nõ tales dixit erunt: sic supra. Qualis mugitus fugit cum saucius arã Taurus. Per.p.t. Ardentes & est figmentum poeticũ. Ad le.p.d. ꝓmissum tempus aduenerat. Turni iniuria.f. quẽ inferebat & modo iniuria ẽ αΔΗΚΗΜα.i. iniustitia. hic & apd comicos iniurius ẽ q audet aliqd cõtra ordinem iuris: & bene iniuria: quoniã & cõtra necessitatẽ fati: & cõtra rõnẽ fœderis bella cõmouerat. Noua lux.i. nĩbus deoꝝ qd & paulo post dicit. Ne.t. ꝓ ne festietis: & ꝑ hoc significaꝛ ideo ad nauiũ defensionẽ egressos nõ esse troianos qa numẽ uetuit. Ite.d.p. alii hucusq; uolunt matrem deũ locutã: alii iungunt genitrix iubet. Obstupuere.r. timuerũt rutuli timuit Mesapius numinis filius timuit Tiberis: ꝑ hos autem gradus maior Turni designaꝛ audacia. Tale & in q̃rto. At nõ ĩfœlix animi phœnisia. Et.a.r.f. licet aniquitas habuerit hic & hæc amnis: melius tamẽ est accipe rauca sonans pro rauce quæ rauca amnis. Reuocatq;.p.t.a.a. nũc ipsũ deum teritũ dixit. Supra undas fuisse perteritas & in se repressas. Animos.t.d. magnaminitatẽ suam cõprobat dictis tale est illud econtrario. Turbatũq; oculis. Hæc.m.p. appettunt ut reginam petit. Iuppiter.i.f.q omnibus p̃stare consueuit: unde & Iuppiter dictus est q̃si iuuans pater. ergo auxiliũ solitũ non circa troiãos accipimus: sed qd ipse prestare consueuit.

DONA. Torq̃t q sy. cui est omniũ reꝝ ptãs sed tamẽ nõ debet aliqd p̃stare contra fatũ ut illa petit.f. ut & naues & æneas non sint subiecti casibus. Hic primũ: dbuerũt ãte cõiurationẽ p̃ire signa ne casu res facta uideaꝛ. deĩde uox seq̃ꝛ ut cõiectura signoꝝ firmetur. Maria ante. Pulchre a loco ĩ quo erant possibilitatẽ sumpsit. Totidẽ: ut appareret ipsas esse quæ fuerunt uersæ. Increpat ul. temeritas maxima qui cum factum intellexisset: debuit potius fortunam suam deflere.

CHRI. Torquebat q.f.m.i circuitũ ait est.n. q solũ mouet: & ẽ hæc prima causa & uerus deus ꝑ quẽ omnia sunt: ĩpe ãt per se est. Stabilisq; manẽs dat cũcta moueri.ẽ itidẽ qd moueꝛ & mouet ut sunt scdæ causæ.ẽ ĩpe immobilis maneat: ĩ fabula ergo physicum aliqd & thologicum posuit ut diffiniret ueꝝ deum: mox ut poeta ad fabulas reuoluitur. Mortali ne.m.f. omnia quæcunq; sunt adeo sunt. Sed q̃dã ipse facit ĩmediate.i. sine aliquo medio & sine scdis cãis: & hæc quoniã ꝓxima sũt suo factori: nullaq; cã interponiꝛ inter se factorẽq; suũ adeo retinent de natura factoris q̃ ĩmortalis est: ut paꝝ ab ea degeneret: & ꝓpea ĩmortalitatẽ retinent ut sunt aĩæ hũanæ. Quædã uero facit nõ oĩo ĩmediate sed ꝑ scdas causas ut sũt corpora cõposita: & hæc ita degenerãt

ut non ſeruent factoris imortalitatẽ. Mortalẽ eripiã formã.q.d.ipſe nulla cauſa interpoſita ut imortales iure eſſe poſſint. Et to.n.t.o.Macro.alioqn uir multa doctrina excellens i hoc loco a natiõis igenio nõ diſcedit nã græci oĩa ſuis arrogãt.Noſtris cõtra oĩa detrahere conãt̃.Ait Igit̃ phidiã cũ Ioue olympũ finxiſſet iterrogatũ de quo diurnã mutuaret̃ effigiẽ:reſpõ diſſe ſe archetypũ Iouis i tribus Homeri uerſibus iueniſſe tãq̃ illi uitio det ſi qcqd Home.dicit ipſe nõ dicat:ac de ſupciliis & crinibus totũ illius uultũ collegiſſe.Miraturqꝫ hoc a marone pretermiſſum.Sed non uideo cur hoc Hemiſtichio illius maieſtatem non minus q̃ Home.expreſſerit.

Auxilium ſolitum eripuit:non tela neqꝫ ignes
Expectant rutulos:ergo maria inuia teucris:
Nec ſpes ulla fugæ.rerũ pars altera adẽpta ẽ.
Terra autẽ in noſtris mãibus:tot milia gẽtis
Arma ferunt italæ:nil me fatalia terrent
Si qua phryges præ ſe iactant reſpõſa deoꝝ.
Sat fatis ueneriqꝫ datum ẽ:tetigere quod arua
Fertilis auſoniæ troes:ſunt & mea contra
Fata mihi ferro ſceleratam excindere gentem
Coniuge prærepta:nec ſolos tangit atridas
Iſte dolor.ſoliſqꝫ licet carpere arma mycenis.
Si periiſſe ſemel ſatis eſt.peccare fuiſſet
Ante ſatis.penitus mõ nõ genus omne peroſo
Fœmineum:quibus hæc medii fiducia ualli
Foſſarumque moræ læti diſcrimine paruo
Dant animos.an non uiderunt mœnia troiæ
Neptunni fabricata manu conſidere i ignes:
Sed uos o lecti ferro quis ſcindere uallum
Apparat:& mecũ inuadit trepidãtia caſtra:
Non armis mihi uulcani:non mille carinis
Eſt opus in teucros:addant ſe protius omnes
Hetruſci ſocios tenebras & inertia furta
Palladii cæſis ſummæ cuſtodibus arcis
Ne timeant:nec equi cæca condemur i aluo.
Luce palam certum eſt igni circũdare muros
Haud ſibi cũ danais rẽ faxo:& pube pelaſga.
Eſſe putẽt decimũ quos diſtulit hector i ãnũ
Nũc adeo melior quoniam pars acta diei
Quod ſupeſt lecti bene geſtis corpora rebus
Procurate uiri:& pugnam ſperate parari.
Interea uigilum excubiis obſidere portas
Cura datur meſapo:& mœnia cingere flãmis.
Bis ſeptem rutuli:muros qui milite ſeruent
Delecti:aſt illo centeni quenque ſequuntur
Purpurei criſtis iuuenes auroque coruſci.
Diſcurrunt:uariantqꝫ uices.fuſiqꝫ per herbã

SER. Nõ te.n.i.e.r.non expectãt troiani:ut rutulorũ telis aut ignibus peant:quia iã nauiũ amiſſione perierũt. Maria iuia.t.color eſt:nã rẽ quã troiãi ꝑ ſe putabãt:i cõtrariũ uertit:dicẽs nauigatiõis auxiliũ & fugæ pdidiſſe troiãos:quos cõſtat ꝓ fœlicitate habuiſſe nauigationis uitare diſcrimina. Reꝝ.p.a.hũanæ.n.naturæ duo elementa conceſſa ſunt.ſ.mare & terra. Nil me fatalia ter.tacitis q̃ſtionibus occurrit dicens ſi fataliter ſed ad italiã ueniſſe dicunt:Iã uenerunt cõpleta ſunt fata:& callide tacuit qđ erat fatale. Troiani enĩ dicebãt italiæ ſibi regna deberi:& ẽ oratoꝝ qões ita ꝓponere:ut facilẽ ſolutiõis ſortiant̃ euentũ. Siq̃ ph.p.ſ.i.quaſi & iſta cõfingãt. Sunt &.m.c.f.m.hoc falſum ẽ qđ dicit Turnus:ſed i arte rhetorica tunc cõcedit̃ uti nobis mẽdacio:cũ redarguere nullus põt ut hoc loco.Quis.n.uere poteſt ſcire Turno data eſſent nec ne reſpõſa:qa ſcit falſum eẽ qđ dixit. Argumẽtis ꝓbare dicta cõtendit dicẽs eſſe ſceleratã gentẽ ob raptã ſibi coniugẽ:i quo facto utit̃ græcoꝝ exẽplo q rapta Helena gentẽ deleuere troianã. Coniuge.p.inuidioſe ſpõſam cõiugẽ uocat. Nec.ſ.t.a.i.d.cur i ſimilitudine criminis ſit pœnæ ſimilitudo:ſic culpa repetitur:ſupplicia quoqꝫ geminẽt̃. Penitus.m.n.g.o.p.F.mõ omne genus fœmineũ nõ eos pẽitus poſos dicebat.Locutus ẽ ãt figurate. Foſſarũqꝫ.m.q̃ſi nõ tutela:ſed mortis dilatio. An nõ.u.legit̃ & at nõ.Si an nõ nõ abſoluta ẽ.Si at non ẽ iceptiua pticula ad ornatũ ptinens.Hora.At o deoꝝ qcquid i cælo regit.Tale eſt.At nõ ſic phrygius penetrat lacedæmõia paſtor. Vallũ:dicit̃ ipſa monitio. Nã ualli fuſtes ſunt qbus uallũ munit̃ ipſe de ſuſtẽtaculis uitiũ primus uallos ſub tecta referto. Nõ ar.m.u.bene arma generaliter dixit.nã ipe habuit a Vulcano ſed ſolũ gladiũ ut enſẽ Quẽ dauno ignipotens:deus ipſe parenti Fecerat:& ſtygia cadentẽ tixerat unda.ꝑ hoc aũt quaſi latẽter dicit ſe Achille meliorẽ:qui ſe troiãos ẽt ſine diuinis armis ſupare poſſe confidit. Addant ſe pe.o.ne timere uideat̃ auxilioꝝ multitudinem:dicit eẽ incrementa uictoriæ. Luce.p.ꝓpter tenebras & furta inertia. Quos.d.h.bene ſolius Hectoris facta eſt cõmemoratio:ut oſtẽdat̃ ipſe piiſſe q potuiſſet eſſe terrori pp qđ uult Aeneã nihil fortiter feciſſe i bello troião. Melior.q.p.d.i.maior & prima. Bene.g.c.r.i eo tantũ q, hoſtes non auſi ſunt egredi. Pugnam.ſ.p.ſ.cõtra troianos:non a troianis:ne uideat̃ cõtra ſupradicta omnia nunc ſociis inferre timorẽ. Vigilum ẽ:Excubiæ ſunt diurnæ uigiliæ nocturnæ. Cẽteni.q.centurionum.ſ.ex more romanæ militiæ.Nã ex numero militum qui eos ſequuntur gradus dignitatis apparet.

DONA. Auxilium ſolitum.q.d.q fugere ſemper ſoliti ſunt. Tot milia:ſepara & deinde dic gẽtes. Phryges:ꝓ conuitio poſuit. Solos.a.ſi luerunt pœnas primarum iniuriaꝝ in atridas pulſi patria:luẽt & iſtaꝝ in nos iã extorres:& ideo imbecilliores:eſt ergo mirum exẽplum deprimit aũt omnia illoꝝ geſta apud Troiam:& ſe græcis propõit q nõ fraude ſed ui uelit adoriri.

CHRI. Auxiliũ.ſ.e.Maxia prudẽtia ut qđ ab hoſtibꝰ ẽ ꝑ ſe facer̃ argumẽtet̃. Reꝝ.p.a.cũ mari ac terra mortales uti poſſint.Mar̃ ereptũ:eẽ remotis nauibꝰ oſtẽdit terrã uero i ſua ptãte eẽ q̃do tot itali i ſuũ auxiliũ ueniũt.

Si q̈ ph.mira cõfutatio.primũ.n.dicit troiãos iactare fata sua:qđ ẽ ac si dicat falsa eẽ q̃ loquũť. deĩde circũscri bit q negare oĩo nõ põt.ná dicit uoluerũt fata ĩ Italiá uẽire troiãos:nõ ãt regnaŕ:& cũ uenerit satisfactũ ẽ fatis. đide ↄtra appõit fatũ suũ qđ q̈uis falsũ sit:tamẽ nõ facile dilui põt:& illđ ualidissimũ ꝑfert si ĩĩ fuit illis satis ra puisse uná cõiugẽ.s.Helená nõ debere eẽ satis ꝙ semel pierit. Hæc me.f.u.ualidissimũ argumẽtũ.ná si nõ po tueŕt cũ ĩtegri eẽnt mũitissima ual idissimaq́ꝫ urbe se tueri:quo ná mõ nũc multũ ĩmĩuti fossa & uallo se defẽ dẽt cõtra quos nec uulcãiis armis dicit sibi opꝯ eẽ:neqꝫ mille nauibꝯ ẽt si oẽs etrusci ab illis pugnẽt:cũ careãt he ctoŕ a quo p decẽniũ defẽsi sũt:neqꝫ aut dolis Vlyxis qbꝯ palladiũ furatꝯ ẽ:neqꝫ dolis eq rẽ aggressuꝶ:sed apto marte actuꝶ ꝑmittit. Sed.u.optius ꝑgressus.ná prĩo ducit hostes ĩ cõtẽptionẽ:deĩde hortať suos:ut ĩ illos au deãt. Mecũ:ut ostẽdat ĩĩ mitteŕ eos ad picula q̃ ipe đ

Indulgent uino:& uertunt crateras ahenos.
Collucent ignes:noctem custodia ducit
Insomnem ludo.
Hæc super euallo prospectant troes:& armis
Alta tenent.nec non trepidi formidine portas
Explorãt:pontesq́ꝫ & propugnacula iungũt:
Tela gerũt instant mnestheus acerq́ꝫ serestus.
Quos pater æneas si quãdo aduersa uocarẽt
Rectores iuuenũ:& rerũ dedit eẽ magistros.
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat:exercetq́ꝫ uices:qđ cuiq́ꝫ tuendũ est
Nisus erat portæ custos acerrimus armis
Hyrtacides:comitem æneæ quẽ miserat ida
Venatrix iaculo celerem:leuibusq́ꝫ sagittis.
Et iuxta comes euryalus:quo pulchrior alter
Non fuit æneadum:troia naq́ꝫ induit arma.
O puer prima signans intonsa iuuenta.
His amor unus erat:pariterq́ꝫ in bella ruebãt:
Tum quoq́ꝫ cõmuni portã statione tenebant
Nisus ait:dii ne hũc ardorem mẽtibus addũt
Euryale? an sua cuique deus fit dira cupido?
Aut pugnã aut aliqd iãdudũ iuadere magnũ
Mens agitat mihi:nec placida contẽta qete ẽ.
Cernis quæ rutilos habeat fiducia rerum.
Lumina rara micãt.somno uinoque sepulti:
Procubuere silent late loca:percipe porto
Quid dubitẽ:& quæ nũc aio sentẽtia surgat.
Aeneam acciri omnes populosq́ꝫ patresque
Exposcunt:mittique uiro:q certa reportent.
Si tibi quæ posco promittunt:nam mihi facti
Fama sat est:tumulo uideor reperire sub illo
Posse uiam ad muros & mœnia pallantea.
Obstupuit magno laudum percussus amore
Euryalus.simul his ardentem affatur amicũ.
Me ne igitur sociũ summis adiungere rebus
Nise fugis? solũ te in tanta pericula mittam?

SER. Vertũt cra.a.potãt:& ẽ hemisti/ /tractet. chiũ ennianũ. Trepidi for.festini pp formidĩem. ná nõ ẽ iteratio. Potẽs:q fiũt ĩ muris ãgustioribꝯ. Pro pugnacula:pĩnas. Rectores iuue.Legiť & iuuẽi.si iu ueni Ascãio.si iuuenũ magistros militũ accipe. Sor/ tita pi.sorte diuisa ad defẽsionẽ pcli. Quodcuiq́ꝫ tu endũ ẽ:exercet unusq́sq́ꝫ uices ad id qđ accipit tuen/ dũ. Ida uẽatrix a plerisq́ꝫ ida mater Nisi accipiť qa di xit uenatrix.ná si montẽ uolueris accipe:abusiue idã uenatricẽ dictã ĩtellige ꝑ uenatiõĩbus abũdãtẽ.ná ue natrix ꝑprie ẽ q̃ uenať:nõ q̃ uenatiõĩbus abũdat. Ia culo celerẽ:bene ĩducit Nisũ eẽ optimũ iaculatorem & hãc p̃mittit armoꝶ pitiã q̃ post plurimũ poterit ĩ Euryali defensiõe. Troiana nec ĩduit arma:Hoc ẽ q nõdũ bellicosa arma induerat.i.accepat:& hoc dicit pulcher qdẽ erat sed nõdũ bellãdi pitus. Dii ne hũc ardorẽ mẽtibus addũt Euryale? an sua cuiq́ꝫ deus fit dira cupido:Apud Plotinũ philosophũ & alios q̃riť. Vtꝶ mẽtis nr̃æ acies p se ad cupiditates & cõsilia mo ueať:an ĩ pulsu alicuius nũinis:& prĩo dixerũt mẽtes humanas moueri sua spõte:dep̃hẽderũt tamẽ ad oĩa honesta ĩpelli nos genio:& numine quodã familiari: qđ nobis nascẽtibus dať:praua uero nr̃a mente nos cupe & desiderare nec.n.põt fieri:ut praua numinũ uoluntate cupiamus:qbus nihil magnũ cõstat place re:unđ nũc hic ortus ẽ sẽsus.hoc.n.dicit Nisus:O Eu ryale dii nr̃is mẽtibꝯ cupiditates iniiciũt & đsideria? an fit deus ip̃a mẽtis cupiditas. Mẽtibus ad.bene ad dũt:ná aĩus sui natura prudẽs ẽ.sed ei addiť:ut aliqd ĩpatiẽter desideret. Dira:magna aliqd magnum.s.p hostis trãsitũ. Mẽs.a.m.moriť. Quiete:mõ ocio nõ sõno.ná ĩ uigiliis fuerat collocatus. Cernis q̃ ru.hẽat fi.re.ipsius desiderii uult eẽ rõnabiles cãs. Somno ui noq́ꝫ se.alteꝶ pẽdet ex altero:& sepulti q̃si sine pulsu & nil sentiẽtes. Porro:hortãtis ẽ. Quid dubitẽ.i.co gitẽ oĩs.n.cogitatus ĩ dubitatiõe ẽ ante sn̄ĩam. Popu lusq́ꝫ p̃resq́ꝫ:trãsfert ĩ troianos romanã cõsuetudinẽ: ut solet pleꝶq́ꝫ prius.n.iubebat populus post confir/ mabat senatus. Reportẽt:ná re uacat. Si tibi q̃ pos. ꝑ.poscere ẽ scđm Var.quotiẽs aliqd ꝑ merito nr̃o de poscimus petere uero ẽ cũ aliqd humiliter & p̃cibus postulamus:& bene euryalũ ꝙ nolit ducere latenter ostẽdit. Mœnia pa.Vbi credit nũc eẽ Aeneã. Sũmis adiũgeŕ rebꝯ:sũmũ & extremũ dicimus & laudabile: bene ergo ĩ re dubia sermone usus ẽ dubio. ná hoc di cit nõ đbes me nec a tua gloria nec a piculis segregaŕ.

DONA. Iuuẽi:Ascãio:aut appelatiõe unius oẽs in tellexit. Nisus:quã cito dixit nomẽ patrẽ:locũ ĩ quo natus:& qbus eẽt studiis. Troiana induit ar.cæteris pulchrior.pulcherrius ãt cũ eẽt armatus. Dira cu.cogitatiões maxias deus aliqs mouet an ip̃a sibi mẽs đus ẽ.

CHRI. Noctẽ ĩsomnẽ.i.milites ĩsomnes ĩ nocte. Ludo:ná uoluptas q̃ capiť ĩ ludo excitat spiritus q excita ti sõnũ arcẽt. Hæc sup:ut multa fiducia reddebat rutilos negligẽtioŕs:ita cõtra troiãi ex piculo admõiti oĩa

diligẽtius curabãt.facit ergo narrationẽ uerisimilẽ:qa ẽ secũdũ naturã. Põtes:nã cũ mœnia nõ sint ita lata ut discurrẽtes ꝑ illa r̃cipe possint apponũť tabulata & ueluti põtes. Propugnacula:oĩa sũt qbꝰ e mœnibꝰ pugnã dó hostes arcemꝰ & tutos nos reddius. Quos.pa.æ.& hoc prudẽtis ĩpatoris fuit ut absuturus aliquos sũmæ reꝝ ꝑficeret. Rectores iu.nã illa ætas cũ aĩs abũdet:& prudẽtia careat rectoribꝰ ĩdiget. Sortita.p.ꝑ sortes accipiẽs iter se ea ĩ qbꝰ ꝑiculũ erat. Quod cuiqꝫ.t.certi.n.certis rebꝰ delegãdi sũt:nã qđ oĩbꝰ faciẽdũ r̃linqť a nullo fit. Nisus.e.optĩe iuuẽi dat robur aĩ sine multa prudẽtia. Nõ fu.æ.t.u.i.a.nõ fuit alter ex iis q arma ĩduerẽt. Dii ne hũc ar.m.a.an sua cuiqꝫ de.fit dĩ.cu.optĩa ẽ Seruii expositio sũt ẽt q dicant aĩas nr̃as ita eẽ ĩstructas suis uiribꝰ:ut duas extrẽas opari nõ sẽtiamus.ergo quẽadmodũ uegetatiua q̃ oĩum hũillima ẽ nõ sẽtiť a nobis cũ opať nã neqꝫ sẽtimꝰ corpꝰ crescer̃:neqꝫ đcoctionẽ ĩ stomacho epate ue fieri neqꝫ uẽas pulsar̃:& alia multa.Ita ĩtelligẽtia q̃ ſuꝑma ẽ & sup ĩtellectũ posita đo pene ꝯiũgiť.nobis nõ aduertẽtibꝰ agit: & hæc qdẽ nobis ut Pla. aiũt ꝑ đo ẽ. Cernis q̃.r.mouebat ad tã egregiũ facius adolescẽtẽ ĩgẽs gloria: & sũmã reip. utilitas deĩde dabat spẽ ꝑficiẽdi negligẽtia hostiũ q̃ reꝝ scđaꝝ sꝑ comes eẽ solet. Obstupuit:nõ ꝑiculo s; cupiditate laudũ.Me ne: oro ẽ ab aĩcissimo aĩo cũ neqꝫ ab illo sꝑnẽdũ se ĩ societate reꝝ magnaꝝ:neqꝫ se illũ ĩ ꝑiculo đferr̃ dignũ putat.

SER. Gẽitor bel.a.ĩpe puer ẽ.nec dũ ꝓbatus: unde se & ab illis tꝑibus:& a pr̃is uirtute cõmendat.

Argolicũ ter.quẽ græci ĩferebãt. Sublatũ:susceptũ ẽ hic animus.Hic põt eẽ & aduerbiũ demõstrãtis: ut sit ẽ hic.i.in meo pectore.põt & sic accipi:ut dicas hic est:ẽ aĩus lucis cõtemptor.Hoc ẽ iste aĩus.ergo hic & ꝓduci põt & corripi.Istũ q uita bene credat emi quo tẽdis honorẽ. Quo ten.i.ad quẽ niteris libẽter emat uita.i.uitæ ꝑcio. Nil tale uerebar: q̃le tu suspicaris. Hæc humana negocia:uel q̃ loqtur. Mãdet humo: multi hic distinguũt.alii iungũt mãdet humo solita: ut cõmendet ĩ terra solita ãt fortũa q̃ piis ĩuidere cõsueuit:Stati. hic trahẽs colorẽ ait: Inuida fata piis & sors ingẽtibus ausis.Rara comes. Absenti ferat ĩferias:Hoc est cenothaphiõ faciat: & ĩpleat honorẽ sepulchri. Et matribus:Et nobilibus:Nã mr̃es nõ nisi nobiles dicimus:unde & matrõæ dictæ sunt. scimus ãt nõ oẽs mulieres ĩ Sicilia remansisse. Nã legiť ĩ.xi. Et mœstũ iliades crinẽ de more solutæ. Ille ãt:hoc loco eẽ ĩterruptã orationem nisi intelligimus. Vigiles simul excitat:q uigiliaꝝ officiũ simul habebãt. Seruãtque uices: hic distinguẽdũ ẽ alias sensus non ꝓcedit.

Regẽqꝫ requirũt:regis filiũ ut magnũ regiæ: sed.n. miseratus amorẽ. Cætera ꝑ terras.o.exaggerat mor̃ suo uigilãtiũ laborẽ Cõsiliũ sũmis regni de rebus habebãt.Lucilii uersus uno sermone mutato.Nã ille ait Cõsiliũ sũmis hoĩum de rebus habebãt. Iã nũcius esset:iã aut cito:aut cũ nullũ ĩuenirent. Adnixi hastis ostẽdit iã eos diuturna statiõe fatigatos. ꝙ ãt stant & romãi moris ẽ & bellicæ necessitatis: hũc ãt stãdi habitũ & Sal.cõmemorat:ut Fessi arma sua qsqꝫ stãtes ĩ cũbere. Castroꝝ & cãpi medio: ĩ medio cãpi spatio: q cãpus castroꝝ medius fuit. Rẽ magnã ꝑciũqꝫ moræ fore:dicebat se afferre rẽ magnã.cuius mora precium posset afferre.i.pœnã Ter.ergo ꝑciũ ob stultitiã fero:ut sit sensus.Si tardius mittamur ad Aeneam luemus hostiũ pœnas.Alii sic ĩtelligunt. Scimus qdẽ aduentũ nostꝝ morã uestris afferre cõsiliis.Veꝝ huius more erit ꝑciũ.i.remũeratio nãqꝫ hoc offerebãt: qđ illi cogitabãt:ut dixĩus supra: Quisue æneæ iã nũcius eẽt. Accepit tre.festĩos mor̃ suo. Ne ue hæc nr̃is spectenť ab an. bene excusat quia scit de ætate puerorũ posse dubitari: dicẽs nõ ex suggerẽtũ ꝑsõa: sed suaui cõsilia põderãda. portæ q̃ ꝓxima pon.apparet ut supra diximus castra troiana ĩ hostiẽsi fuisse.Si qdẽ nullus alter locus ĩ laurolauĩati hic fluuio cohæret hioc pelago:& nũc dicit Portæ q̃ proxima põto. Itẽ paulo

Non ita me genitor bellis assuetus opheltes
Argolicum terrorem inter troiæque labores
Sublatum erudiit:nec tecum talia gessi:
Magnanimũ æneam:& fata extrema secutus.
Est hic est animus lucis contemptor:& istum
Qui uita bene credat emi quo tẽdis honorẽ
Nisus ad hæc.equidem de te nil tale uerebar
Nec fas.nõ ita me referat tibi magnus ouantẽ
Iuppiter:aut quicũqꝫ oculis hæc aspicit æqs
Sed si quis quæ multa uides discrimine tali
Si quis in aduersum rapiat casus ue deus ue:
Te superesse uelim:tua uita dignior ætas.
Si qui me raptum pugna precioqꝫ redemptũ
Mãdet humo solita:aut si q̃ id fortũa uetabit
Absenti ferat inferias decoretqꝫ sepulchro:
Neu matri miseræ tanti sim causa doloris:
Quæ te sola puer multis e matribus ausa
Prosequitur:magni nec mœnia curat acestæ.
Ille autem:causas ne quicquam nectis ianes:
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Acceleremus ait:uigiles simul excitat:illi
Succedunt:seruantqꝫ uices statione relicta.
Ipse comes niso graditur:regemqꝫ requirunt:
Cætera per terras omnes animalia summo
Laxabant curas:& corda oblita laborum.
Ductores teucrum primi & delecta iuuentus
Consilium summis regni de rebus habebant:
Qđ facerent:quisue æneæ iam nũcius esset:
Stant longis adnixi hastis & scuta tenentes:
Castrorum:& cãpi in medio:tũc nisus & una
Euryalus confestim alacres admitier orant.
Rem magnã:preciumqꝫ moræ fore:primus iulus
Accepit trepidos:ac nisum dicer̃ iussit.
Tunc sic hyrtacides.audite o mẽtibus æqs
Aeneadæ.ne ue hæc nostris spectẽtur ab ãnis
Quæ ferimus:rutuli somno uinoqꝫ sepulti

Procubuere:locum insidiis conspeximus ipsi
Qui patet i biuio portæ:quæ proxima pôto.

post dicturus é.Opposuere acié.ná dextra cingit áni.
DONA. Sed siquis: Omnia huc refert in causa minus spei plus timoris inest.

CHRI. Nõ ita:modeste sed laudat cũ qcqd i se roboris sit ab educatiõe q̃ ꝓpria parétis é ꝓueire demõstrat. Nec te.ta.ges.ná si aliis ꝑ ætaté minus cognitus sim:tibi tamé cũ quo semp sũ ꝓbatũ me eé oportet. Casus: secũdũ epicureos:q deos humana curare negabát:& oĩa casu fieri putabát. Deus:ut secũdũ academicos maxime q ꝓuidétia dei oĩa regi:ut nos uolũt Totus át iste locus & qd ualeat amicitia cũ uera é:& cõmiserationé sũmam pp euentũ demonstrat:q ꝓuenit ab excellétia animoꝝ utriusq.Cõmiseratio.n.captat ut ostendit Cicero nõ minus a magnitudie animi q̃ a lachrymis. Audite o métibus.æ.cũ causa hæc fide caritura uideret captat i primis attétioné:& stati icipit cõfutar ualidiora arguméta aduersarioꝝ.Illi.n.opõere potuissent iuuéilé ætaté q̃ ut plurimũ cõsilio caret.Deide qđ ꝓmittũt eos pstare nõ posse pp hostiles excubias qs faller neqant. Primo ergo demõstrat nõ temere ré hác sumpsisse sed cũ cõsilio.deide facilitaté rei uel saltẽ possibilitaté ex negligétia hostiũ q iam ex uino ꝓfundior somno premant. Ac deniq demõstrat locũ iá sibi ad isidias electum.

Interrupti ignes:aterque ad sydera fumus
Erigitur:si fortuna permittitis uti
Quæsitum æneā & mœnia palanthea.
Mox hic cum spoliis ingenti cæde peracta
Affore cernetis:nec nos uia fallit euntes.
Vidimus obscuris primam sub ual libus urbẽ
Vẽatu assiduo:& totum cognouimus amnẽ.
His annis grauis:atq animi maturus alethes:
Dii patrii quorum semper sub numie troia é:
Non tamen omnino teucros delere paratis.
Cũ tales animos iuuenũ:& tam certa tulistis
Pectora:sic mẽorãs hũeros dextrasq tenebãt.
Amborũ:& uultũ lachrymis atq ora rigabat.
Quæ uobis quæ digna uiri ꝓ laudibus istis
Præmia nosse rear solui:pulcherrima primũ
Dii moresq dabunt uestri:tum cætera reddet
Actutum pius æneas:atque integer æui
Ascanius meriti tanti non immemor unquã
Immo ego uos cui sola salus genitore reducto
Excipit ascanius:per magnos nyse penates:
Assaracique larem:& canæ penetralia uestæ
Obtestor:quæcunq mihi fortuna fidesq est
In uestris pono gremiis:reuocate parentem:
Reddite cõspectum:nihil ille triste recepto.
Bina dabo argento perfecta atq aspera signis
Pocula:deuicta genitor quæ cœpit arisba:
Et tripodas geminos:auri duo magna taléta.
Cratera antiquum:quem dat sydonia dido.
Si uero capere italiam sceptrisque potiri
Contigerit:uictori & prædæ ducere sortem:
Vidisti quo turnus equo: quibus ibat i armis
Aureus.ipsum illum clypeũ cristasq rubẽtes
Excipiam sorti:iam nunc tua præmia nyse.
Præterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora:captiuosq dabit suaq oĩbus arma.

SER. Interrupti ignes:supra aliter Lumia rara micát. Fumus erigitur:signum est sopitoꝝ igniũ quotiens maior fumus erigit. Fortuna:occasiõe. Quæsitum:ut q̃ramus. Cũ spoliis:hic é qđ supra Euryalo dixit me referat tibi magnus ouantem Iuppiter:respiciens ad id qđ posse fortiter Facere. Nec nos uia fallit:bene ubiq cum amico cũcta cõmunicat. Obscuris primam sub uallibus urbẽ:Ná in obscuris uallibus positi uidimus primam urbẽ : hoc est primam parté urbis. Nam Palanteũ in mõte é non i uallibus. Annis grauis atq animis maturus alethes: Sallustius de Philippo q ætate & consilio cæteros anteibat. Non tamé oĩno teucros.d.p.Ac si diceret licet irasci mini ad tpũs. Hinc apparet nõ uelle uos penitus delere troianos: tales aĩos iuuenibus datis. Humeros dextrasq tenebat:Hoc ad affectum rettulit. Nec.n.simul fieri potest.Intelligimus aũt singulos & membratim amplectebatur. Vultum lachrymis atq ora rigabat:Poeticæ iunxit:& modo unum significat. est autem iteratio:iterdum recipiũt discretionem. Pro laudibus.i.uirtutibus ab eo precedit id quod sequitur. Dii moresq dabunt:Ciceronis est tractum de philosophia:qui dicit suffire ad gloriã benefacti conscientiam. Actutum:Confestim sine dilatiõe:& est aduerbiũ temporis. Integer æui:Adolescens: cui adhuc ætas integra superest. Vnde Ennius deos æui integros dicit : quibus multum æui superest. Meriti tanti præstitit: ut Merui quoq. Item quiq sui memores alios fecere merendo. Excipit: Ascáius idest subsequetur:& a poeta dictum est. Canæ uestæ: Venerabilis antiquissimæ. Obtestor: Adiuro & est ordo.Immo ego cui sola salus genitore reducto.Vosq obtestor per deos reuocare parentem. Fortuna: Fidesq é. Quicquid casu:quicquid consilio egero uobis committam: nam per fidem cõsilia significat per fortunam opes & imperium:& cuiuslibet rei possibilitatem. Nihil illo triste recepto:Subaudis erit. Deuicta genitor quæ cœpit aris ba:Atqui secũdum Homerũ:Arisba troianis misit auxilia:& ab Achille subuersa est.Sed accipimus aut ante bellum græcorum Arisbam troianis captam:& i amicitiæ fœdus admissam . Aut certe pocula hæc data ab Heleno : qui in Achillis bõa p pyrrhi successerat hæreditatem: ut sit quæ cœpit pro accepit. Deuicta arisba.s.ab Achille. Duo magna talenta:Bene addidit magna : Nam uarium apud diuersas gentes est talenti pondus: Vnde talentum potest & breue aliquid : & magnum significare : Ná ut supra diximus secundum Plautum

talentum.lxx.librarum eſt:qui cum dixiſſet debere centum quadraginta libras paulo poſt intulit duo talenta per iocum dicens.Debenť talenta tot quot ego & tu ſumus.Item Homerus talentum breue quidam oſten/dit:quippe quod accepit uictus. Cum uictori leuia ſint data munera. Dicere ſortem: Statuere. Alii proprie ducere legunt:quod eſt ſortium: ut ſtat ductis ſortibus urna. Excipiam ſorti:Præter ſortem dabo.

DONA. Vidimus:Demōſtrat rē fieri poſſe.Dii.Maturi hoīs matura ꝓratio. Recte āt īcipit a diis quorum fauore reſp.tales uiros recipiunt.lachrymæ aūt gratulatiōis fuerāt ꝙ extitiſſent tales. Itē doloris ꝙ recordaretur tot fortiū uiroꝝ iam amiſſorū:quia dixerat nō tamē omnino teucros delere ꝑatis. Dii:Qui bonis fauēt.

Moreſq; ueſtri:Recte uiuēdo. Aeneas:Et ut diuturnior res ſit Aſcanius. Canā:Antiq̄ & ꝑpetuā.Obteſtari aūt ē ob aliq̄ cauſam deos teſtes adhibere. Victa ariſ.nihil.n.tolitur poſt uictoriā niſi quod ſit magni meriti.

CHRI. Si fortuna ꝑmittitis uti.q.d.fortuna quidē ſeſe ultro offerret mō illa uti uelitis. Nec nos uia fallit: Nō ſolū prouidi quo mō hoſtia caſtra tutus egrederer.Sed nō ꝙ deinde iter tenēdū ſit. Primā urbē: primas partes urbis. Obſcuris:ꝑꝑ īteruālla locoꝝ. Vultū & ora:Os ī quo uultus apparet:nā uultū iam demōſtraui mō eē accidētia ī facie:q̄ ab aliq̄ ꝑturbatiōe ꝓueniūt:aut egritudinis:aut timoris:aut lætitiæ:aut ſpei. Viri.q.d. q in adoleſcētiæ ānis uirile aīum geritis. Dii moreſq;:Vid̄ Seruiū. Aeneas actutū:Aeneas q̄ iperiū tenet q̄ primū dare poterit.Veꝝ cū ætas ueſtra illi ſupꝑfutura ſit: reſtabit Aſcanius q cū coætaneus uobis ſit oīa ꝑſoluet: ex quo oſtēdit:ꝙ munus tāti facioris nō uno aut altero ſed plurimis cōtinuatiſq; beneficiis honeſtādū:ſitunū ergo & breuis tp̄is erit ꝑiculum.At remuneratio uniuerſam deide uitā d̄coratā reddeť. Excipit:Statim ſubſequiť:nec potuit liberalius reſpōdere cū quicq̄d aut conſilio aut uirtute ſibi prouentuꝝ ſit.Id penitus ꝑmittat illis. Bina dabo ar.Laudat munus a numero ꝙ duo ſint:laudat a materia & ab artificio.laudat a difficultate:ꝙ ex hoſtibus rapta ſint. Magna.t.Quia ut oſtēdimus & ꝑua īueniebāť. Quē dat.ſ.d.Laudat ab auctore.

Vidiſtis quo turū:Nouerat iſtos cupidiſſimos gloriæ. Ergo q̄dmagis ꝓmitteř poterat q̄ ſūmi ducis equū.

SER. Inſuper his:ſuper hæc. Campi quod habet rex ipſe latinus:mos fuerat ut uiris fortibus ſiue regibus pro honore dareť aliqua publica agri ꝑticula ut habuit Targnius Superbus in campo martio: quod ſpatiū ab Homero temenos dicitur. Hoc ergo ꝙ Latinus pro honore de repu.habuit:ab Aſcanio ītelligamus eſſe ꝓmiſſum. Pectore toto:omni affectu. Rerum uerborumq; fides: & rempublicā tibi cōmittā & tecum omne cōmunicabo cōſiliū. Me nulla dies tam fortibus auſis diſſimilem arguerit: Ab hoc officio & ab hac audacia acceſſu temporis īferior nō probabor:qualiſcūq; fortuna comitetur. Tantum:tantummō hoc poſſum de me ꝓmittere:ut ſemꝑ audeā ſemꝑ uelim fortiter facere. Nā hoc eſt q̄d dicit Fortibus auſis diſſimilē arguerit. Tantū ergo meū eſt hoc ꝓmittere ſiue ꝓſpera ſiue aduerſa fortuna comiteť.

Nā aut diſiūctiua ꝑticula eſt: nō negātis aduerbiū.

Suꝑ oīa dona:ultra oīa. Priami de gēte uetu. de familia:& bene eā etiā ex cognatiōe cōmēdat:nā Aſcanius nepos eſt priami ꝑ creuſam. Miſerā:q̄ ſic īpatiēter diligebat filiū. Mecū excedentē:ut ille meū comitatus iter.Vult.n.intelligi ſui cauſa matrem ſecutam.

Quodcūq; ꝑicli eſt:Syllepſis:nam ſubaudis ꝑiculū.

Inq;.ſ.l.Inſalutatā:& eſt temeſis: ut inutilis inq; ligatus cedebat. Quod nequeā lachrymas perferre parētis:excuſat ne uideať crudelis. Vnde ſequitur matris eius tragicus & miſerabilis ille conqueſtus potuiſti linquere ſolam crudelis:& talia. Inopem:modo auxilii egentem. In caſus omnes: ut ſupra Fortuna ſecūda uel aduerſa. Pulcher iulus.Incōgruū epithetō pulchritudinis poſuit cum res eſſet in loco religiōis.

Strinxit pietatis imago:ꝑſtrinxit:momordit:amonuit ſenſus autem eſt: Aut poſtquam uidit iſtum ſic amare matrē:paternæ pietatis cœpit uirtutem agnoſcere: Aut certe cœpit etiam ipſe ſic in pietatem moueri: Vt eius conſueuit pater Aut certe exemplo euryali auidius cœpit amare patrem etiam āte dilectū.

Nec partum gratia talem parua manet : Debet ab omnibus coli:quæ talem creauit. Caſus factum quicunq; ſequetur. Satis congrue Præmia.n. nō deben/

Inſuper it campi quod rex habet ipſe latinus.
Tu uero mea quem ſpatiis propioribus ætas
Inſequitur uenerande puer:iam pectore toto
Accipio:& comitē caſus complector i omnes.
Nulla meis ſine te quæretur gloria rebus:
Seu pacē ſeu bella geram:tibi maxima rerum
Verborumq; fides:contra quem talia fatur
Euryalus:me nulla dies tam fortibus auſis
Diſſimilem arguerit:tantum fortuna ſecūda:
Aut aduerſa cadat:ſed te ſuper omnia dona
Vnum oro:genitrix priami de gente uetuſta
Eſt mihi quam miſeram tenuit non ilia tellus
Mecum excedentem.nō mœnia regis aceſtæ.
Hāc ego nunc ignarā huius quodcūq; ꝑicli ē.
Inque ſalutatam linquo nox & tua teſtis
Dextera q̄d nequeā lachrymas ꝑferř parētis:
At tu oro:ſolare inopem:& ſuccurre relictæ.
Hanc ſine me ſpem ferre tui:audentior ibo
Incaſus omnes:perculſa mente dederunt
Dardāidæ lachrymas: āte oēs pulcher iulus:
Atq; animum patriæ ſtrinxit pietatis imago.
Tum ſic effatur.
Spondeo digna tuis ingentis omnia cœptis:
Namq; erit iſta mihi genitrix:nomēq; creuſæ
Solum defuerit:nec partum gratia talem
Parua manet:caſus factum quicunq; ſequeť
Per caput hoc iuro:ꝑ quod pater āte ſolebat:
Quæ tibi polliceor reduci rebuſque ſecūdis.
Hæc eadē matriq; tuæ generiq; manebunt.

Sic ait illachrimās: humero simul exuit ensē
Auratum: mira quem fecerat arte lycaon
Gnosius: atq; habilem uagina aptarat eburna.
Dat nyso mnestheus pellem horrentisq; leōis

CHRI. Preſaga mali mens: Mens enim humana quoniam immortalis eſt perſæpe in quadam ſibi innata malum ſibi uenturum præſagit ideſt ꝓnoſcit. Sagire enim eſt callide ſentire inde ſagaces canes qui callide feras inueſtigant. Ad cælum: Vt diis quos contēnebat confitiaretur. Nam & ſi malo prauoq; ingenio deos tanq̄ qui non eſſent contemneret: tamen in ſubita aliqua conſternatione nemo tam barbaro ingenio ē: neque tam deprauata conſuetudine: ut ſuperiorem aliq̄ poteſtatem eſſe non credat. Tanta: iuſtiſſima deorum indignatio quam nemeſim græci appellant ſuo ordine meritas pœnas exegit: quia fuerat cōtemptor diuum non ut Capro uidetur quia cōtemptus diuis in homines ſæuiret: Nam de Buſiride quem illaudatum ſcribit idem dixiſſet. Sed quia curam ſacroꝝ diis non exibuit. Nam ut ait Cato ī originibus: Mezentius rutulis imperauit ut primitias quæ diis debentur ſibi offerent. Et latini ſimilis imperii: metu: ita uouerūt. O Iuppiter: ſi tibi magis cordi ē nos ea tibi dare potius q̄ Mezentio uti nos uictores facias. Hic eſt ſacerdotis exultatio: Hæc ſunt ſpolia & de rege ſuperbo primitiæ. Quapropter nō enim ſatis graue ſupplicium luiſſet impius homo: & ſeuiſſimus tyrannus ſi inſurgētibus ī ſe ciuibus primo tumultu cæſus fuiſſet. Mitius.n.q̄ par erat ſecū actum fuiſſet: ſi tam breui morte tantas calamitates euaſiſſet. Sed in primis patriam amiſit: quæ hominibus ipſa uita carior eſſe ſolet. Deinde exercitum illū cui imperare conſueuerat: quēq; ſibi obſequētiſſimum hactenus expertus fuerat in ſe inſatiabili odio furētem armatum uidit. Poſtremo optimum filiū in ipſo adoleſcentiæ flore cuius pietas in ſe defendēdo & ſuis armis protegendo ꝓſpecta fuerat cæſum uidere coactus eſt: & huiuſcemodi uulneribus nō ſemel ſed pluries mori cogeret. Quæ omnia ita a poeta deſcribuntur: ut maximo nobis exemplo ſint. Vt expiati omnibus ſceleribus & religionem ī deos: & pietatē in patriam: & manſuetudinē atq; inocentiā in omnes adhibeamus: nobiſq; ꝑſuadeamus deos eſſe memores fandi atq; nefandi. Vltimū autem ſuppliciū quo affectus fuit ꝙ ſua delicta tum demū recognoſceret: cū illis remediū nullū afferre poſſet quod tormētum maximū eſt. Vnde Perſius Magnæ pater diuū ſæuos punire tyrānos Haud alia ratiōe uelis cū dira libido Mouerit ingeniū feruēti tincta ueneno Virtutē ut uideat intabeſcantq; relicta. Tanta ne. oſtēdit hoſtili uulnere nō affici: ſed hoc penitus exanimari. Vt ꝑ me ho. expoſitio ē: tribus.n.modis idem dicit & exprimit id quod dixi. Nullum illi eſſe maius tormentū q̄ ꝙ recognoſcat ꝑterita ſcelera. Nūc alte.u.a: Tacite & q̄ſi per diffinitionem mouetur pathos: cum res quæ cōmiſerationem mouet non clare dicitur: ſed relinquit intelligi. Nam quid per hoc uulnus intelligitur niſi amiſſio filii. Hoc decus il.h.ſ.e. Repetitio eſt: quæ ut diximus ſæpe commiſerationem affert: ut Te dulcis coniunx te ſolo in littore ſecum. Te ueniente die te diſcedēte canebat. Rhebe diu: mouetur pathos ſi ſermo aut ad res inanimatas conuertitur: ut Dulces exuuiæ dum fata deuſque ſinebant. Aut ad bruta ut hic. Res ſi qua diu mortalibus ulla eſt. Dolet & breuitatem uitæ humanæ. Aeſtuat ingens uno in.c.p. Nam iſtis omnibus perturbationibus ita uehementer exagitabatur mēs: ut mare æſtuat. uariis uentis concitatum. Inde aliud ſuper atque aliud: Tam uariis perturbationibus æſtuās ac celeriter uti debuit. Figitque uolatque: Mira enim celeritate fugebat haſtilia in ſcuto & fugiebat.

Nec mortē horremus: nec diuū parcimus ulli:
Deſine. nā uenio moriturus: & hæc tibi porto
Dona prius: dixit telumq; intorſit in hoſtem.
Inde aliud ſuper: atque aliud: figitq;: uolatque

SER. Vmbo: Scutum. Nam a parte totum intelligimus. Leuos.e.i.o. ſecundum artem militiæ. Nam eques ſtans facillime ſuperat a pedite. In leuam autē ideo partem circuibat: ut æneæ dextram partem circūeiret: quæ utiq; nuda erat. Pugnaliniq̄: pedes cōtra equitē. Multa mouēs: utrum ī ipſum an ī equū tela intorqueret: quo uulnerato Mezentius carebat effugio. Inter tempora: ideſt ī frontem. Bellatoris equi: Per quem bellum geritur. Aliter hominem dicimus bellatorem: qui bellum gerit. Implicat: impedit. Cernuus: Cernuus equus dicitur qui cadit in faciem quaſi in eam partem quam cernimus: Vnde & pueri quos in ludis uidimus ea parte qua cernunt ſtātes cernui uocantur: ut etiam Var. in ludis theatralibus docet. Clamore in cæ. Implent: & abuſiue dicit.

Troeſque: gaudio. Latinique: dolore. Hauſit cæ. Hoc eſt aerem. Lucre. In hoc cælo qui dicitur aer & hoc dicit poſtq̄ reſpirauit: & mētem recepit poſt turbationem ex equi uenientem ruina. Hoſtis amare: Aſper: & eſt Home. de telo dictum quod hic ad hominem tranſtulit. Illic enim ait: πικρον οιστον. Nullum in cæde ne. mori uiro forti nefas non eſt. Nec ego ſic ut uincerem ueni: Hoc eſt cum uolūtate procumbo. Nec tecum meus.h.p.m.f.l. hoc ē nō cū hoc

Ingenti gyro: ſed ſuſtinet aureus umbo:
Ter circum aſtantem læuos equitauit ī orbes
Tela manu iaciens: ter ſecum troius heros
Immanem ærato circūfert tegmine ſiluam:
Inde ubi tot traxiſſe moras tot ſpicula tedet
Vellere: & urgetur pugna congreſſus iniqua:
Multa mouens animo: iā tandē erūpit: & iter
Bellatoris equi caua tempora coniicit haſtā:
Tollit ſe arrectū quadrupes: & calcibus auras
Verberat: effuſumq; equitē ſuper ipſe ſecutus
Implicat eiectoque incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt cælum troeſque latiniq;.
Aduolat æneas: uaginaque eripit enſem.
Et ſuper hæc ait ubi nunc mezentius acer:
Eſt illa effera uis aīmi: cōtra tyrrhēus ut auras
Suſpiciens hauſit cælum mentemq; recepit.
Hoſtis amare quid increpitas: mortēq; minaris

Nullum in cæde nefas: nec sic ad prælia ueni:
Nec tecũ meus hæc pepigit mihi fœdera lau/sus:
Vnũ hoc p si q̃ ẽ uictis uẽia hostibꝰ oro
Corpus humo patiare tegi: scio acerba meorũ
Circunstare odia: hunc oro defende furorem:
Et me consortem nati concede sepulchro.
Hæc loq̃t: iuguloq; haud isciu s accipit ensem
Vndãtiq; animam diffundit in arma cruore.

pacto a te lausus recessit ut uitam requireret. Fœdera autem pepigit per translationem dixit.i.nõ sic pugnauit: ut ullum mihi uitæ reliquerit desiderium.
Venia: beneficium: ut Orantes ueniam. Hunc oro defende fu.inimicorum iram: & post fata sæuire cupientem. Defende autem est prohibe: ut Dum teneras defendo a frigore myrtos. Et bene petit ab Aenea q̃ scit eum ultro concedere: ut probauit in filio. Petit autem non de eius pietate dubitans. Sed timẽs iram suorum. Haud.i.liptotes figura. Non enim dicit nõ ignarus: Sed expectans omnibus uotis: ut Munera nec sperno idest libenter accipio. In hac autem figura plus cogitatur q̃ dicatur. Vndantique arma: Ordo. In arma undãti Cruore animam diffundit: cuius sedem plerique sanguinem uolunt esse: & sic est dictum: ut Vna eademque uia sanguis animusq; sequuntur.
DONA. Corpus humi patiare tegi: Verebatur.n.ne ciues ex ueteri odio in eius cadauer nimis sæuirent.
CHRI. Leuos eq. in orbes.i.circuncurrendo in orbẽ hẽbat æneã ad sinistrã. Aliter.n.currendo hastilia in eũ haud facile cõtorsisset. Nam dexteram facilius ĩ leuã mouere poterat. Siluã: appellat siluam densa illa iacula scuto æneæ affixa. Corpus.h.p.t.non quia multi faceret sepulturam: sed qa egere ferebat suos ciues hoc assequi. Haud.i.Ita describit Turnus ut animo esset inuictus. Diony.ĩ hac historia scribit q̃ commissa pugna Latinus & Turnus cecidere: & Aeneas nusq̃ amplius apparuit. Deinde scribit obsessis troianis Mezentius tãq̃ uictor imperabat: petebatque ab Ascanio sibi dari uinum quod Latio proueniret. Ascanius recusauit: & uinum Ioui uouit. Inde nocturno tempore e castris exercitum educens hostes inuasit: ualidaque pugna commissa captis hostium castris multos & eum his Lausum troiani ceciderunt. Mezentius occupato cum paucis propinquo monte audita cæde filii cum Ascanio pacem egit: & reduxit in Etruriam. Virgilius Autem hæc quæ dicit in laudem æneæ fingit.

Descriptio undecimi libri.



Ndecimo uicta est non æquo marte camilla.
Cõstituit marti spoliorum ex hoste trophæum
Exanimumque patri natum palanta remittit
Iura sepulturæ tribuit: tempusque latinis
Euander patrios affectus edit in urbe.
Corpora cæsa uirũ passim digesta cremãtur:
Legati referunt diomeden arma negasse:
Drances & turnus leges æquante latino
Concurrunt dictis ænea imminet urbi.
Pugnatur: uincunt troes: cadit dicta camilla.
Deinde duces castris donec cessere minantur.

P. Virgi. Maro. Aenei. Liber Vndecimus.



Ceanũ interea surgẽs aurora reliq̃t
Aeneas q̃q̃ & socii dare tp̃s humãdis
Precipitãt cur: tur bataq; funerẽ mẽs ẽ
Vota deũ prĩo uictor soluebat eoo.
Ingentẽ quercũ d̃cisis undiq; ramis
Constituit tumulo: fulgentiaq; induit arma:
Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæũ

SER.



Ceanum interea surgens au.r. more suo prætermisit noctis descriptioné: quam transisse indicat præsens ortus diei: & hoc ẽ Vnde Horatius ait Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus Interpres. Quæ enim naturalia sunt omnibus patent. Aeneas q̃q̃ & socii dare tẽpus humandis Precipitant curæ: consuetudo romana fuit: ut polluti Funere minime sacrificarent: si tamen contingeret: ut uno eodemque tempore & funestaretur quis & cogeretur dare operam sacrificiis laborabat ut ante sacra compleret q̃ funus agnosceret. Horati. Puluillus in capitolii dedicatione cum ab inimicis ei filius extinctus nunciaretur ait: Cadauer sit: Nec uoluit funus agnoscere donec templa dedicaret. Secundum quem ritum etiam æneas inducitur ante operam dare sacrificiis: & sic ad sociorum & palantis sepulturam reuerti. Præcipitant.c. Vrgent: longam enim dilationem sepultura non patiatur. Turbataque.f.m.e.funere palantis κατεξοχην. Nam hæc consuetudo etiam apud poetas ut a plebe segregarẽt duces: Sic paulo post ait: Interea socios in humataque corpora terræ Mandemus: & intulit Mœstamque euandri primus ad urbem mittatur palas: Sicut dictum est Reliquias Danaum atque immittis achilli. Item Forsitan & fuerint Priami quæ fata requiras.
Primo uictor soluebat eoo: Anteq̃ luctum subiret & funestaretur. Primo autem eoo subaudimus tempore: Nam græcæ ηωσ dicitur quam nos Auroram uocamus Homerus ροδοδακτυλοσ quod nomen latini traxerunt per deriuationem ut dicerent Et lætus eois Eurus equis. Item Eoasque acies. Sane ut etiam snpra diximus in hoc sermone prima syllaba naturaliter longa est: sed cum opus fuerit corripitur: aut licentia nominis proprii aut quia eam uocalis sequitur. Constituit tumulo: in cole: quia trophæa

Bellipotens:aptat rorantes ſanguine criſtas:
Telaq; trunca uiri:& bis ſex thoracha petitū
Perfoſſumq; locis:clypeumq; ex ære ſiniſtræ
Subligat:atq; enſem collo ſuſpendit eburnū.
Tum ſocios nāq; omnis cum ſtipata tegebat
Turba ducum:ſic incipiens hortatur ouantes.
Maxima res effecta uiri:timor omnis abeſto
Qđ ſupeſt:hæc ſunt ſpolia:& de rege ſupbo
Primitiæ:manibuſq; meis mezentius hic eſt.
Nunc iter ad regem nobis:muroſq; latinos.
Arma parate animis:& ſpe præſumite bellū:
Neq̄ mora ignaros:ubi primū uellere ſigna
Annuerunt ſuperi:pubemq; educere caſtris
Impediat:ſegneſque metu ſententia tardet.
Interea ſocios inhumataque corpora terræ
Mādemus q ſolus honos acherōte ſub imo ē:

non figebantur niſi in eminentioribus locis.Saluſti. de Pompeio: Deuictis hiſpanis trophæa ī Pirenæis iugis conſtituit: ex quo more trophæa in urbibus fi gebant̄ in arcubus ex ædificatis.lō nūc trophæū po/ nit æneas:qa nec dū plenā ē uictoriā cōſecutus:ſed oc ciſo mezentio fugauit exercitū.Plenæ.n.uictoriæ ut ſupra diximus:triūphus debet̄:& pſoluit uota pp tā ti ducis īteritū.Vel qa fas erat ēt de primitiis ſacrifica re. Tibi.m.t.B.Hoc per parēthesim dictū ē. Aptat: apte locat & congrue. Telaq;.t.u.pfacta.Ita.n.in tro/ phæis pōi cōſuerūt. Iuue.Et fracta de caſſide bucula pendēs & currū temōe iugū uictæq; triremis.Aplu/ ſtre. Et bis.ſ.t.p.Perfoſſumq;.l.Duodecim uulneri/ bus appetitū:qa ut ſupra dixit: totius thuſciæ popu/ lus in.xii.partes fuit diuiſus:ut Gens illi triplex popu li ſub gēte quaterni: q ſingulis lucumōibus parebāt. Moris āt fuit ut ītereptos duces oīs uulneraret exer citus:ſicut etiā de Hectore Home.cōmemorat:unđ eſt. Quæ circa plurimū muros accepit patrios. Cly peūq; ex ære: figuratius q̄ ſi reū diceret. Enſē collo ſuſpēdit eburnū. Vaginā eburneā: Sāe ebur eboris fa cit nō eburis:ſicut murmur murmuris: unđ qa ī pri cipialitatis declinatiōe uarietas iuenit̄ & deriuatio uaria ē:nā eburnus facit ab eo qđ ē ebur eburneus ab eo qđ ē ebor eboris. Maxia res effecta uiri:Occiſo tāto duce:ſimul ēt trophæi oſtēdit̄ cā. Abeſto:abſit.nā tertia p/ ſona ē. Quod ſupeſt:de reliquo:& ē abſoluta elocutio. Et de rege ſuperbo Primitiæ:aut hoc dicit primitiæ iſtæ q̄s fecimus nō de plebe ſunt:ſed de rege ſupbiſſimo.Aut certe ſupbū regē Turnū accipiamus. Nā de ipſo legimus:At rutulo abſeſſu iuuēis tū iuſſa ſupba mirat̄:ut ſit ſēſus.Hæc ſpolia & hanc primā belli partē ſupbo Turno ſuſtulimus.nā hoc epithetō ppriū Turni ē:qđ ei Vir.p īgenti ſcelere dat.Apud.n.maiores ſupbia īgēs facīus fuit:adeo ut Targnius:p multis ſceleribus ſupbi nomē accepit. Mēzētius hic ē:talis ut Hūc ego te eu/ ryale aſp. Muroſq; latios:lā cāpeſtri ſupauimus plio.reſtat ut ēt obſidiōe uicamus.credit.n.q; ſibi iā apte nul lus occurat:nec īaniter.Nā & paulo poſt dicturus eſt Turnus. Furta paro belli:& ī.xii.Latinus: Vix urbe tue mur Spes italas. Arma pa.ais:ut hypallage ē p armis parate aīos.aut certe mutāda ē diſtictio : ut ſi animis & ſpe pſumitæ bellū.Mēte poccupate:ut ſupra Turnus:Et pugnā ſpate pari.Bene aūt ait pſumite:qſi rē iā ſui iu ris aut ei debere uideat̄ certa uictoria. Vellere.ſ.a.ſ.Ne ī mora ſitis cū captatis auguriis ad bellum exire cœpi/ mus.Vellere aūt pprie dixit:qa romana ſigna figebant̄ in caſtris:& cū ad bellū eundū fuiſſet captatis auguriis euellebāt̄ e terra:nā alibi ea figi nō licebat:ſed īter auguria ēt hoc habebat̄:ſi auellēt facile ſequerēt̄:adō ut cū filio ī Arabis parthico bello ſit Craſſus occiſſus:q iturus ad pliū auelleř ſigna uix potuit. Interea ſo.dōec obſi ſidiōis tps aduēiat. Qui ſolus honos acherōte ſub imo ē:pp Cētū errāt ānos:uolitātq; hæc littora circum:& bene acherōte ſub imo:qa hæc res ad umbras tātū ptinet:nā apud prudētes hoīes nullius momenti ſunt iſta.

DONA. Recte diis cōſecrat:eius arma q deos ſp cōtempſit. Bis ſex:q̄ta uis fuit iſtius q duodeci plagis occi di nō potuit:nā in apto iugulo piit. Nunc.i.a.r.nō.n.uult tunc eē cōſultandū de bello cū pliū erit gerendum.

CHRI. Turbataq; funere mēs ē:Nā cū cuperet iuxta exhibere iis q de bene de rep.meriti occubuerāt: tamē ne funere pollueret̄ āte q̄ ſacra diis īmortalibus ex uotis ſuſceptis pficeret:nō poterat nō turbari.Vel dicamus præcipitant.i.pcipitem agunt curæ:quoniam qui uictora recte uti neſciunt pſæpe neq;q̄ uicerunt.ergo cupie bat & diis īmortalibus:ut par erat ſacra exhibere:cupiebat & funera:quæ dilationem nō patiunt̄ pcurare:ſed nec cura pſequendæ uictoriæ omittēda erat.Maxime autem turbabat̄ funere.quia iniqſſimo animo ferebat cædem ſuoꝝ præſertim Pallātis. Primo eoo:nā cum ī noctem protracta eſſet pugna prius nō poterat. Pri/ mo eoo.i.prima aurora. Ingentem quercum:nō ſolū in teſtimoniū uictoriæ:ueꝝ etiam in honorem deoꝝ erigebāt antiqui trophæum. Bellipotens.i.mars:nō enim filiū ut Mezētius Lauſum trophæo honeſtare uo lebat:ſed deum cuius beneficio uictoriā aſſecutus fuerat. Maxima res:nihil potuit accommodatius proferri. Erant enim milites anxii uehementer de futuro & nō ſine ſummo timore:nā nō ſine ſanguie fugauerant ho ſtes:& adhuc ſupererant Turnus & Latius Hortatur igit̄:quoniā ipum optimū initium rei bene agēdæ plus q̄ dimidium totius eſſet. Primitiæ & de rege ſuperbo:Hoc expoſui paulo ante. Mezentius.i.in noſtra pote/ ſtate quæ quidem res magna eſt:Habet.n.emphaſim Mezentius.q.d.tam metuendus rex.Nūc iter ad regem q.d.ſuperator exercitu campeſtri uiā ferro nobis ad ipam urbē aperuimus.Maxima ergo res perfecta cum ui cto exercitu urbs obſideri poſſit. Arma.p.a.Non.n.iubentur arma induere: Nam tūc erant humandi ſocii & nō propugnandū:ſed ſint animis uiri parati ad arma q̄ primū capiēda cū opus fuerit. Interea ſocios:Hoc aūt pronunciat:ut non ſolum pemptis ſatiſſacit:uerum ut exemplo uiuētes accendat ad rem ſtrenue agendam.

SER. Egregias animas quæ ſanguine nobis. Ingē ti arte laudat potius q̄ miſereatur extinctos: ut preſē tium animos in bella ſuccendat. Quē non uirtutis

Ite ait egregias animas quæ ſanguine nobis
Hanc patriā pepere ſuo:decorate ſupremis

Muneribus mœſtaq; euādri primus ad urbē
Mittatur palas:quem non uirtutis egentem
Abſtulit atra dies:& funerem merſit acerbo.
Sic ait illachrymās:recipitq; ad limia greſſū:
Corpus ubi exanimi poſitum palantis acetes
Seruabat ſenior:qui parrhaſio euandro
Armiger ante fuit:ſed non fœlicibus æque
Tū comes auſpiciis caro datus ibat alumno:
Circū ois famulūq; manus troianaq; turba:
Et mœſtum iliades crinem de more ſolutæ.
Vt uero æneas foribus ſeſe intulit altis
Ingentem gemitum tunſis ad ſydera tollunt
Pectoribus:mœſtoque immugit regia luctu.
Ipſe caput niuei fultum palantis:& ora
Vt uidit leuique patens in pectore uulnus
Cuſpidis auſoniæ lachrymis ita fat̃ obortis:
Te ne inquit miſerande puer cum læta uēiret
Inuidit fortuna mihi:ne regna uideres
Noſtra:nec ad ſedes uictor ueherer̃ paternas:
Non hæc euandro de te promiſſa parenti
Diſcedens dederam:cū me complexus euntē
Mitteret ī magnū imperiū:metuenſq; mōeret
Acres eſſe uiros cum dura prœlia gente:
Et nunc illa quidem ſpe multum captus inani
Fors & uota facit:cumulatq; altaria donis.
Nos iuuenē exanimū:& nil iā cæleſtibus ullis
Debentem uano mœſti comitamur honore:
Infœlix nati funus crudele uidebis.
Hi noſtri reditus expectatique triumphi:
Hæc mea magna fides:at nō euādre pudēdis
Vulneribus pulſum aſpicies:nec ſoſpite dirū.

egentem.Ennii uerſus ē. Funere merſit acerbo:Immaturo:trāſlatio a pomis. Qui parrhaſio euan. Arcadico ciuitate arcadiæ:quā Dona.uult parrhā dicta qđ ꝓcedit ſi parrha nomē ē græcū.Si āt latinū ē ſtulte ſenſit:Nā græcū nomē latinā æthymologiā nō recipit. Ibat:proierat. Alūno : Alūnus eſt q græcæ τροφιμοσ dicit̃ quod nomē qa latinū nō eſt:ut ab eo qđ eſt nutritor inueniamus eum q nutritus ē tranſit ad nomen aliud quia & Alūnū dixit. Iliades crinem de morte ſolutæ.i.has æneæ ancillas intelligimus: nam omnes matres:hoc eſt mulieres nobiles in Sicilia remanſiſſe dixit:excepta Euryali matre:de q̃ legimus. Quæ te ſola puer tantis e matribus auſa proſeqtur.
Vt uero æneas foribus ſeſe īulit altis: Naturale.n.ē ut iteremiſſa lamēta repetant̃ cum aliqs notus aduenerit:ſic īſtatio Ingreſſis ducibus đnuo deflet̃ Archemorus. Niuei fultum palantis:late patet hoc epitheton referri.n.poteſt & apud candorem priſtinæ pulchritudinis:& ad pallorem ex morte uenietem:& ad frigus quod proprie mortuorū ē:ut Corpuſq; lauāt frigentis & ungunt. Leui in pectore:pulchro: puerili nondum ſetoſo. Tene inquit:iteratio ē.nā ſupra ait Lachrymis ita fat̃ obortis:ſicut in qnto poſuit:Et fidā ſic fat̃ ad aurē & paulo poſt īulit Dic ait.Sane ſciendū & allocutionē talem eſſe q̃lis illa ubi deflet̃ Euryalus.Nā locis oibus cōmouet miſerationē ab ætate:a tpe:a uulnere:a ſpe parentis. Cū læta ueniret:Inuidit fortuna mihi. Ac ſi diceret q̃tū nocere aduerſa cum læta talē īulit caſum.Videtur aūt dolere quod q̃ri non poteſt de fortunæ crudelitate:quæ ei uno eodemq; tēpore & tanta cōtulit beneficia & tale intulit dānum. Te ne īuidit fortuna mihi:ut Liber Pāpineus īuidit collibus umbras.Diſcedēs dederant. κατα τοσ ιωπωμενον hoc intelligimus.Nā abſcedēs nuſq̃ eſt Euāndrum allocutus Aeneas. Cū dura ꝓlia gēte: ſubaudimus fore Fors:& Forte ēt uota ſuſcipit. Pōt & unum eſſe forſet.i.forſitan. Cumulatq; altaria donis:& ſacrificat:& ſuſcipit uota. Naturaliter aūt quæritur de errore mētis humanæ. Nil iam cæleſtibus ullis debentem Viui enim ſuperorum ſunt : mortui autem ad inferos pertinent unde in.xii.Vos mihi manes eſte boni quoniam ſuperis auerſa uoluntas. Superis aūt debemus oīa donec uiuimus ideo qa ut dicunt phyſici cū naſci cœpimus:ſortimur a ſole ſpiritum:a Luna corpus:a Marte ſanguinē a Mercurio īgeniū a Ioue deſideriū:a Venere cupiditas a Saturno humorem: q̃ omnia ſingulis reddere uidētur extincti. Vano mœſti comitamur honore:Inani ut ſupra diximus quantum ad uiuos ptinet. Hi noſtri reditus:Tale eſt:ut Manibuſq; meis mezentius hic eſt. Hæc mea magna fides: κατα τοσ ιωπωμενον:quā de palantis reditu ꝓmiſerat patri. Pudēdis uulneribus:A tergo illatis:& ē cōſolatio. Nec ſoſpite:pro ſoſpiti.Antiptoſis eſt hoc dicit:Si fugiſſet uulneratus a tergo ipſe ei optares interitū.
DONA. Puerum dixit palanta ut uictoris minueret gloriam:nam alibi iuuenem dixerat.
CHRI. Quæ ſanguine nobis hanc patriā pepere ſuo. Duas ualidiſſimas cauſas ꝓponit qbus egregio funere decorādi ſint oſtēdat:& qđ ſuo ſanguīe eā uictoriā peperūt:qua q ſupſtites ſunt adepti ſibi ſint ī Italia ſedes ꝙ & hic honos nouiſſimus ultimuſq; ſit:Et quoniā Pallas externus hō:& a cuius patre ꝓfugus & ſine regno liberaliſſime acceptus fuerat:& auxilio conſilioq; ſubleuatus eandē operā quā ciues præſtiterāt ꝑcipuū illi & regio filio adoleſcēteq; fortiſſimo dignū funus parat.Verū ita uniuerſam hāc rem ꝓſequit̃ poeta:ut nihil miſerabilius explicari poſſit.Nullūq; locū omittit:unde aliqua poſſit educi cōmiſeratio quē nō tractet & grauiſſime & copioſiſſime.Primū.n.propris lachrymis omnia miſerāda facit.Quis.n.nō mœrore afficiat̃ lugēte rege.Mouet deīde pathos ab ætate.Nā cū hactenus Euader fœliciſſimus fuerit : nūc demū ſenio cōfectus ī adoleſcentē ſpem unicā patris īfœliciſſimus ſit factus.Mouet a luctu atq; ululatu omniū circūſtantiū.Maxime āt mouet a pulchritudine Pallātis & ætate.Nam cum natura duce maxime amemus pulchritudinem uehemēter dolemus eam in tenera ætate ita crudeliter extingui : ut pulcherrimum pectus duriſſimo ferro ſit trāſfoſſum.Mouet ab oratione Aeneæ qui in primis inuehit in iniquitate fortunæ:qui illum tam optime de ſe me

ritum rebus suis paulo post fœlicissimis futuris ita inuide atque crudeliter præripuerit ut sua uirtute partis frui nō potuerit:nec q̄ illi pro triumpho fuisset ī patriā uictor nō potuerit redire.Maxima aūt est illa cōmiseratio q̄ & ipse & Euānder præter spē in tantam calamitatē inciderint.Nec paꝝ momēti est in eo q̄ tam anxie euander illū cōmendarit.Nā timorē maximū ostēdebat. Hi nr̄i reditus.q.d.q̄tū falsi sumus a nr̄a opinione. Hæc mea magna fides:Conqueritur fidem suam esse imminutam. At non euandre:& hoc mouet pathos.

Optabis nato funus pater:hei mihi quantum
Præsidium ausonia:& quantum tu ꝑdis iule.
Hæc ubi defleuit:tolli miserabile corpus
Imperat:& toto lectos ex agmine mittit
Mille uiros:qui supremū comitētur honorē:
Intersitque patris lachrymis:solatia luctus
Exigua ingentis:misero sed debita patri
Haud segnes alii crates:& molle pheretrum
Arbuteis texunt uirgis:& uimine querno
Extructosq; toros obtentu frondis inumbrāt.
Hic iuuenē agresti sublimem stramīe ponūt:
Qualem uirgineo demessum police florem.
Seu mollis uiolæ:seu languentis hyacinthi:
Cui neq; fulgor adhuc:nec dū sua forma ꝛcessit
Nō iā mater alit tellus:uiresq; ministrat.
Tum geminas uestes ostroq;:auroq; rigentes
Extulit æneas:quas illi læta laborum
Ipsa suis manibus quondam sidonia dido
Fecerat:& tenui telas discreuerat auro:
Harū unam iuueni supremū mœstus honorē
Induit:arsurasque comas obnubit amictu:
Multaque præterea laurentis præmia pugnæ
Aggerat:& longo prædam iubet ordine duci:
Addidit equos:& tela q̄bus spoliauerat hostē
Vixerat & post terga māus quos mitteret umbris
Inferias cæso sparsuros sanguīe flammā:
Indutosque iubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces inimicaque nomina figi
Ducitur infœlix æuo confectus acetes

SER. Hæc ubi defleuit.i.postq̄ hæc cū lachrymis dixit.Flere.n.ē cū uoce lachrymare. Vnde habemus ī sexto Cōtīuo audite uoces uagitus & īgēs īfātumq; aīæ flentes ī limite prīo. Toto lectos ex agmīe:troianos tuscos arcadas. Exigua: q̄uis.n.magna sint orbitati patris prodesse nō possunt. Pheretrum:Græcæ φερτρον dicit̃.Vnde ꝑ dieresim pheretron pheretrū facit.Nā latīe capulus dr̄.Vnde ait Plautus Capularis senex.i.uicīus capulo: q dictus capulus ab eo qđ corpus capiat. Vimine querno:sunt aliq̄ duæ deriuationis: tamen eis sic utimur cū adiūctiōe alterius nominis: ut quernū uimen. Item colurnū ueru: ut Pīguia que ī uerubus torrebimus exta colurnis:ficulnum lignum ut Hora.Olim truncus eram ficulnus īutile lignum.Item aprugnum callū pro aprinū Optētu frōdis īumbrant ueluti camerā quandā capulo ramorū extensiōe fecerūt. Agresti sublimē stramīe ponunt. Hoc est suꝑ frōdes ponūt.Nā hic reddit qđ omiserat supra dicens:Extructos toros.Nec adens Vnde. Demessum: ꝑticipiū est ueniēs ab eo qđ est metor. Sane ab eo quod est meto p̄teritum ꝑfectum messui facit.

Sua.f.r.ꝓpria pulchritudo. Auroq; rigētes:unūq; uacat:& ē additū hiatus causa. Læta laborū:figura ē Lætus rei: nā modo dicimus Lætus labore. Discreuerat depīxerat:Simul amantis affectus ostēdit̃. Harū unā:de duobus & hoꝝ alterum & horū unū possumus dicere:nā artigraphi hoc tantum uetāt.Ne de duobus alium dicamus quod de multis proprie dicitur. Sane figurate dixit uestē īduit: ut Exuuias īdutus achillis: cum ī usu sit īduit illa re:ut Indutosq; iubet trūcos hostilibus armis Arsurasq; comas obnubit amictu.Haꝝ unā īduit iuuēi:altera caput eius uelauit Nā supra dixit duas uestes eē latas. Obnubit:āt uelauit. Trāslatio a nubibus q̄bus tegit̃ cælum unde & nuptiæ dicunt̃:q̄ nubentiū capita uelent̃. Laurētius p̄mia pu.mittit p̄mia quæ de præda laurētis pugnæ substulerat.nā præda ē q̄ eripit̃: p̄miū qđ offert̃.

Equos & tala q̄bus spoliauerat hostē: Vel Palas uel Aeneas.nā ambigue positū ē. Spolia āt cū ea tantum sint quibus hostis spoliari potest: ut lorica uel uestis. Abusiue ēt spoliū dr̄ q̄dq̄d ab hostibus tollit̃.Vnde ē postq̄ illū uita uictor spoliauit achilles. Vmbris īfe.proprie.nā īferiæ sūt sacra mortuoꝝ. Cæso sāguīe: ꝓ cæsoꝝ:ut supra:captiuoq; rogi ꝑfūdat sāguīe flāmas. Ipsos ferre.d.suos.s.q illis ꝑerant.Melius tamē ē iubet teucros ferre ipos duces.Hoc ē ducū spolia: ut trophæa ipos duces duxerit:sicut supra manibusq; meis mezētius hic ē. Inimicaq; nomīa figi:Inimicoꝝ dicit āt affixos trophæis titulos cū noībus occisoꝝ. Ducit̃ īfœlix ace.q̄si q cōsternitus nimio dolore ire nō poterat. Et bene ex reꝝ ꝑmutatiōe exꝑssit doloris magnitudinē dicēs ita doluisse acetē:ut pene carēs humano sēsu ꝑ se ire nō posset:& equū ita sētisse īteritū domini.ut in hūanū migraret affectū:nā & lachrymabat:& spōte seq̄bat̃ cadauer.

DONA. Quibus spoliauerat hostem:Ambigue dictum uel quibus usus fuerat dum hostes interimeret. uel quibus uictor hostes spoliauit.Vltima tamen sententia melior est.

CHRI. Hei ubi defleuit:egregius & excelso aīo uir:q tantū tribuit luctui quantū exigit humāitas.Deinde præparat id funus qđ Euādro ī tanto mœrorē aliquā posset afferre cōsolationē.Se plorat postremū damnū filii ex morte pallātis. Lectos mille uiros ex.t.a:Sīgula uerba ingēs pōdus hēt.Eligit.n.nō ex una altera ne ala aut cohorte:sed ex toto exercitu & legit mille ut pōpa eēt numerosa & legit uiros.i.hoīes fortissimos q & comitarēt̃ funus:& patrē cōsolarēt̃. Solatia exigua īgētis lu.declamatio a cōtrario ē exiguū & īgēs q̄ ostēditur quātus ī parēte luctus fuerat. Sed debita.q.d.quāuis uideret Aeneas q̄ parū ꝓficeret tāto apparatu:tamē debitū officiū nō censuit prætereundum.Crates & arbuteas uir.ponit q̄a res ī tanto rerum momento summā

celeritatem desiderans artificiū nullū expectare nō poterat. Sed hæc oīa agrestia & ex tēporanea magnifice ex ornata sunt pciosis uestibus superimpositis. Ergo nec mora fuit miseratio fabricādo nec magnificentia uesti um ad ornatū defuit. Stramine: & frondes & paleas: & qcqd ea gratia substernimus: ut quod sup ponēdū mollius excipiat. Qualē uirgineo: optima cōparatio: nā ut flos nuper succisus & si langueścat nō stati amit tit pulchritudinē: sic Pallātis pulchritudo non stati discesserat. Ex ista āt cōparatiōe sūmā citat commiseratio nem. De uiola āt & hyacintho diximus in bucolicis & georgicis. Mater alit: nam humore terrestri aluntur plantæ: quem radicibus suis sugūt: & ui stomachi pbētes decoquunt: & in alimentū cōuertūt. Ostro auroq̧ rigētes: sæpe poetæ duo uni uerbo adiungunt: quoꝶ alteꝶ nō quadrat: ut in geor. tenues pluuiæ & penetra bile frigus adurat: Nam frigoris ut & caloris adurere ē: sic hoc loco uestis ex purpuræ ifectura non riget idest nō redditur inflexibilis: ex multo āt intertexto auro riget. Laudat āt uestes a materia: qa ex purpura eēt & au ro: laudat ab artificio ac postremo ab auctoritate donatoris. Multaq̧: spēm pene triumphi adhibuit. Qui bus spoliauerat. Pallas potius q̄ æneas. Vinxerat: nā captiuos hostes ad sepulchrū ducis interfecti iugulabant Inde sequētibus tpibus dānati capite pugnare ī magnoꝶ uiroꝶ funere cogebāt ut eēt q sanguinē spgerēt do nec gladiatores puenerūt. Indutos trū. Ad quāda trophæi spēm. Ipsos du. Vt maiorē auctoritatē hērēt res uel duces funeris itellige. Ducit̄ infœlix æuo cōfectus ace. Pathos ab ætate: sic illud Et fauni misereř senectæ.

Pectora nūc fœdās: pugnis nūc unguibus ora
Sternitur: & toto proiectus corpore terræ:
Ducunt & rutulo perfusos sanguine currus.
Post bellator equus positis insignibus æthon
It lachrymās: guttisq̧ humectat grādibꝫ ora.
Hastā alii galeamq̧ ferūt: nam cætera turnus
Victor hēt: tū mœsta phalax teucriq̧ sequūt̄:
Tyrrhenique duces: & uersis arcades armis.
Postquā oīs longe comitū præcesserat ordo:
Substitit æneas: gemituq̧ hæc addidit alto.
Nos alias hic lachrymas eadē horrida belli
Fata uocant: salue æternū mihi maxime pala:
Aeternūq̧ uale: nec plura effatus: ad altos
Tendebat muros: gressūq̧ in castra ferebat:
Iamque oratores aderant ex urbe latina
Velati ramis oleæ: ueniamque rogantes
Corpora per campos ferro quæ fusa iacebant
Redderet: ac tumulo sineret succendere terræ:
Nullum cum uictis certamē: & æthere cassis:
Parceret hospitibus quondā socerisq̧ uocatis.
Quos bōus æneas haud aspernāda precātes
Prosequitur uenia: & uerbis hæc īsuper addit
Quæ nam uos tanto fortuna indigna latini
Implicuit bello: qui nos fugiatis amicos?
Pacem ne exanimis: & matris sorte peremptis
Oratis? equidem & uiuis concedere uellem:
Nec ueni ni fata locum: sedemque dedissent:
Nec bellū cum gente gero: rex nostra reliquit
Hospita: & turni potius se credidit armis.
Aequs huic turno fuerat se opponere morti:
Si bellum finire manu: si pellere teucros
Apparat: hic decuit mecum concurrere telis.
Vixet cui uitam deus aut sua dextra dedisset:
Nunc ite: & miseris supponite ciuibus ignem.

SER. Fœdans: uel cruentās: uel lacerās. Terræ: in terra. Positis īsignibus: sine phaleris: qd āt equū di cit lachrimare nō miꝶ ē: cū Home. ēt diuinitatē idu xerit. Aethon: nomē eq: quo & auroř equus uocat̄. Cætera turnus uictor habet: κατασιωπωμενον & alia ei sustulisse itelligamus nō tātū Baltheū: ut legi mus supra. Phalāx: lingua macedonū legio. Quod āt ait mœsta: arcadas itelligimus. Vnđ isert Teucriq̧ tyrrheniq̧: & hoc est quod ait supra Et toto lectos ex agmine mittit mille uiros. Versis arcades ar. Lu gentū more mucronē hastæ nō cuspidē contra ter rā tenentes. Scuta etiā iuertentes propter numia illic depicta: ne eoꝶ simulachra cadaueris polluerent̄ as pectu: ut nōnullis frustra placet. Nam lugētū mos ē prioris habitus imutatio. Alias hic ad lachry. ad ali am sepulturā. Salue æternū mihi maxime pala Ae ternūq̧ uale: Varro ī libris logistoricis dicit iō mor tuis salue & uale dici: nō ꝙ ualeř aut salui eē possint: sed ꝙ ab his recediuseos nūq̄ uisuri hic ortū ē ut etiā maledicti significationē iterdū uale optineat: ut Te ren. Valeāt qui iter nos dissidiū uolūt: hoc ē ita a no bis discedāt: ut nūq̄ ad nostꝶ reuertant̄ aspectū. Er go cū mortuo dicit̄ uale: nō ætimologia cōsideran da ē: sed cōsuetudo: ꝙ nullis uale dicimus nisi a qui bus recedamus. Oratores: Legati a porando pro re publi. nominati. Vrbe latina: pro latini idest de lau ro lauinio. Velati ramis. o. non coronati. Nec enim lugentes decebat: sed istructi & ornati. i. in manibus oliuæ ramos ferentes: sic Home. σεμματε Χωνευ Χερσεν Velari āt ornari: ut illo loco significat: Victo ri uelatū auro uittisq̧ iuuēcū: cū uittis nō aut uelent̄ aut coronent̄ uictimæ: sed ornentur. Veniamq̧ ro gantes: Beneficiū. Ferro quæ fusa: modo interem pta alias fugata sed discernūtur epithetis ut si dicas ferro fusus ē: uel metu fusus. Redderet: Ostendit iā posse in troianorum eē potestate. Et æthere. c. uacu is: unde & rhetia casses dicimus. hoc autē bene addi dit ꝙ uicti possūt inouare certamē. Aut asper nan da: iusta non contemnenda. Sepulturæ. n. beneficiū generaliter debetur uniuersis. Insuper addidit: accu mulat uerbis beneficium dicens pacem se etiam ui uis uelle præstare. Pacem: autem ideo defūctis: qa ait nullum cum uictis certamen & æthere cassis: & mortuorum pax sepultura ē. Vnde elegit uerbum utriusq̧ aptum. Quænā: quanta & qualis: nam mi rantis ē: nec. n. dubitat: cum ipse dicat indigna. Im

plicuit:inuoluit inuitos. Nec ueni:nec uenissẽ tẽpus ꝑ tpe. Nec bellũ cũ gẽte gero:sed cũ turno ꝑ qđ eoꝝ captat fauorẽ. Huic morti:δεικτικῶσ.quasi ostendit iacentes. Si bellũ finire manu:hoc est.n.interẽptiõe:põt eni ĩ pace finiri. Vixet:pro uixisset:& est syncope. Deus aut sua dextra dedisset:uictoriá uel uitá:quia dupliciratione cõstat uictoria:aut uirtute:aut uoluntate fortunæ. Miseris ciuibus:quasi aliena culpa pereũtibus.
DONA. Miseris:qui non in suo:sed in Turni negocio perierant.

Aethõ CHRI. Aethon:nomẽ equi pallãtis deductũ ab uno ex equis solis.Erant eñi Pyrous:Eous:æthon:& phlegõ:qđ át eũ ex desiderio domini illachrymátẽ scribit nõ oĩno poeticũ ẽ:ná equos & uictoria exultare atq; efferri & lætitiá ostẽdere:& cũ uicti fuerint sũmo mœrore cõfici ẽt:qui naturalẽ historiá tradidere affirmát.ná Pli.ait Præsagiũ pugná & amissos lugẽt dominos:lachrymasq; ĩterdũ desiderio fundunt.Interfectoq; Nicomede rege equus eius desiderio uitá finiuit.Ac multa alia in eadẽ sĩna põit. Iam orato.ostẽdit q̃ ampla fuerit uictoria:cũ ita se uictos hostes faterẽt:ut stati ad pacẽ petẽdá sese submitterẽt.Ostẽdit ẽt qđ unius uiri auctoritas possit:ná absentia Turni hæc pene oĩa euenerũt. Nullũ cũ ui.cer.&.æ.c.Grauissimus locus:& q plurimũ apud eũ uiꝝ ĩ quo recta rõ ualet omnẽ ꝑturbationẽ supprimeret.Quapp primo cõgressu placatus ẽ Aeneas.
Prosequit.u.q.d.stati donat ueniá. Quæ.n.f.ná cũ & se & illos excusare uellit:reiicit culpá ĩ fortuná:& re uera latinus societatẽ expetiuerat troianoꝝ:& ipse æneas nihil aliud tẽtabat sed iniqtate fortunæ a Turno ĩ bellũ ĩpulsi sunt. Et uiuis cõ.uel.sñia ẽ.Vellẽ ipsos nõ fuisse extĩctos:ut uiuẽtibus pacẽ dare possẽ. Vel dicit ita: Omnia cæsis remito.ut ẽt cũ uiuentibus conuenire cuperem. Nec ueni.q.d.non fuit causa ueniendi ut uos debelarem:sed ut quem fata locũ dabant acciperẽ.Hinc seqtur ut nõ geram bellũ cum latinis:quos ĩcolumes eẽ cupio:sed cũ rege uestro a quo terris fatalibus prohibeor:tandẽ omnẽ culpá ĩ Turnũ reiicit. Accumulatq; inuidia qui cum belli causa fuerit a pugna discesserit

Dixerat:æneas olli obstupuere silentes:
Conuersiq; oculos inter se:atq; ora tenebant.
Tum senior semperq; odiis:& crimine drãces
Infensus iuueni turno sic ore uicissim
Orsa refert:o fama ingens ingentior armis
Vir troiane:quibus cælo te laudibus æquem?
Iusticiæ ne prius mirer belli ne laborum?
Nos uero hæc patriá grati referemus ad urbẽ
Et te si qua uiam dederit fortuna latino
Iungemus regi:quærat sibi fœdera turnus.
Quin & fatales murorum attolere moles:
Saxaq; subuectare humeris troiana iuuabit.
Dixerat hæc:unoq; oẽs eadẽ ore fremebãt.
Bis senos pepigere dies:& pace sequestra
Per siluas teucri mixtique impune latini
Errauere iugis.ferro sonat alta bipenni
Fraxinus:euertunt actas ad sydera pinus:
Robora:nec cuneis & olentẽ scindere cedrũ:
Nec plaustris cessãt uectare gemẽtibus ornos
Et iam phama uolans tanti prænuncia luctus
Euandrum euãdriq; domus & mœnia replet.
Quæ modo uictorem latio palanta ferebat
Arcades ad portas ruere:& de more uetusto
Funereas rapuere faces:lucet uia longo
Ordine flãmarum:& late discriminat agros.
Cõtra turba phrygũ ueniens plangentia iũgit
Agmina:quæ postq̃ matres succedere tecto
Viderũt:mœstã ĩcendunt clamoribus urbẽ.
At non euandrum potis est uis ulla tenere:
Sed uenit in medios:pheretro palãte reposto
Procubuit sup:atq; hærẽt lachrimãsq; gemẽsq;

SER. Obstupuere silẽ.i.obsttupefacti sunt & silere cœperũt. Tunc senior:cui ab ætate ꝑstabatur auctoritas. Odiis & crimie drãces insensus iuue.turno:Aut per suũ crimẽ.i.inertiá:quam semper uirtuti cõstat eẽ cõtrariá:aut Turni crimine:qui tot uiris mortis cá extiterat. Orsa refert:Cœpta uerba. O fama ingens ingentior armis:frustra ait Dona.hoc nomen de his esse quæ non recipiunt comparationem nam quia augumentum recipit etiam comparatur. Alia illa sunt nomina in quibus est dubitatio utrum comparentur:ut est perfectus quia si uelis comparare incipit perfectus non esse perfectus. Cælo te laudibus æquem?pro is qui ĩ cælo sunt idest diis:ut Ceruleus thybris cælo gratissimus amnis. Iustitiæ ne prius mirer belli ne la.Figura græca miror illius rei & regno illius rei:ut θαυμάζω ἐκείνου καὶ ἄρχω ἐκείνου.unde Horatius ait:& qua paupere daunus agrestum regnauit populorum:pro agrestibus populis.
Si qua ui.rationem. Dederit.f.l.& bene cum exceptione policet dicens:si uoluntatem nostram fortuna comittetur. Fœdera.t.Vel coniugis uel amicitiarum. Fatales.m.quia audiuerat:Nisi fata locum sedemq; dedissent. Saxa troiana:Ambitione ait quasi troianis fataliter debita. Pepigere dies:pacti sunt ab eo quod est paciscor & pepigi:& pactus sum facit sicut ab eo qđ ẽ ꝑco & parsi & pepci. Pace.s.media & tẽporali.ná sequester ẽ medius ĩter duos altercantes apud quẽ aliqd ad tps se ponit. Pacẽ ergo sequestrá ĩducias dicit.i.pacẽ tẽporalẽ:& mediá inter bellũ ꝑteritũ & futuꝝ. Mixtiq; ĩm.l.apud maiores magna rat cura fidei:adeo ut inter Porsená & Romanos factis indutiis:cũ ludi circẽses ĩ urbe celebrarent:ĩgressi hostiũ duces curruli certamine cõtẽderẽt:& uictores coronarẽt. Ferro.b.ad epithetõ trãstulit nomẽ propriũ:ná bipẽnis ꝑ se plenũ ẽ:& securĩ significat:ut crebrisq; bipẽnibus ĩstát. Robora:Mõ genus est ligni ná ẽ inter spãlia noĩatũ. Palustris ge.sub põdere sonãtibus. Quæ mõ ui.l.p.s.bene mõ Vno.n.eodẽq; die & fortiter fecit & piit:ut Hæc te pria dies bello dedit:hæc eadẽ aufert. Arcades ad.p.r.eos dicit q ĩtra ciuitatẽ sunt. De.m.ue.qa antea ꝑ noctem

Et uia uix tandem uoci laxata dolore est.
Non hæc o pala dederas promissa parenti
Cautius ut sæuo uelles te credere marti.

cadauera persunerabantur cum faculis. Rapuere faces: Raptim & festinanter tulere. Discriminat: diuidit. Vnde discrimen capitis muliebris dicitur. Incendunt: implent: ut clamore incendunt cælum troesque latinique. Vis ulla: nec ætatis imbecilitas: nec sæueritas regia. Pheretro palante reposto: posito Palantis pheretro. Nam antiptosis est. Non hæc o pala dederas promissa parenti Cautius ut sæuo uelles te crede mariti: duplex expositio é: aut. n. hoc dicit: Non. n. mihi talia promittebas; ut crederé te cautius dimicatuꝝ: ut intelligamus Palantẽ proficiscentem promisisse patri uictoriá cædé hostium plurima spolia. Qui enim hoc cogitat cautelæ obliuiscitur auiditate pugnandi aut certe non pro non ne nempe accipiamus: ut in Terentio: Non tu hunc rus hinc prodesse aiebas idest nõne pro nẽpe: ut sit sensus. Nẽpe mihi hæc dederas promissa discedens: quia cautius fueras dimicaturus.

DONA. Pace sequestra: sequestra pax ea est quæ sic interponitur ut non tollit sed differat bellum. Post quamma. uel pro mulieribus posuit. uel matres eorum qui cæsi fuerant.

CHRI. Conuersiq; o. in. se. Quo signo tacite ostẽdebant admirari. O fama in. Multis dura aduersaria cõstituta est fama cum ipsi re correspondere non possint. Ergo magna laus æneæ qui famá superet. Quibus. l. æ. t. c. q. d. quibus uerbis possum promere laudes tuas quibus te cælo idest cælestibus diis æquari potes. cũ aũt iustitiam & bellũ ponat: ostendit illũ & in pace & ĩ bello optimũ eẽ quibus ciuili homini nihil maius tribui põt hæc ãt duo ita magna eẽ affirmat: ut nõ possit discernere utrum maius. Grati: Memores beneficii accepti de humádis cæsis. Si qua uiá. d. f. ná fortuna disiunxerat latinũ ab Aenea & nõ cõsiliũ. Ergo de uoluntate Latini nihil dubitátes fortuná quæ aduersa illũ disiunxerat optat ut prospera reconciliet: & sic beniuolũ suũ regé æneæ reddit. Quærat sibi fœ. t. amare ĩ eũ hæc euomit. q. d. non esse habẽdam rõné eius qui soli sibi seruiens: ut cõiugio potiret̃ cæteroꝝ saluté in discrimẽ adduxit. Pace seque. sequestré eum appellamus: cuius fidei credit̃ rex: de qua controuersia pẽdet donec certũ decernatur: & a quadá similitudine iducias pacẽ sequestré appellát. Quæ mõ ui. ex q̃ re ostẽdit̃ quá uaria mutabilisq; sit fortũa q̃q; ĩstabilis. Arcades ad por. rue. distributio é ná magnus luctus fuit uiroꝝ funeri occurrentiũ: maior mulierum ĩtra urbẽ: maximus át Euándri cui a pĩcipio uocem dolor præripuit. Non hæc o palla: Inde exorsus est unde dolor proueniebat.

Seque ster

Haud ignarus erã q̃tum noua gloria ĩ armis:
Et prædulce decus primo certamine possit
Primitiæ iuuenis miseræ: bellique propinqui
Dura rudimenta: & nulli exaudita deorum
Vota precesq; meæ: tuq; o sanctissima cõiunx
Fœlix morte tua neq; in hũc seruata dolorem.
Contra ego uiuendo uici mea fata: superstes
Restarem ut genitor: troũ socia arma secutũ
Obruerẽt rutuli telis: animam ipse dedissem:
Atq; hæc pompa domũ me nõ paláta referret
Nec uos argueri teucri: nec fœdera: nec quas
Iunximus hospitio dextras: sors ista senectæ
Debita erat nostræ: quod si immatura mãebat
Mors natum cæsis uolscorum milibus ante
Ducentem in latium teucros cecidisse iuuabit.
Quin ego non alio digner te funere pala
Quã pius æneas: & quã magni phryges: & q̃
Tyrreheniq; duces tyrrhenũq; exercitus oĩs
Magna trophæa ferũt quos dat tua dextra le-
Tu quoq; nũc star̃s ĩmanis trũcus ĩ armis: -to.
Esset par ætas: & idem si robur ab annis
Turne: sed ĩfœlix teucros qd demoror armis?
Vadite: & hæc memores regi mãdata referte.
Quod uitã moror inuisam palãte perẽpto:
Dextra causa tua est turnum natoq; patriq;
Quã deber̃ uides. meritis uacat hic tibi solus

SER. In armis: apud armatum: Cuius consilium cupiditas uictoriæ plerunque conturbat. Vota: precesque meæ: supra Fors & uota facit. Fœlix morte tua: ea re fœlix q̃ cæteri dolẽt. Viuendo uici mea fata: Diu uiuendo: ut in Bucolicis O lycida uiui peruenimus. Vici autem mea fata per naturalem ordinẽ uita longiore superari: Nanque hic ordo naturalis é ut sint parentibus superstites filii. Fata ergo generalia dixit referens se ad naturalem ordinem: non ad fatum proprium. Nam fata superare nemo hominũ potest: Vnde multi sic distinguunt: Contra ego uiuendo uici uitam scilicet filii. Nam hoc est superstes restarem ut genitor: ut mea fata per exclamationem dictũ sit. Sciendum tamen etiam irrationabilia dolẽtibus dari. Restarem: essem. Dedissem: reddidissẽ.

Nec uos ar teu. exonerat eoꝝ pudoré ne uideat̃ cá orbitatis fuisse: dicens hoc sibi fataliter debitũ. Senectæ: deest ætatis ná senecta ætas dr̃ Sal. Senecta iam ætate. per se autem plenum est si senectus dicamus.

Ducentem in la. t. c. i. lucrũ quodámõ putat ĩpedisse ꝑ amicoꝝ fœlicitate filiũ q morti fuerat acerbo fũere fataliter debitus: & é a q̃litate beneficii solatiũ

Non alio digner te funere pala: Latenter hic æneæ ostenditur pietas quæ in amici funus tanta contulit ut pater amplius præstare non posset. Tu quoq; nunc stares immanis. t. ĩ. ar. Sicut isti duces de qbus hæc sunt trophæa. Ná supra ait. Indutosq; iubet trũcos hostilibus armis ipsos ferre duces. Esset par. æ. uel mea uel filii. Nam ad utrunque põt referri. Teucros qd demoror ar. Ab armis: & hoc uidet̃ dicere dimittẽdi sũt troiani: ut more Turni satissiat doloribus meis: qđ etiam hic posteriora significát. Meritis uacat hic tibi solus Fortunæq; lo. Nihil est aliud quod possit uel uirtus tua uel fortuna ꝓstare. Nam his rebus uictoria contingit: nisi ut occiso Turno &

uindices filium:& patrẽ consoleris orbatum. Sed gnato.m.p.sub.i.ac si diceret hãc solã esse causam : ꝗ eum cogat ad uitæ pacientiam:ut filio Turni nunci etur interitus. Extulerat.l.Asinius Pollio dicit ubi que Virgi.ĩ diei descriptiõe sermonem aliquem ponere aptum ꝑsentibus rebus:ut hoc loco:quia funerum & sepulturaꝝ res agitur : dicit extulerat. Nam & efferre ẽ ad sepulturam ferre.Itẽ ĩ quarto qa ẽ nauigaturus æneas & relicturus didonem dicit : Tithoni croceũ linquẽs aurora cubile:quod licet supefluũ sit:ĩ multis tamẽ locis ĩuenit̃. Miseris.m.ꝗ sunt subiecti tot casibus Home.Δει λοισι βροτοισ.i.miseris mortalibus non timidis. Opa atq; la.hoc opus:& hæc opa tũc dicimus quãdo negociũ ipsũ quod gerit̃ significamus.Si ãt fœ.ge.dixerimus operas ipsas personas : quæ aliquid faciunt significamus:sicut custodia dicit̃ quæ custodit:ut cernis custodia qualis:nã ut hi qui custodiuntur custodia dicant̃:usurpatũ est:unde male est in usu:Custodiæ audiunt̃. Constituere.p.Pyra est lignoꝝ cõgeries:rogus cũ ardere cœpit dr̃:bustũ uero iam exustum uocat̃:quẽ ordinem seruat poeta dicens. Constituere pyras.Itẽ subiectisq;.ignibus atris.Ter circum accensos decurrere rogos.Item semiiusta seruant busta.

Fortunæque locus:non uitæ gaudia quæro:
Nec fas:sed nato manes perferre sub imos.
Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem:referens opera:atq; labores.
Iam pater æneas iam curuo in littore tracon
Constituere pyras:huc corpora quisq; suorũ

DONA. Nihil in his uersibus dignum quod ponerem inueni.

CHRI. Haud ignarus eram:oratio hæc artificio summo exornata cuius uires facile ex similibus hactenus interpretatis orationibus facile intelligemus. Accusauerat natum qui sibi inobtemperans fuisset: nunc ostendit non ex ĩpia contumacia:sed ex magni animi audacia & gloriæ cupiditate peccasse. Primitiæ iuuenis mi. exclamatio ẽ ꝑ quã cõqueritꝰ fortunã stati a pricipio pallãti inimicũ fuisse:& prima militiæ. rudimẽta durissima extitisse:& sua uota minime fuisse exaudita. Tuq;.o.s.c.s.m.tua:Maximũ ĩfœlicitatis argumẽtum:Nã cũ si ꝗ infœlices fuerunt nostrarum calamitatum comparatione fœlices possunt appellari:ut illud O ter quaterq; beati Quis ante ora patrum &.s.a.c.o. Vici mea fata:Hyperbole ẽ.Nemo enim sua fata uicit. Sed cum uolumus longam alicuius uitam dicimus uixit plusꝗ̃ sibi a fato concessum fuerat:ut tantam uideret calamitatem Multi enim propter longiorem uitam in eas calamitates inciderunt quas si prius decessissent omnino euitassent quod de Priamo testat̃. Troũ.s.a.s. Increpat se ipsũ qđ nõ potius ipse met ĩ bellũ ꝓcesserit:& ĩ quo ꝑmortuus filii funus nõ aspexisset. Nec uos ar.Nõ tamẽ ĩputat mortẽ filii troianis: ꝗ illũ ĩ bellũ adduxerit: sed fato suæ senectæ.Illis autem debere fatetur ꝙ postꝗ̃ filio moriendum erat cũ tãta gloria mortuus fuerit.

SER. More.t.p.quia apud uarias gentes diuersa fuerunt genera sepulturæ:inde ẽ ꝙ alii obruuntur: alii exuruntur:alii proprias remittuntur ad patrias alii per diẽ ut nunc isti:alii ꝑ noctẽ ut supra Palas : & ꝓpter has uarietates Vir.posuit.Nãq; Eraclytus ꝗ oĩa uult ex igne cõstare:dicit debere ĩ ignẽ corpora resolui.Thales uero ꝗ cõfirmat oĩa ex humore procreari dicit obruenda corpora:ut possint humore resolui. Ignibus atris: Atq ignes atri nõ sũt sed epithetõ traxit de negocio ut atris diceret:hoc est funebribus ut paulo post Mœstũ funeris ignẽ.i.funebrẽ.Nam mœstus eẽ nõ potest ignis. Condit̃ ĩ tene.i.fumi obscuritate cõplet̃. Cuncti fulgentibus ar.frustra hoc epithetõ notãt critici quasi circum euntes rogos alia arma habere debuerunt. Cincti:instructi. Decurrere.r.ꝑ circa rogos cucurrere .Bene autem ait decurere nõ decurrere. Nam uerba quæ in præterito perfecto primam syllabam geminant ut curro cucurri: & tondeo totondi:cũ composita fuerint geminare nõ possunt:Nã neq; decucurri:neq; detotondi dicimus:exceptis tãtũ duobus do & sto. Clangorq; tu. ante.n.mortui ad tubã deducebant̃ : unde Persi.Hic tuba cãdelæ:tandẽq; beatulus alto Cõpositus lecto. Hinc alii spolia oc.d.l.secũdũ suæ gentis ritum alii hostilia arma: alii peremptorum cremabant. Feruẽtesq; ro.nimio.s.cursu:Alibi uolet ui feruidus axis. Hora.Metaq; feruidis euitata rotis. Nõ fœlicia te. ꝗbus defendere nequiuerũt. Mactant̃.c.m. Aut in morte aut morti ipsi deæ.Stat.In scopulis mors sæua sedet:Luca.Ipsamq; uocatã Quem petat e nobis mortẽ tibi coge fateri.Circa ãt ideo quia Homerus dicit in morte Patrocli circa corpus extincti tam ho

Morte tulere patrum:subiectisq; ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cælum.
Ter circum accensos cincti fulgentibns armis
Decurrere rogos:ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis:ululatusque ore dedere.
Spargit̃ & tellus lachrymis:sparguntꝰ & arma.
It cælo clamorq; uirum clangorq; tubarum.
Hinc alii spolia occisis direpta latinis
Coniiciunt igni galeas ensesque decores.
Frenaq; feruentesq; rotas:pars munera nota
Ipsorum clypeos:etiam non fœlicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora morti:
Setigerosque sues:raptasq; ex omnibus agris
In flãmam iugulant pecudes:tum littore toto
Ardentes spectant socios:semustaq; seruant
Busta:nec quæ auelli possũt nox hũida donec
Inuertit cælum stellis ardentibus aptum.
Nec minus & miseri diuersa in parte latini
Innumeras struxere pyras:& corpora partim
Multa uirũ terræ ĩfondiunt:auectaq; partim
Finitimos tollunt in agros:urbiq; remittunt.
Cætera confusæq; ingentem cædis aceruum
Nec nũero nec honorꝰ cremãt:tũc undiq; uasti
Certatim crebris collucent ignibus agri:

Tertia lux gelidam cælo dīmouerat umbrā.
Mœrentes altum cinerem:& confusa ruebant
Ossa focis:tepidoq̄ȝ honerabāt aggere terræ.
Iam uero in rectis prædiuitis urbe latini
Præcipuus fragor & lōge pars maxīa luctus.
Hic matres miseræq̄ȝ nurus:hic chara sororū
Pectora mœrentum puerīq̄ȝ parentibus orbi

SER. Hebri:Fluuii thraciæ.Sanguineus mauors. Gaudens sanguine αιμοσωαρησ. Clypeo increpat: Sonat alibi arguit:ut Increpat ultro Cunctantes socios. Vltima: Hoc ẽ tota:si enim gemit ultima omnis sine dubio. Miserabile cæsis:miserabiliter:nomẽ pro aduerbio. Ipse nutrierat: Solent enim plerunq; filios aliis dare nutriendos parentes. Ausus pelidæ precium sibi poscere currus:Difficilis hypallage: Nã hoc uult dicere:qui ut Achillis equos possit accipere. Ire ausus est ad castra græcorum. Ordo enim non procedit: qui ut iret ausus est petere. Affecit precio: modo pœna:nam precium est τωνμεσων.Teren.Ergo ob stultitiam preciũ fero. Nec equis aspirat achillis:Aspirare apud maiores accedere significat. Cicero Nunq̃ aspirauit ad curiam : sed hic figurate dixit aspirat equis.Pro ad equos occisus est : nec ad equos Achillis accessit:melius tamen est ut de Diomede intelligamus:ut sit sensus Diemedes occidit Dolonem qui equos Achillis ausus est petere:quos nec ille: qui eum uicit poposcit. Dextræ mucrõem extorquet: quasi prœconomia est ut non eum suo ĩterimat gladio ne agnoscat ꝙ Metisci est etiam nũc suum requirat:quo facto ꝑire poterat sequens fracti gladii œconomia. En agros:quos uictore ænea te accipere posse credebas:inde enim sarcasmos facta est.Nam consuetudo erat ut uictores imperatores agros suos militibus darent:ut in historiis legimus.Item in Luca. An melius fierent piratæ magnæ coloni. Sternacis equi:ferocis:qui facile sternit sedentẽ. Edoni boreæ: Thracii:nam edon mons est thraciæ.Sane sciendum hoc loco errasse Donatũ q dicit edonii legendum est ut do breuis sit secũdum Lucanum:qui dicit edonis ogygio decurrit plena lyeo:nanque certum est systolem fecisse Lucanum:unde edoni legẽdum est : ut sit hic edonus huius edoni.Stati.& Virgi. & artem secutus ait Tristius edonas hyemes herũq; niualem: non edonias. Aegeo:mari scilicet sicut sequẽtia indicãt.

Sequiturque ad littora fluctus:nam male ait Donatus montẽ esse unde flat boreas:cum certum sit eum de hiperboreis montibus flare. Instantem phegeus: aut sibi aut omnibus. Ad currum: pro currui se obecit. Citatorum:apheresis est : pro concitatorum. Biricem:loricam si longa est:& accentum habet. Sicut bisilum si producitur : quia & filia & licia dicimus. Degustat : leuiter tangit. Vnde contra de alto uulnere ait.Virgineumque alte bibit acta cruorem.

DO. Sãguieus:nõ ipse:sed q aliis sanguinẽ effũdit.

CHRI. Hebri:flumen thraciæ cuius hostium nobilitatum est tumulo Polydori. Mauors:Nam thracia ut dictum est ei attribuit. Equos:scilicet dimũ & phoum. Ante notos : Quia celeritate præuenit.

Dei comitatis:Nam insidiæ metus discordia & iræ comites sunt bellantium. Hunc congressus: Vt uarietate omne auditoribus tedium fastidiumque auferat. En agros : Amara & hostilis insultatio & temere effusa.Non enim decet uiꝝ excelso animo præstantem ita efferri præsertim marte adhuc dubio.

Non tulit instantem : Vt rem uaries : neq; omnes

Lancea consequitur:rumpitque ĩfixa bilicem
Loricã:& summum degustat uulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus ĩ hostem
Ibat:& auxilium stricto mucrone petebat:

Turno cedentes. Inducat: hunc repugnantem facit.
SER. Procursu:Impetu:& est una pars orationis procursus. Sæuit:quia non potest.s.in bella procedere. Ense secent lato uulnus:animum uiri fortis expressit. Iapis: Aptum nomen medico:nam ιαπαι dicunt curare. Augurium citharamque dabat: uerba lectio est dabat:nam nõ dedit: Sane per cytharam scientiam ĩdicat harmoniæ. Vt depositi:desperati:nam consuetudo erat ut desperati ante ianuas suas collocarentur:uel ut extremum spiritum redderet terræ: uel ut possent a transeuntibus forte curari.qui aliquando simili laborauerant morbo:Cicero. Aegrã & prope depositam reipubli.partem. Potestates herbarũ. uim:possibilitatem: nam in herbarum cura nulla est ratio:Vnde etiam ait mutas artes:licet alii mutas artes tactum uenæ uelit. Alii mutas artes musicæ comparatione. Vsumque medendi. Εμπειρικην scientiam hoc est medicinam in usu non in ratione cõstãtem. Inglorius:Comparatione sagittarum:& harmoniæ:& diuinitatis. Pæonium in morem:Medicinalem a Pæone:nam doricæ linguæ est pæã: nam naturale est pæon. Nulla uiam:fortuna regit. Nullus euentus rationem præstat. Nihil auctor apollo:Medicinæ inuentor:Nam æsculapius præest medicinæ: quam Apollo inuenit. Qui in Ouidio pro se ait Inuẽtum medicina meum est. Propiusque malum:ex fuga scilicet troianorum. Stare:Plenũ esse:& alibi Stat puluere cælum. Indigno dolore: Qui fuerat natus ex uulnere indigne illato per insidias scilicet. Dictamum: Hæc herba licet ubique nascatur: melior tameni creta est. Puberibus caulem foliis:hoc est adultis:sicut in quarto pubentes herbæ:& est reciproca ĩter herbas & homines trãslatio nam & pubertatem herbarum & florem iuuentutis uocamus. Faciem circundata: a parte enim totum corpus accipimus:
Fusum am. Pro aq̃:a toto partẽ:sic supra Fõtemq; ignemque ferebant. Ambrosiæ succos: Ambrosia cibus est deorum:nã nectar potant. Panaceã:Genus herbæ.Sciendum tamen Lucretium panaceam ubique salem dicere:Vnde possumus & hoc loco salem ĩtelligere: Nam omnem pellit dolorem: sed melius herbam quia ait odoriferam. Quippe dolor: Quasi dolor: cuius natura hæc est: ut adhibito remedio statim recedat.Nam dolor consequens est res nõ pricipalis: unde sublata causa etiam ipse statim recedit. Hinc ait quipppe:Nam infusa aqua inhærens laxare cœperit telum:quod antea inferebat dolorem.
CHRI. Interea: Exornat narationem suam: cum illam uariet: & insperatos exitus tribuat. Ostendit autem & in Aenea & in Turno quid possit fortuna: Nam & turnus sese uictorem: sperabat: & Aeneas omni pene spe destitutus erat: Cum longe aliter esset euenturum: Vnde aurea sententia est Senecæ:Nemo confidat nimium secundis: Nemo desperet meliora lapsis. Præterea ut Turnum uictoria insolentiorem quam oporteret poni ita Aeneam quanuis spem amisisset: Semper inuictum gerit animum. Adde postremum & illud Quod deus bonis semper fauet. Violauerat turnus fœdera: At Aeneas dum illud obseruari curat: in calamitatem incidit. Quappropter meruit eius innocentia a deo subleuari præsente cum in se curando nullum dolorem subire recusaret. Dictamum:De hoc iam diximus:

Quẽ rota præcipitẽ & procursu cõcitus axis
Impulit:effuditque solo.turnusque secutus
Imam inter galeã summi thoracis & ora
Abstulit ense caput:truncũq; reliquit harẽa.
Atq; ea dum cãpis uictor dat funera turnus:
Interea æneam mnestheus & fidus achates
Ascaniusq; comes castris statuere cruentum
Alternos longa nitentem cuspide gressus
Sæuit:& infracta luctatur harundine telum
Eripere:auxilioq; uiam quæ proxima poscit
Ense secent lato uulnus:telique latebram
Rescindant penitus:seseq; in bella remittant.
Iamq; aderat phœbo ante alios dilectus iapis
Iasides:acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes sua munera lætus apollo
Auguriũ cytharamq; dabat:celeresq; sagittas.
Ille ut depositi proferret fata parentis:
Scire potestates herbarum usumq; medendi
Maluit.& mutas agitare inglorius artes.
Stabat acerba fremens ingentẽ nixus ĩ hastã
Aæneas magno iuuenũ & mœrentis iuli
Concursu lachrimisq; ĩmobilis ille retorto
Pæoniũ in mortẽ senior succintus amictu
Multa mãu medica phœbiq; potẽtibꝫ herbis
Nequicq̃ trepidat:nequicquã spicula dextra
Sollicitat:prensatq; tenace forcipe ferrũ.
Nulla uiã fortuna regit:nihil auctor apollo
Subuẽit:& sæuus cãpis magis ac magis horror
Crebescit:propiusq; malũ est:iã puluere cælũ
Stare uidẽt:subeunt equites:& spicula castris
Dẽsa cadũt mediis:it tristis ad æthera clamor
Bellantũ iuuenũ & duro sub matre cadentũ.
Tũ uenus indigno nati concussa dolore
Dictamũ genitrix cretæa carpit ab ida
Puberibus caulam foliis & flore comantẽ
Purpureo: non illa feris incognita captis
Gramina cũ tergo uolucres hæsere sagittæ.
Hoc uenus obscuro faciẽ circundata nimbo
Detulit:hoc fusum labris splendẽtibus amnẽ

Inficit occulte medicans:ſpargitq; ſalubris
Ambroſiæ ſuccos:& odoriferam panaceam:
Fouit ea uulnus lympha longeuus iapis
Ignorans:ſubitoque omnis de corpore fugit
Quippe dolor:oīs ſtetit imo uulnere ſanguis
Iamq; ſecuta manum nullo cogente ſagitta
Excidit:atque nouæ rediere in priſtina uires
Arma citi properare uiro quid ſtatis iapis
Conclamat:primuſq; animos accendit ī hoſtē
Non hæc humanis opibus non arte magiſtra
Proueniunt:neq; te ænea mea dextera ſeruat.
Maior agit deus:atq; opa ad maiora remittit.
Ille auidus pugnæ ſuras incluſerat auro
Hinc atq; hinc oditq; moras haſtāq; coruſcat
Poſtq̄ habilis lateri clypeus loricaq; tergo ē.
Aſcanium fuſis circum complectitur armis:
Summaq; per galeam delibans oſcula fatur.
Diſce puer uirtutem ex me:uerumq; laborem
Fortunam ex aliis:nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit:& magna iter premia ducet.
Tu facito mox cum matura adoleuerit ætas
Sis memor:& te animo repētem exēpla tuorū
Et pater æneas:& auunculus excitet hector:
Hæc ubi dicta dedit:portis ſeſe extulit altis
Telū immane māu quatiēs ſimul agmīe dēſo
Antæus mneſtheuſq; ruunt:omniſq; relictis
Turba fluit caſtris:tum cæco puluere campus
Miſcetur:pulſuq; pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerſo uenientes aggere turnus:
Videre auſonii:gelidusque per ima cucurrit
Oſſa tremor:prima ante omnes iuturna latios
Audiit agnouitq; ſonū:& tremefacta refugit.
Ille uolat:campoq; atrum rapit agmē aperto:
Qualis ubi ad terras abrupto ſydere nimbus
It mare per medium:miſeris heu præſcia lōge
Horreſcunt corda agricolis:dabit ille ruinas
Arboribus ſtragemque ſatis ruete omnia late:
Ante uolant:ſonitūque ferunt ad littora uēti.
Talis in aduerſos ductor rhœteius hoſtes
Agmen agit:denſique cuneis ſe qſque coactis
Agglomerāt:ferit enſe grauē tymbræus oſiri
Archetiū mneſthe⁊ epulonē obtrūcat achates

atque etiam de ambroſia. Panacea:de hac herba Pli. Panaces ipſo nomine oīum morbo⁊ remedia promittit numeroſū:& diis & īuentoribus adſcriptum. Multæ eius ſpecies:unū aſclepiō dicit̄. quoniā is filiam Panaceā appellauit. Hac auulſa ſcrobē uario genere frugū repleri religio ē & terræ piamētū. Id āt qđ ex macedōia effert̄ bucolicū uocāt armētariis ſpōte erūpētē ſuccū excipiētibus. alte⁊ gēus heracleō uocāt ab Hercule īuētū Vocat̄ ēt origanō heracleoticū. quoniam ſiluestri origāo ſit ſimilē. Tertiū chyroneō panaces dr̄ ab īuentore:foliū habet lapato ſimile maius tamen & hirſutius:flos aureus. Quartū ē cētauriō ab eodē. Chyrōe reptū:Sed & pharnaceon quoniā ī controuerſia eſt an ſit a Pharnace rege deductum. Huius radix odorata eſt in umbra ſiccata uino gratiam affert.

Panaces

SER. In priſtīa:In uſum priorem. Maior agit deus:Apollo inuentor medicinæ ſcilicet. Verumq; laborem:Quem per me ipſe ſuſcipio:non qui ex aliorum uirtute:imperatoribus aſcribi conſueuit. Fortunam ex aliis:Subaudimus opta : neq; enim fortuna dicitur:& eſt zeugma non integrum. Inter præmia:Ad præmia. Cicero:Dico te priore nocte ueniſſe inter falcarios. Matura adoleuerit ætas : Adoleſcēdo matura eſſe cœpit. Anteuſque mneſtheuſq;: Seruauit τοπρεπον : neceſſe enim erat ut uulnerato duce multi cum eo in caſtra remanerent. Miſcetur: Modo cōfunditur:alibi perturbatur:ut Miſcet agēs telis inter frondea turbam. Aggere turnus:Eminētia:de uia autem aggerem non poſſumus dicere: niſi uiæ aggerem dicere uoluerimus:ideſt uiæ coaceruationem:quam hiſtorici uiam militarem dicunt. Vt Qualis ſæpe uiæ deprenſus in aggere ſerpens. Atrū rapit agmen : Pulueribus nube coopertum. Abrupto ſydere : Magna tempeſtate:alibi Sorbet in abruptum fluctus. Item Scit triſte mineruę ſydus. It mare per medium miſeris. Statius plenius de hoc ſenſu Deflent ſua damna coloni:Et tamen oppreſſos miſerantur in æquore nautas. Ruet:Eruet: euertet: aliter dictum eſt in ſecundo Ruet alto a culmine troia Talis. Taliter ſimili modo:ſic paulopoſt Similis medios iuturna per hoſtes. Rhœteius : troianus a promontorio troiæ. Cuneis ſe quiſque coa. Agglomerant:Denſetur ut cuneatim dimicent : Scilicet in cuneorum modum compoſiti. Tollitur in cælum clamor:Occiſo eo:qui auctor dirumpendi fœderis fuerat:exortus eſt clamor: & ſtatim ſecuta fuga rutulorum : ut Verſique uiciſſim. Puluerulēta fuga rutuli dant terga per agros. Nec tela furentes inſequitur: Ideſt nec contra ſtantes nec fugientes dſignatur occidere : &magna Aeneæ oſtenditur pietas:qui nec uulneratus iraſcitur: ut uelit contra legem fœderis ī bellum moueri . Virago : Virago dicitur mulier:quæ uirile implet officium.

CHRI. Iapis conclamat : Nā maior fides medico ī hoc q̄ æneæ danda erat. Opera ad maiora : Optima enim coniectura erat æneam debere magna moliri: poſtquā deorum cura ſeruatus erat. Fruſtra.n. ſeruaſſent ſi paulopoſt erat periturus. Prebet igitur magnā ſpē futuræ uictoriæ. Auidus:Quaſi dicat:ſua ſpōte cupiebat:ſed uerbis medici magis incēdebat̄. Diſce puer uirtutem:Non glorioſi eſt hominis:ſed optimi patris qui ſuo exēplo filium ad uirtutem excitare cupit. Licet enim gloriari Parentē:ut filiū īcendat ad eādem gloriam acquirendā. Portis : Caſtrorum quæ

altæ erãt propter aggerem & fossam. Simul agmīe
denso: Nã qui paulo ante fugiebant Saucio īperatorē:
nũc eodem in bella redeunte frequentes alacresq̧ se
quunť. Eos autẽ qui sequunť & plurimos esse: & cũ
impetu egredi ostẽdit poeta pluribus uerbis: Nã tur/
ba multitudo īdistīcta ẽ: & ruit habet impetũ: & flue
re seriem hominum cõtinuatã ut fluuius ẽ: ostendit.
Relictis castris: Hoc est ab oībus desertis: Indubita
ta enī uictoria oẽm curã seruandoꝝ castrorũ remo/
uerat. Ipse neq̧ aduersus: Tanquã qui fœdus quãuis
ab hoste uiolatũ seruaturus in solũ Turnum feratur.
SER. Aedes ꝑuolat: ꝑ ædes uolat. Nã morē suo uer
bo dedit detractam nomini præpositiõem. Vacuis:
Magnis. Vt uacua atria lustrat Saucius. Nec cõferre
manum: Cũ ænea nam alios ꝑsequitur. A uia: Ab ea
scilicet parte q̃ ueniebat æneas. Tortos orbes: Obli/
quas & implicitas uias. Vestigatq̧ uirum: Inquirit.
trãslatio a canibus qui ꝑ uestiga & pedũ signa feram
īdagant. Deiecta ꝑ agmina: dissipata aduẽtu æneæ.
Heu qd agat: Omne aduerbiũ uerbo cohæret. Vnde heu & at at & similia qa uerbo cohærere nõ possunt. Se
paratim fecerũt aliam partem oratiõis: scilicet īterie/
ctionẽ: quã sola latinitas possidet. Huic: Pro in hũc:
& ẽ ordo: huic dirigit. Se colligit ī arma: Ita se rexit.
Vt nulla parte possit feriri. Apicẽ tamen incita sum
mum: Galeæ eminẽtiam quam græci conum uocãt:
in qua eminent cristæ. Multa Iouem & læsi testatur
fœderis aras: licet haberet causam iracũdiæ: qđ & fu/
giebat Turnus: & ipse appetebať insidiis. Nõ tamen
ante prorupit ille in bellum: q̃ Iouis fidem & læsa fœ/
dera testaretur. Nullo discrimine cædem suscitat: ī/
discrete obtruncat uniuersos: quibus ante pari peper
cerat modo. Irarum effundit habenas: potestatẽ: fa/
cultatẽ: ut Et ꝑmere & laxas sciret dare iussus habe/
nas: & hic moderate locutus ẽ. Nã Ennius Effũdit ira
rũ q̃drigas dixit. Quis mihi nũc tot acerba deus: ac
si diceret: nec musa nec apollo sufficiunt. Statius: Ma
ior ab aoniis sumẽda audacia lucis Mecum oẽs aude
ret deæ. Inq̧ uicem: nãq̧ uacat. Tanton placuit cõ
currere: apostrophe ad Iouẽ: Sane tãtõ on circũflecti
tur: Nã cum per apostrophã apocopẽ uerba patiunť:
is q̄ ī Integra ꝑte fuerat ꝑseuerat accẽtus: ut tantone.
Inde fit tanton. Ruentes teucros: quos insequeba/
tur Turnus. Crudum ensem: modo durũ: alias cru/
delem. Et crates pectoris: Donatus superfluam uult
esse coniunctionem: & ut sit epexegesis adigit ensem
per costas: idest pectoris crates: ubi celerius fata com
plentur: & hoc est quod ait supra: Haud multa mora
tur. Amycum fratremq̧ diorẽ: Hi huo duces sunt
etiam supra memorati: ut Nũc amyci casum ge. Item
Et nunc tertia palma diores: unde ad terrorem popu
li eorum capita religabantur in curru. Curru autem
aut septimus casus est: Aut datiuus antiquus secun
dum regulam: Ne sit maior a nominatiuo plurali.
CHRI. Ipsa subit: turpe enim fuisset Turno si sua
sponte subter fugia quæsisset. Parua: Nã muscas le/
git. Loq̃cibus: Impropria locutio. i. garulis. Iamq̧
hic. g. Sæpe ducebat germanũ in conspectu æneæ: ne
fugere uidereť. Deinde ne mãus conferre cogeretur
diuertebat. Tu uero: Iam satisfecerat fœderi: & sæpi
us iniustissime lacessitus nõ poterat nõ ulcisci iniu/
rias. Quis: cũ sũmo stupore ꝓnunciãdũ: quasi dicat:

Vfentemq̧ gyas: cadit ipse columnius augur
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.
Tollitur in cælum clamor: uersiq̧ uicissim
Puluerulẽta fuga rutuli dant terga per agros.
Ipse neque aduersos dignatur sternere morti:
Nec pede congressos æquo nec tela ferentes
Insequitur: solum densa caligine turnum
Vestigat lustrans: solum in certamina poscit.
Hoc concussa metu mentem iuturna uirago
Aurigam turni media inter lora metiscum
Excutit: & longe lapsum temone relinquit.
Ipsa subit: manibusq̧ undãtes flectit habenas
Cũcta gerens uocẽq̧: & corpus & arma meti/scī:
Nigra uelut magna dñi cũ diuitis ædes
Peruolat: & pennis alta atria lustrat hirundo
Pabula parua legẽs nidisq̧ loquacibus escas:
Et nũc porticibus uacuis: nunc humida circũ
Stagna sonat: similis medios iuturna ꝑ hostes
Fertur eq̄s: rapidoq̧ uolãs obit omnia curru.
Iamq̧ hic germãum: iãq̧ hic ostẽdit ouãtem:
Nec conferre manum patiť: uolat a uia lõge.
Haud minus æneas tortos legit obuius orbes:
Vestigatq̧ uirum: & deiecta ꝑ agmīa magna
Voce uocat: quotiẽs oculos cõiecit ī hostem.
Alipedumq̧ fugam cursu tentauit equorum.
Auersos totiens currus iuturna retorsit.
Heu qd agat? uario neq̄cquã fluctuat æstu:
Diuersæq̧ uocant animum ī contraria curæ.
Huic mesapus uti leua duo forte gerebat
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro:
Horũ unũ certo contorquens dirigit ictu
Substitit æneas: & se collegit in arma
Poplite subsidens: apicem tamẽ īcita summũ
Hasta tulit: sũmasq̧ excussit uertice cristas.
Tũ uero assurgunt iræ insidiisq̧ subactus
Diuersos ubi sensit equos currũq̧ referri
Multa iouẽ & læsi testatus fœderis aras.
Iã tandẽ inuadit medios: & marte secundo
Teribilis sæuã nullo discrimine cædẽ
Suscitat: irarũq̧ omnes effundit habenas.
Quis mihi nũc tot acerba d̄us: q̄s carie cædes
Diuersas: obitũq̧ ducũ: quos æquore toto
Inque uicẽ nunc turnus agit: nũc troius heros
Expediat? tanton placuit concurrere motu

Iuppiter æterna gentes in pace futuras?
Aeneas rutulum sucronem:ea prima ruentes
Pugna loco statuit teucros haud multa mora
Excipit i latus:& q̄ fata celerrima crudū -tus
Transadigit costas & crates pectoris ensem.
Turnus equo deiectum amicū fratreq; diorū
Cōgressus pedes:hunc uenietē cuspide lōga:
Hunc mucrone ferit:curruq; abscisa duorū
Suspēdit capita:& rorantia sanguine portat.
Ille talon tanainq; neci fortemq; cethegum

Tris uno cōgressum:& mœstum mittit onytē
Nomen echionium:matrisq; genus peridiæ
Hic fratres lycia missos & apollinis agris:
Et iuuenem exosum ne quicq̄ bella monœtē
Arcada piscosæ qui circum flumina lernæ
Ars fuerat paupq; domus:nec nota potētum
Munera:conductaq; pater tellure serebat.
At ueluti immissi diuersis partibus ignes
Arentem i syluam & uirgulta sonantia lauro:
Aut ubi decursu rapido de mōtibus altis
Dāt sonitū spumosi amnes:& i æquora currūt
Quisq; suū populatus iter:nō segnius ambo
Aeneas turnusq; ruūt per prœlia:nunc nunc
Fluctuat ira intus:rumpuntur nescia uinci
Pectora:nunc totis i uulnera uiribus itur:
Murranū: hic atauos & aurum ātiq̄ sonātem
Nomia per regesq; actum genus omne latios
Præcipitem scopulo atq; ingenti turbine saxi
Excutit:effūditq; solo:hūc lora & iuga subter.
Prouoluere rotæ:crebro super ungula pulsu
Incitat:nec domini memorū pculcat equorū.
Ille ruenti hilo animisq; immane frementi
Occurrit:telumq; aurata ad tēpora torquet.
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro
Dextera:nec tua te graium fortissime creteu
Eripuit turno:nec dii texere cupentum
Aenea ueniente sui:dedit obuia ferro
Pectora:nec misero clypei mora pfuit æris.
Te quoq; laurentes uiderunt æole campi
Oppetere:& late terram consternere tergo.
Occidis argiuæ quem nō potuere phalanges
Sternere:nec priami regnorū euersor achilles

non possunt hæc exprimi. Aeterna gentes in pace futuras:Nam ex duobus populis unus erat futurus.

SER. Mœstū onytē:naturaliter tristē. Seuer quem græci αγελοστον dicunt:Mittit āt sociū supra memoratis:sane Onytem Dōa. dicit aut gētile aut patronimicō:ut nomē eius pprıū sit Echiōius:sed hoc nō pcedit:qa nec patronymicō ī tes exit:nec Onytes a q̄ gēte uēiat usquā lectū ē. Propriū ergo ē:& sequēs uersus erit nomē Echioniū.i.thebanā gloriam p piphrasim:Nā echiōii sunt thebāi a rege Echiōe Vnde male qdā legunt nomē echioniū. Matrisq; gēus pidiæ: Perifrasis. Hoc ē filius piidiæ. Lycia missos & Apollinis agris:Vacat &:nā p επεξηγυρην lycia arua Apollinis dixit:ut nūc lyciæ sortes. Exosū neqcq̄ bella. Sic supra Iniiceret manū pcæ. nā p trāsitū ostēdit urgētibus fatis eū ad bella deductū. q̄ neqcq̄ sp uitare cupiebat. Hūc āt Menoetē oriūdo arcadē fuisse ītelligimus:sed habitasse circa argos:nā lerna palus argiuor:i q̄ eū dicit solitū fuisse piscari:nā hoc significat Piscosæ cui circū flumia lernæ ars fuerat. Paupq; domus:hic & hæc pauper dicimus:nam paupera usurpatum ē: sic Plautus Paupera est mulier:sed hoc hodie non utimur: ea.n. nomina quæ ablatiuo singulari in e exeunt. si fœminina ex se faciunt hetroclita.i.alterius declinationis esse nō possunt:ut puta quia ab hoc hospite facit hic & hæc hospes dicamus necesse est:Luca. Hospes ī externis audiuit curia tectis: Ab hoc leone hic & hæc leo:ab hoc latrōe hic & hæc latro:ab hoc fullone hic & hæc fullo: ab hoc nepote hic & hæc nepos:nam ut neptis dicamus per successionis discretionem admissum est. Sciendum hospita:paupera:leæna: lea usurpata a poetis. Potētum munera:obsequia: quæ pauperes diuitibus loco munerum soluunt. Arētem in siluam:pro aridam. Dāt sonitum spumosi amnes: Bellum semper incendio & fluminibus comparat. Sic in secundo In segetē ueluti cū flamma furentibus austris Incidit:aut rapidus montano gurgite torrēs.

Nescia uici pectora:Hora. Pelidæ stomachū cedere nescii:Murranū hic attauos & noia. Hoc ē cuius nomīe maiores oēs murrāi dicti sunt:& reges fuerunt: ut Per regesq; actū genus oē.l. Scimus.n. plerūq; solere fieri ut primi regis reliq nomē ēt possideāt:ut apd romāos Agusti uocant:apud albāos Siluii : apud persas arsacidæ:apud ægyptios Ptolomæi:apud Atheniēses Cecropidæ. Vnde supfluū ē qđ ait Donatus debeř nos accipere ītērēpū esse Murranū: dū auo & attauo Turni tantū cōmemorat & effert laudibus maximis. Per regesq; actū gēus oē la. Hora. & nepotū p memores gēus oē fastos de Lamo. Nec domini memor pro.e. domini immemor. Dextra nec tua te graiū fortissime cre.eri.tur.nec dii.t.c. Ita æneā cōparat turno:ut eū supiorē eē significet:Nā quē Turnus īteremit:fortitudo sua liberař nō potuit:ei uero quē occidit æneas:ne sua qdē numīa pdesse potuerūt. Sāe sciēdū Cupētū līgua sabinor sacerdotē uocari. Late terrā:aliud ex altero ostendiť. nam p hoc corporis exprimiť magnitudo:ut stabant tercentū nitidi in præsepius altis. Euersor achilles:sepat achillē a græcis: ut reliquias danaum atque immittis Achilli.

CHRI. Nunc nūc:Quasi dicat:& si ante uterq; furebat : tamē omne illud comparatione illius tēporis nihil erat. Rumpunť:ex nimia ira: nam ipsa īdignatio īflat & inflatio rūpit. Nescia uinci: Nā ī quo ē habitus fortitudinis is dedischt omnē pusillāīmitatem.

SER. Mortis erāt metæ.i.mors quæ meta erat & finis:nam metam finem uitæ dicimus non mortis.Sciē/dum tamen hoc de Homero esse trāslatum:qui ait τελοσ θανατοιο.Hoc ē finis mortis:nam ī ipsa morte fi/nis ē. Lyrnessi domus alta:Lyrnessos ciuitas est pgrygiæ unde fuit Briseis:& p transitum docet neminē pos se statura uitare. Conuersæ acies:i bellum coactæ. Pro se qsq3.u.ꝑ qlitate uiriū suaꝝ:sic ī qnto:Pro se qsq3 uiri & depromunt tela pharetris. Sūma nitunť opū ui.emistichiū ennianum. Mentem.æ.g.p.m.c. Vt qua facere id possis nostrā nūc accipe mētē. Et.p.Perpetuū ē epithetō:nec ad negociū ptinēs:sane bōa usus ē œco nomia ut diceret īstictū numinis ꝑfectū eē ænea ad ciuitatis excidiū:nā īcōgruū fuerat occupatū bello p se tale cœpisse cōsiliū. Vrbiq3 aduerteret ag.cōtra ur bē. Acies circūtulit oculoꝝ.s.& bona occasione pue nit ad id:ut æneas possit ciuitatem aspicere. Immu/nem belli tanti:sine officio dimicandi:nam immunis est quæ nihil præstat:quasi sine muneribus sine mu niis. Impune quietam:Quæ specialiter debuit pœ/nas lure pp fœdus abruptum. Pugnæ accedit maio ris ima.subaudis eum Nec scuta aut spicula densi de ponunt.Ex eo qd non ē factum qd fieri soleat indica uit:ut supra Defigūt tellure hastas:& scuta reclināt.

Esto: pro sit. Iuppiter hac stat.i.pro nobis religio est:quam læserūt rutuli ruptis fœderibus: nouimus autē īterfuisse fœderi & deos alios a Iouis imaginem sceptri præsentia redditam. Neu qs ob īceptum.s. m.s.ito:tertia persona est ito.i.eat: & hortatur eos ut ita ī bellum eāt quasi res fuerit ante disposita.Nā hoc dicit:repentinum imperiū nullam nobis afferat mo/ram:sicut paulopost Scalæ īprouiso subitusq3 appa/ruit ignis. Causam belli: qa illic erat Lauinia. Hoc caput oci. sicut superius Drances Turno O latio ca/put:& cunctoꝝ causa maloꝝ.i.principiū. Fœdusq3 reposcite flam.grauitate sermonis decl[illegible]atiōī pōdus imposuit.Nam hoc dicit:flammas fœderis urbis in/nouemus incendio.Nam hic reposcite est innouare: reuocare. Discurrunt alii ad portas primosq3.t.su/baudi īprouiso:& hæc simul ꝓnuncianda sunt: ut si/mul facta uideantur:quo uehemēs uis bellica possit agnosci. Inter primos:Inter duces:inter principes.

Hæc altera fœdera rumpi:Bis rumpi fœdera. Bis hostis italos fieri:bis se ī prœlia sæua cōpelli : nam ua rie eādē rem iterat.Bis aūt fœdera facta sunt:semel p Ilioneum:& paulo ante pp singulare certamen. Re/serare iubent.i.uolunt:ut Iubeo chremetem. Terent.

Trahunt in mœnia regem:Trahere uolūt Nam uo luntas animi est non facti. Trahūt autem.s.ut possit imminens uidere discrimen.Donatus dicit trahunt in mœnia pro dilacerāt ī mœnibus rumoribus suis.

CHRI. Totæ adeo : Non describit solum:sed pin/git celeritatem & uehementiam pugnantium. Hic mentem æneæ genitrix:Optimum figmentum:Nā amor potiundæ rei ingeniū excitat:ut rimemur om nem uiam ad rem perficiendam. Timulumque ca/pit:ut ab omnibus & uideri & audiri posset. Nec.s. d.Quod prudentiæ fuit.Nā non ita audiendus erat: ut interimi contra hostes parati non essent. Scilicet: expectem:Indignatio est:sed tamē nō ita īdignať : ut a iustitia discedat. Scalæ improuiso: Summæ enim prudentiæ & celeritatis fuit ita incautos scalis præue nire:Vt nihil tale futurum opinarenť. Exoriť tre/pido inter discordia ciues: Hoc.n.facit impræmedi/tatus casus : nam ī re improuisa cum consilii capiēdi tem pus non dať unusquisq3 ad suum ingenium re/dit:& ut uaria sunt ingēia:ita uariæ oriunť sentētiæ.

Hic tibi mortis erāt metæ:domus alta sub ida
Lirnessi domus alta:solo laurente sepulchrū.
Totæ adeo conuersæ acies:omnesque latini
Oēs dardanidæ mnestheus acerq3 serestus:
Et mesapus equum domitor:& fortis asilas
Tuscorūq3 phalanx:euandriq3 arcadis alæ:
Pro se qsque uiri summa nituntur opum ui:
Nec mora nec reqes uasto certamine tendūt:
Hic mentē æneæ genitrix pulcherrima misit
Iret ut ad muros urbique aduerteret agmen
Ocius:& subita turbaret clade latinos.
Ille ut uestigans diuersa per agmina turnum:
Huc atque huc acies circuntulit aspicit urbē
Immunem tāti belli:atq3 impunem quietam.
Continuo pugnæ accendit maioris imago
Mnesthea sergestūq3 uocat fortemq3 serestū
Ductores:tumulūq3 capit quo cætera teucū
Concurrit legio:nec scuta aut spicula densi
Deponunt:celso medius stans aggere fatur:
Nec q̄ meis esto dictis mora:iuppiter hac stat
Neu quis ob īceptum subitū mihi segnior ito:
Vrbem hodie causam belli regna ipsa latini
Ni frenum accipere & dictis parere fatentur
Eruam:& equa solo fumantia culmina ponā.
Scilicet expectem libeat dum prœlia turno
Nostra pati:rursusq3 uelit cōcurrere uictus:
Hoc caput o ciues:hæc belli summa nefandi.
Ferte faces ꝓpere:fœdusq3 reposcite flammis
Dixerat:atq3 aīmis pariter certātibus oēs
Dāt cuneum densaq3 ad muros more feruntur.
Scale improuiso:subitusq3 apparuit ignis:
Discurrunt alii ad portas:primosq3 trucidāt:
Ferrum alii torquēt:& obumbrāt æthera telis.
Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit
Aeneas magnaque incusat uoce latinum.
Testaturque deos:iterum se ad prœlia cogi
Bis iā italos hostes:hæc altera fœdera rūpi:
Exoritur trepidos inter discordia ciues:
Vrbem alii reserare iubent:& pandere portas
Dardanius: ipsumq3 trahunt in mœnia regē:
Arma ferūt alii:& pergunt defendere muros.

Inclusas ut cum latebrosa in pumice pastor
Vestigauit apes:fumoque impleuit amaro.
Ille intus trepidæ rerum per cætera castra
Discurrunt magnisq; acuunt stridoribus iras.
Voluitur ater odor tectis:nũc murmure cæco
Intus saxa sonãt:uacuas it fumus ad auras.
Accidit hæc fessis etiam fortuna latinis:
Quæ totam luctu concussit funditus urbem
Regina ut tectis uenientem prospicit hostem
Incessi muros:ignes ad tecta uolare.
Nusq̃ acies cõtra rutulas:nulla agmia turni
Infœlix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum:& subito mentẽ turbata dolore
Se causam clamat crimenq; caputq; malorũ.
Multaq; per mœstũ demens effata furorem
Purpureos moritura mãu discindit amictus:
Et nodũ informis leti trabe nectit ab alta.
Quã cladẽ miseræ postquã accepere latiæ:
Filia prima manu flauos lauinia crines
Et roseas laniata genas:tum cætera circũ
Turba furit:resonãt late plangoribus ædes.
Hinc totã infœlix uulgatur phama per urbẽ.
Demittunt mentes:it scissa ueste latinus
Coniugis attonitus fatis:urbisque ruina
Caniciẽ ĩmundo perfusam puluere turpans:
Multaque se incusat:qui non acceperit ante
Dardaniũ æneam:generumq; asciuerit ultro.
Interea extremo bellator in æquore turnus
Palantes sequitur paucos iam segnior:atque
Iam minus atq; minus successu lætus æquorũ
Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Commixtũ clamorẽ:arrectasq; impulit aures
Confusæ sonus urbis:& illetabile murmur.
Hei mihi quid tãto turbantur mœnia luctu?
Quis ue ruit tantus diuersa clamor ab urbe?
Sic ait:abductisq; amens subsistit habenis.
Atq; huic ĩ faciem soror ut conuersa methisci
Aurigæ currusq; & equos & lora regebat.
Talibus occurrit dictis:hac turne sequamur

SER. Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor: Pene omnia istius comparationis uerba ad supradictum pertinent bellum: Nam ita apes inclusæ sunt: ut homines qui obsidentur: ita ciuitatem timẽtium latebras dicimus sicut apum aluearia. Itẽm pastor ut rex:& re uera pastor est ductor exercitus: ut Homerus ποιμένα λαῶν. Pumicem autem iste in genere masculino posuit:& hunc sequimur: Licet Catullus dixerit genere fœminino. Fumo amaro: Qui elicit lachrymas. Trepidæ rerum: Nescientes quid agant: & ignaræ auxilii. Ater odor: Noue: nam in odore equis color est:sed hoc dicit:Odor ater atræ rei fumi scilicet ater odor pessimus:ut Fumoq; impleuit amaro. Etiam fortuna latinis: Casus: nam omnis casus in potestate fortunæ est. Tectis uenientem prospicit hostem: Aut e tectis prospicit: Aut contra tecta uenientem. Incessi muros: Inuadi. Et subito mentem turbata dolore. Vt oculos suffusa. Et nodum informis leti: Alii dicunt q; in edia se interemit. Sane sciendum q; cautum fuerat in pontificalibus libris: Vt qui laqueo finiuisset uitam: insepultus abiiceretur: Vnde ait Informis leti quasi mortis ĩfamissimæ.

Flauos lauiniæ crines: Antiqua lectio floreos habuit idest florulentos pulchros: & est sermo ennianus.

Et roseas laniata genas: Moris fuit apud antiquos: Vt ante rogos humanus sanguis effunderetur: Vel captiuorum uel gladiatorum: quorum si forte copia non fuisset: laniantes fœminæ genas suum effundebant cruorem: ut rogis illa imago restitueretur. Tamen sciendum cautum lege duodecim tabularum ne mulieres carperent faciem his uerbis. Mulier faciem ne carpito. Hinc totam: De domo regia. Infœlix fama: Rerum infœlicium nuncia. Demittunt mentes: Desperant: Sic contra sperantes aliquid mentes erigunt. Coniugis attonitus fatis: urbique ruina: Et priuatis & publicis luctibus. Immundo puluere: Bene immundo addidit: Sicut in Georgicis. Et cinerem immundum iactare per agros: Quia etiam puluis ille quo utimur puellæ cinis uocatur: Vnde etiam ciniflones dicti sunt. Horatius. Custodes lecticani ciniflones parasiti. Bellator: Epitheton peracti temporis. Minus successu lætus equorum: infirmitas animi etiam ex equorum tarditate ueniebat. Attulit hunc illi cæcis terroribus aura: Naturale enim est ut a qua parte uentus flat: inde clamor audiatur. Commixtum clamorem: Ex impugnatione & morte reginæ. Arrectas aures: ad audiendum sollicitas. Terenti. Arrige aures pamphile.

Amens: Consilii egens: nescius rei gerendæ: Nam mentem & consilium significare diximus: Vt mentem Aeneæ genitrix pulcherrima m. Occurrit dictis: Orationi eius obuiam uenit.

CHRI. Inclusas ut cum: quadrat ex omnibus partibus ista comparatio: Si diligenter aduertes. Per cærea castra: Quoniam ad bellum refertur recte dixit castra. Accidit: Cum res ad interitum deducunt fata semper calamitatibus calamitates adduntur.

Troiugenas:qua prima uiam uictoria pãdit:
Sunt alii qui tecta manu defendere possunt.
Ingruit æneas italis:& prœlia miscet:
Et nos sæua manu mittamus funera teucris.

SER. Prima uictoria. i. primũ. Nec uero inferior p.n.h.r. nec pauciores interimes: nec minor te q̃ æneam comitabit gloria nã occisorũ multitudo cõpẽsat hoc quod tu fugiẽtes ĩterimis. Sane sciendũ ĩ hac omni orõne Iuturnã occurere questionibus tacitis. Prima per artẽ. F. t. pria aut ĩchoãtia: aut tu pria: nã post

eius orationem Tolumnius tela contorsit. Nã quid ago: Argumentũ a necessario. Me uo.u.at q hoc nusquã legiũs:sed aut κατατοσιω πομενον:intelligius: aut mortis ẽ oẽ:qđ nõ dr̃: uidere qđ mime occurrit: sic i q̃rto:Hic exaudiri gemitus & uerba uocãtis Visa uiri. Supat:uiuit ut supat ne & uescit̃ aura. Ne nostrꝝ đdecus ufẽs aspice.ac si diceret:fortasse uiueret:nisi iõ uoluisset occũber̃:ne nos uictos uideret. Teucri potiunt̃ corpore & ar.i.ẽt sepultura caret:Nã ut ĩ Home.legimus đ uiroꝝ fortiũ cadaueribus:erat iter hostes grãde certamẽ. Dextra nec drãcis dicta refellã.i. uirtute:Nã ꝑ rei officio ipsam rẽ posuit ꝑ uirtute dextrã. Vsq; adeo ne mori miserũ ẽ:Tacite q̃stiõi occurrit. Supis auersa uolũtas: qa ut supra dixius dõec uiuimus curæ sumus supis diis:post mortẽ ad iferos ptinemus:qbꝰ se mõ cõmẽdat. Istius in.c.uel fugæ:qa fuga grãde crimẽ ẽ apud uiꝛꝝ fortẽ uel rupti fœderis: uel læsæ religiõis:a q̃ re se dicit eẽ alienum pp futura supplicia. Indignus auo.græca figura est: Nos enim indignus illa re dicimus contra græci αναξιοσ σιφαΝΟΝ.i.coronæ idignus. Implorãs nomĩe.t.ex multis rebus idicat pturbationẽ q; festinans uẽit:q; p hostes uulneratus: q; Turnũ noĩe appellat: nã contumelia ẽ noĩe supiorẽ uocar̃:sic i ge. Mater cyrene mr̃:cũ pmisisset te crudelẽ noĩe dicit:sicut cõtra æolus ad Iunonẽ ait:Tuus o regia qd optes explorare labor. Turne ĩ te supma salus miserere tuoꝝ:Oia q̃ supra Iuturna dixerit:oro ista dissoluit. Fluminat.æ.a.exaggeratio ẽ:sic paulo post:Horrẽdũq; itonat armis.Minat̃ deiectuꝝ arces.qa dixerat:Ex q̃ solo fumãtia culmina ponã. Mussat:mõ dubitat. Præterea regia:qa occurebat amatã ꝑ eius ptibꝰ niti. Soli.p.p.Cõtra illud:Sũt alii q tecta mãu defẽder̃ possũt. Varia cõ.ima.r.multiplici nũcio. Et obtutu uarie taci.ste.uultu & obtutus ẽ ꝑprie uultus:quem græci dicũt προσωπον Pudor pp illđ:Tu cuꝝ deserto i gramĩe uersas. Insãia: qa i hostes ferebat̃. Mixto.l.pp amatæ cognitã mortẽ. CHRI. Et nos:nã hac maxĩe rõne possumus æq̃re hostes. Fallis dea.i.q̃uis dea sis:non tamẽ decipis. Validissima ẽ oro:Primo.n.demõstrat suũ aduẽtũ nihil posse cõferre:seq; uẽire nõ ut uictoriã uiđat: sed ipsũ ui ctũ.Post hæc demõstrat dũ æneã fugit i eã icidisse ignominiã:ut pstet illi mori q̃ turpiter uiuer̃. Nã cũ uiros excellẽtissimos iterfici passus sit: ultimũ dedcus accedit captiuitas urbis:& soceri & uxoris: q̃ nisi succurrat i cõspectu suo ocidẽt.Quid ãt acerbius sibi acider̃ põt:q pber̃ facultatẽ & Drãci & reliqs suis aduersariis:ut iure illũ reprehẽdere possint.Quid uero magis ignominiosũ q̃ fugere i ea regiõe i q̃ totiẽs uictor euaserit: & se æneã supatuꝝ sit pollicitus. Sãcta ad uos aĩa:q̃si dicat:pstat inocentẽ mori q̃ nocẽtẽ uiuere. Maximũ ãt oĩum sceleꝝ uiro forti uidet̃ turpiter cedere. Vix ea.f.iustis rationibus mouebat̃ ne

Nec uero inferior pugnæ nec honore recedes
Turnus ad hæc.
O soror & dudum agnouit:cum prima p artẽ
Fœdera turbasti:teque hæc in bella dedisti:
Et nunc nequicq̃ fallis dea:sed quis olympo
Demissam tantos uoluit te ferre labores?
An fratris miseri letum ut crudele uideres?
Nã qd ago? aut quæ spondet iã fortũa salutẽ?
Vidi oculos ante ipse meos me uoce uocantẽ
Murranum:quo nõ superat mihi carior alter
Oppetere igentem:atq; ingẽti uulnere uictu
Occidit infœlix ne nostrum dedecus ufens
Aspiceret:teucri potiuntur corpore & armis.
Excindi ne domos:id rebus defuit unum:
Perpetiar? dextra ne drãcis dcã refellã?
Terga dabo? & turnũ fugiẽtẽ hæc terra uidebit?
Vsq; adeo ne mori miserũ ẽ? uos o mihi mães
Est boni:quoniam superis auersa uoluntas
Sancta ad uos anima atq; istius inscia culpæ
Descẽdã magnorũ haud unq̃ idignus auorũ
Vix ea fatus erat:medios uolat ecce p hostes
Vectus equo spumante sages aduersa sagitta
Saucius ora:ruitq; implorans nomine turnũ.
Turne in te suprema salus:miserere tuorum.
Fulminat æneas armis:summasque minatur
Deiecturum arces italum: excidioq; daturũ.
Iamque faces ad tecta uolant:in te ora latini
In te oculos referunt:musat rex ipse latinus
Quos generos uocet aut q̃ sese ad fœdera flectat
Præterea regina tui fidissima dextra
Occidit ipsa sua:lucemque exterita fugit:
Soli pro portis mesapus: & acer atinas
Sustẽtant aciem: circum hos utriq; phalãges
Stant dẽsæ: strictisq; seges mucrõibus horret
Ferrea: tu currum deserto i gramĩe uersas.
Obstupuit uaria confusus imagine rerum
Turnus:& obtutu tacito stetit:æstuat ingens
Imo in corde pudor:mixtoque insania luctu.
Et furiis agitatus amor:& conscia uirtus.

fugeret:ueꝛꝝ si qua in re dubitasset psenti casu & nuntio socrus extinctæ confirmari potuit. Imo in corde pudor:ualidissimæ erant singulæ per se huiuscemodi perturbationes: Pudor ne sibi obiiceret̃ fuga: furor ex indignatione q; inuictus uinceretur:luctus ex morte socrus & amor ex magnitudine in furorem adducens.

SER. Discussæ umbræ:postq̃ mẽtis caligo discessit:quod sequẽtia idicant:& lux menti addita ẽ. Turbidus:plenus pturbaitiõis. Quã eduxerat ipe:quod ei maiorẽ creabat dolorẽ. Subdideratq; rotas: quo posset trahi ad ea loca:quibus hostis istabat. Quic

Vt primũ discussæ ũbræ:& lux reddita mẽti
Ardentes oculorum acies ad mœnia torsit
Turbidus:eq; rotis magnã respexit ad urbẽ.

Ecce autem flammis inter tabulata uolutus
Ad cælum undabat uortex:turrimq; tenebat:
Turrim compactis trabibus quã edixerat ipse
Subdideratq; rotas:põtesq; instruxerat altos.
Iam iam fata soror superant absiste morari.
Quo deus & quo dura uocat fortũa seq̃mur:
Stat cõferre manũ æneæ:stat q̃cquid acerbũ
Morte pati:neq; me ĩ decorẽ germana uidebis
Amplius:hũc oro sine me furere ante furorẽ
Dixit:& e curru saltum dedit ocius armis.
Perq; hostes per tela ruit:mœstamq; sororem
Deserit:ac rapido cursu media agmina rũpit.
Ac ueluti montis saxum deuertere præceps
Cum ruit auulsum uento:seu turbidus imber
Proluit:aut annis soluit sub lapsa uetustas
Fertur ĩ abruptũ magna mõs improbus actu:
Exultatq; solo:siluas armenta uirosque
Inuoluens secum:disiecta per agmĩa turnus
Sic urbis ruit ad muros:ubi plurima fuso
Sanguĩe terra madet:stridũtq; hastilibꝰ auræ
Significatq; manu:&magno simul incipit ore
Parcite iam rutuli:& uos tæla inhibete latini:
Quæcunq; est fortuua mea ẽ:me uerius unũ
Pro nobis fœdus luere & decernere ferro.
Discessere omnes medii:spatiumque dedere.
At pater æneas audito nomine turni
Deserit & muros:& summas deserit arces:
Præcipitatq; moras oẽs:opera omnia rumpit
Lætitia exultãs:horrendumq; intonat armis:
Quãtus athõ aut q̃tus eryx:aut ipse coruscis
Cum fremit ilicibus:quantus gaudetq; niuali
Vertice se attollẽs pater appẽninus ad auras:
Iam uero & rutuli certatim & troes & omnes
Conuertere oculos rutuli:quiq; alta tenebant
Mœnia:quiq; imos pulsabant ariete muros.
Armaq; deposuere humeris:stupet ipse latius
Ingentes genitos diuersis partibus orbis
Inter se coiisse uiros :& decernere ferro.
Atq; illi ut uacuo patuerunt æquore campi
Pro cursu rapido coniectus eminus hastis
Inuadunt martẽ clypeis atque ære sonoro.
Dat gemitum tellus:tũ crebros ensibus ictus

quid acerbum est morte pati: aut quicquid morte acerbum est morte placer pati:hoc est inferna supplicia:uel quæ potest superbus hostis referre: sicut de Hectore legimus. Aut certe positiuus est pro cõparatiuo: placet pati si quid etiam morte acerbius inuenitur. Furere ante furorem:Figura antiqua:ut seruitutem seruit: dolet dolorem: & est sensus sine me furere ante bellicum furorem scilicet prius q̃ ad eum ueniam ut pugnam mente concipiam: & instructus furore in bella prorumpam. Saxum de uertice præceps Cum ruit: Comparatio ipsa futurum ostendit euentum. Simul notandum q; sicut supra in prœlio:ita & nunc in comparatione præfertur æneas: Nam Turnum parti comparat montis: montibus æquat æneam. Auulsum uento:proprie Nam & Turnus inuitus attrahitur ad bellum. Mõs ĩpro. pars montis & εμφατικωσ dictum ẽ:sic supra ait: Haud partem exiguam montis. Magno actu: Magno impulsu. Vbi plurima fuso sanguine terra ma. Hypallage est pro ubi plurimo sanguine terra madet. Striduntq; hastilibus auræ: Sic Homerus.

Tella inhibete:cohibete: & est translatio a nautis.

Me uerius unum Pro uobis fœdus luere:uerius:iustius & sensus hic est Iustius est me unum pro omnibus rupti fœderis pœnas exoluere. Quantus athõ: hæc est uera lectio:Nam si athos legeris os breuis est & uersus non stat. Aton autem dici accusatiuus indicat. Nam hunc Athona facit:sicut Apollon Apollona. Quod autem Herodotus hunc Athon & hũc Apollon dicit attice declinationis est. Athon autem mons est Thraciæ adiacens circa lemnon insulam.

Niuali uertice se tollẽs pater appen. ad aur. mons est italiæ de hoc Lucanus Nullo quoque uertice tellus Altius intumuit: propriorque accessit olympo. Tros & omnes:græcæ declinauit:Vnde breuis est es sicut supra Troes agunt. Armaque deposuere hũeris:uel spectaturi uel defessi. Inter se coiisse uiros & cernere ferro:Vera & antiqua est hæc lectio: Nam Enni. secutus ẽ:q ait: Olli cernebat magnis de rebus agentes: & item ferro non auro uitam cernamus uterque posteritas cœpit legere & decernere:secundum quam lectionem synalipha opus est excluso os ut sit inter se coiisse uir & decernere ferro.

CHRI. Quo deus: Verba sunt animi inuicti & omnia pati parati:ut turpitudinem fugiat. Quantus athon:mons hic Macedoniæ: uel ut alus placet thraciæ mari ægeo imminens tantæ altitudinis: ut umbram suam in lemnum usque iacere quidam dicant. Refferuntque habere in suo cacumine urbem atrothõ nomine In qua homines duplo temporis q̃ alibi uiuant. Hunc montem cum continenti coniunctus esset Xerxes illud ducta fossa insulam reddidit. Fuit autem fossæ latitudo tanta:ut duæ triremes iũctæ enauigarent. Eryx:Mons siciliæ:quem alio loco descripsimus. Appẽninus:a liguria incipit uniuersamque italiam in longitudinem diuidens ad ꝓmontorium ultimum quod appellatur Iunonis laciniæ desinit. Stupet ipse latinus:Nam sua prudentia id considerabat quod reliqui non aduerterent.

Congeminant:sors & uirtus miscentur ĩ unũ
Ac ueluti ingenti syla summo ue taburno

SER. Sors & uirtus miscentur in unum : Casus ĩ Turno:uirtus ĩ ænea:nã in bello etiam casus plurimum ualet. Cicero in Miloniana: Adde casus:adde ĩ

certos exitus martemq; cōmunem. Ac ueluti ingē tem syla ue taburno: Syla mons & silua est lucaniæ: taburnus mons campaniæ: Salu. De fugitiuis in silua syla fuerunt: unde pessime quidam siluam legūt quia proprium appelatiuo exæquari non potest: unde proprium bene iunxit. Pauidi. c. m. Proprie magistri sunt militū pastores pecorum: sed reciprocæ sunt inter se istæ translationes. Nam ductor militū pastor uocat: ut diximus supra & magistros pecoꝝ dicimus: Cice. Quē magistꝝ pecoris esse dicebant. Mussantq; iu. dubitant. Sic supra Mussat rex ipse. l. Iuppiter ipse duas æquato examie lances: aut poetice dictum est: & ratione caret nā Iuppiter ignorare nō poterat: aut certe illud q̄rit qs sibi de Turuo & Aenea mortis afferat cām: nā dicūt physici mortē mini me ad eum ptinere: nā bona tātū pstāt: necad eum q̄ sunt mala pertinent: Vnde Cice. in offici. ait sed quia nocere deos non putant: his exceptis hominibus obesse plurimum arbitrantur. Tamen Sciendum locum hunca Virgilio ita fuisse translatum: Vt in Homero lectus est. Examine: examen proprie est filum quo trutina regitur. Damnet labor: liberet: ut Damnabis tu quoq; uo. Vergat pō. l. bene uergat nā morientes inferos petūt. Trepidiq; la. at q lætí eē debuerunt sed nimia æneæ ostenditur uirtus. Nam q; naturale est ut sociis timori sit inferioris audacia unde nunc latini sunt territi ex eo quod superiorem ferire ausus est Turnus. Vt capulum ignotum dextramq; aspe. iner. locus hic totus ad gloriā æneæ ptinet. Namq; id agit ut uideatur Turnus armoꝝ uilitate superatus: Vnde ei redditur gladius quo etiam cum diuinis armis ab ænea possit extingui. Patrio mucrone re. quo fuerat ante usus pater daunus. Sāe patrio mō pr̄no significat: nā Dauni fuerat gladius: unde ē illud Ensē quē Dauno ignipotēs. d. i. pentī fecerat. Alias patriū a pr̄ia ē deriuatiuū. Mortalis mucro: mortali manu factus. Vndiq;. n. densa teucri inclusere corona: stratagema ē: Nam post q̄ Turnum uidere fugere troiani clausere loca per quæ euadere poterat. Cursumq; recusant: retardant scilicet genua: qua impediebant uulnus illatum sagitta. Sane perite facit ut gladio non utaƭ æneas: sed hasta eminus superare contendat: quia impediente uulnere nec se qui poterat: nec in ictum cōsurgere: unde est. Hic gladio fidens. Hic acer & arduus hasta. Inclusum flumine: comparatio Apollonii. Pūiceæ septū formidie pēnæ: Luc. Claudit odoratæ metuētis aera pēnæ. Venator ca. p uēaticus. Insidiis pē. s. Viuidus umber: accerius thuscus: nā umbria pars ē thusciæ. s

CHRI. Sors & uirtus: Vterq;. n. uirtute sua utebatur & fortuna. Inimica in prœlia tauri: de natura & pugna tauroꝝ expressū est in geor. Aut pumiceæ septū formidine pēnæ. & de ceruis dictū eoꝝq; stupore.

SER. Iā iamq; te. ita ut uidetur intuentibus & hi duo uersus uerbo ad uerbū sunt translati de apollonio. Increpuit: omnes obiurgat: incusat: ut æstatē increpitans feram. Efflagitat ensem: cum clamore deposcit. Teretq; trementes: quis enim sautius non timeret instantem: cum eum integer fugeret. Lu. pe. uilia: digna ludo. Sacer oleaster: fere omnia latina arborum nomia generis fœminini sūt: exceptis paucis: ut hic oleaster: hoc siler. Virgilius Mole siler. Itē

Cum duo conuersis inimica in prœlia tauri
Frontibus incurrunt: pauidi cessere magistri.
Stat pecus oē metu mutū: mussantq; iuuencæ
Quis pecori impitet: quē tota armēta sequātur.
Illi inter se multa ui uulnera miscent:
Cornuaq; obnixi infigunt: & sanguine largo
Colla armosq; lauāt: gemitu nemus oē remugit:
Haud aliter tros æneas & daunius heros
Cōcurrūt clypeis: īgens fragor æthera cōplet:
Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet: & fata imponit diuersa duorum:
Quē dānet labor: & quo uergat pōdere letū.
Emicat hic: impune putans: & corpore toto
Alte sublatum consurgit turnus in ensem:
Et ferit: exclamant troes: trepidique latini:
Arrectæ amborum acies: at perfidus ensis
Frangitur: in medioque ardentem deserit ictu
Ni fuga subsidio subeat: fugit ocior euro.
Vt capulū ignotū dextramq; aspexit inermē
Phama ē præcipitē cū primū ī prœlia iūctos
Conscendebat equos patrio mucrone relicto
Dū trepidant ferrum aurigæ rapuisse metisci.
Iamq; diu dum terga dabant palantia teucri
Sufficit: postq̄ arma dei ad uulcania uentum
Mortalis mucro glacies ceu futilis ictu
Dissiluit: fulua re splendent fragmina harena
Ergo amēs diuersa fuga petit æquora turnus:
Et nunc huc deīde huc īcertos implicat orbes.
Vndiq; enim densa teucri inclusere corona.
Atq; hic uasta palus: hic ardua mœnia cīgūt:
Nec mius æneas: quicquam tardante sagitta
Interdū genua impediūt cursumq; recusant.
Inseqtur trepidiq; pedē pede feruidus urget:
Inclusum ueluti si quando in flumine nactus
Ceruum aut puniceæ septum formidie pēnæ
Venator cursu canis & latratibus instat.
Ille autem insidiis & ripa teritus alta:
Mille fugit refugitq; uias: ac uiuidus umber
Hæret hians: iam iamq; tenet similisq; tenenti
Increpuit malis, morsuque elusus inani est.
Tum uero exoritur clamor: ripæque lacusq;
Respōsant circa: & cælū tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens rutulos simul increpat oēs
Nomie quēq; uocās: notūq; efflagitat ensem.

Aeneas contra præsens mortemque minatur
Exitium si quisq̃ adeat:terretque trementes
Excisurum urbem minitans:& saucius instat:
Q uinq; orbes explent cursu:totideq; retexũt
Hunc illuc:nec enim leuia aut ludrica petunt̃
Præmia:sed turni de uita & sanguine certãt.
Forte sacer fauno foliis oleaster amaris
Hic steterat olim nautis uenerabile lignum
Seruati ex undis ubi figere dona solebant
Laurenti diuo & notas suspendere uestes.
Sed stirpem teucri nul lo discrimine sacrum
Sustulerãt puro ut possent cõcurrere campo.
Hic hasta æneæ stabat:huc impetus illam
Detulerat fixam & lenta radice tenebat.
Incubuit uoluitq; manu conuellere ferrum
Dardanides:teloq; sequi quẽ prendere cursu
Nõ poterat:tum uero amẽs formidie turnus
Faune precor miserere ĩquit:tuq; optĩa ferrũ
Terra tenet colui uestros si semper honores.
Q uos cõtra æneadæ bello fecere prophãos.
Dixit:opemq; dei non cassa in uota uocauit.
Nanq; diu luctans lentoq; in stirpe moratus
Viribus haud ullis ualuit discludere morsus
Roboris æneas:dum nititur acer:& instat
Rursus in aurigæ faciem mutata metisci
Procurrit:fratriq; ensem dea daunia reddit.
Q d uenus audaci nymphæ indignata licere
Accessit:telumq; alta ab radice reuellit:
Olli sublimes armis animisque refecti
Hic gladio fidens:hic acer & arduus hasta
Insistunt contra certamina martis anheli.
Iunonem interea rex omnipotentis olympi
Alloquitur fulua pugnas de nube tuentem
Q uæ iã finis erit cõiunx? qd deniq; restat?
Indigentem æneam sis ipsa & scire fateris
Debere cælo:fatisque ad sydera tolli.
Q uid struis? aut qua spe gelidis ĩ nubibus
Mortali decuit uiolari uulneř diuũ? ⸗ hæres?
Aut ensem:quid enim sine te iuturna ualeret:
Ereptũ reddi turno?& uim crescere uictus?
Desine iã tandẽ precibusq; inflectere nostris?
Nec te tãtus edat tacitam dolor:& mihi curæ
Sæpe tuo dulci tristes ex ore coruscent
Ventũ ad supremũ est:terris agitare uel undis
Troianos potuisti:infandum accendere bellũ:
Deformare domũ:& luctu miscere hymenæos

hoc buxum licet & hæc buxus dicatur:Nam superfluam quidam uolunt facere discretionem : ut hæc buxus de arbore dicamus:Buxum uero de ligno cõpositũ.Legimus enim in Virgilio de tibiis Buxusq; uocat berecinthia matris ideæ:Item cum de arboribus loqueretur ait.Et torno rasile buxũ. Venerabile lignum:antiquam arborem uoluit exprimer̃:ubi figere dona solebant proprie:ut Aut sacra ad fastigia fixi. Nullo discrimine:sine intuitu religionis. Fixam lenta radice tenebat:Plenum est:quam radix fixam tenebat. Ferrum terra tene:pro tellus: elementum pro dea posuit. Non cassa in uota:non ad inania uota poposcit auxilium. Luctans moratus: luctatus & moratus erat integrum:quod uitauit propter ομιοτελευτον. Rursus in aurigæ faciem mutata metisci:κατατοσιωπομενον intelligimus iuturnam in numen reuersam: postq̃ currus reliquit.

Audaci nymphæ indignata licere : ut supra diximus ubicunq; inducit nitentem aliquem sine effectu audacem dicas. Armis animisq; refecti : refecti sicut armis ita & animis: Namq; armorum inopia animi ante utriusq; torpebant. Certamina martis anheli : Alii certamine legunt:ut sit sensus: Adsistũt contra se martis anheli certamine. Fulua de nube: de aere elemento suo. Quæ iam finis erit coniunx quid denique restat ĩdigetem æneam: Denique uerba ista quasi iam tediantis sunt ad longam iunonis iracundiam:Vnde & paulopost ait:Desine iam tandem precibusque flectere nostris. Indigetem æneam scis ipsa:subaudis fore:& indigetes dii duplici ratione dicuntur:uel secundum Lucretium quod nullius rei egeant qui ait : Nihil indiga curæ. Vel certe indigete: dii sunt ex hominibus facti:& dicti indigetes quasi in diis agẽtes. Mortalin decuit uiolari uulnere diuum: non lætali:sed aut quo mortales laborant:aut a mortali illato. Diuum: autem subaudi futurum. Quid enim sine te iuturna ualeret : parẽthesis est:Poterat enim excusare se Iuno nil se fecisse commemorans: sed eam auctorem fuisse Iuppiter dicit propter illud auctor ego audendi. Desine iam tandem precibusq; inflectere nostris:singula ꝑnuncianda sunt. Nec te tantus edat tacitam dolor: scilicet desine odiis urgere troianos : Sane edo edis edit integrum uerbum est:ut lego legis legit : Nam edo es est esse anomalum constat. Troianos potuisti:idest iam non potes:ideo non præterito usus est.

Summisso uultu:habitum futuræ orationis ostẽdit. Quia uota mihi tua magna uoluntas Iuppiter: necessitatem obiecerat fati dicens Ventum ad supremum est:sed iuno sciens fatũ esse quicquid Iuppiter dixerit:se credere eius uoluntati asserit.Nam agit:ut conciliet sibi fauorem eius ad petitionem futuram.

Digna indigna pati:idest omnia & prouerbialiter dictum est. Non ut tella tamen non ut contenderet arcum:hoc loco quasi iuturnam iecisse sagittam significat:sed ut supra diximus:possumus accipere. ꝙ aliter in eins gratiam in Aeneam tela contorsit.

Pro uita : ac si diceret pro re nobis data.i. a superis.

Adiuro stygii caput implacabile fontis:pro iuro:nã prothesis est.Quidam tamen uolunt iuro tunc dici debere:cum confirmamus aliquid aut ꝑmittimus

ut iuro me facturum:adiuro uero cum negamus:ut adiuro me non posse:me non fecisse. Terentius: ad iurat se non posse apud uos Pamphilo absente perdurare. Potest tamen & ad ualde significare. Vna superstitio: religio:metus: dicta ab eo quod superstet capiti omnis religio. Redita:data nam prothesis est. Nulla fati quod lege tenetur:Bene fati: nam uictoriæ lex est ut Victi cedãt in habitum nomenq; uictorum. Pro maiestate tuorum: respexit ad Saturnum:qui aliquando in Italia regnauerat: Vnde ait tuorum:Nam & Latinus inde originem ducit ut Fauno picus pater:isq; parentem Te saturne refert: tu sanguinis ultimus auctor. Esto component: cõsentit:sed non inuita. Sit romana potens itala uirtute propago:Hoc uidetur dicere:Si fataliter imminet ut troianis origo romana descendat. Troiani ita lorum nomen accipiant:ut romani de italis non de troianis uideantur esse progeniti. Es germana iouis saturniq; altera proles:Locus ď obscuris: de quo quidam hoc sentiunt:petis pene illicita:sed concedẽda sunt:quoniam soror iouis es: idest Saturni filia: quod si uoluerimus admittere dupliciter sequens uersus erit icongruus:ut irarum tantos uoluis sub pectore fluctus:unde melius est ut ita intelligamus soror iouis es idest Saturni:Vnde non mirum ẽ tantam te retinere iracundiam sub pectore: Nam scimus unumquemq; pro generis qualitate in irã moueri. Nobiles enim & si ad præsens uidentur ignoscere. Tamen in posterum iram seruant: quod nunc Iunoni uidetur obiicere. Nam cum se cõcedere diceret petit tamen quod grauiter posset obesse troianis Sic Homerus inducit Chalchanta dicentem de agamemnone Regem iræ ita se habent: ut etiam si ad præsens indulgere uideatur:stimulos iracundiæ ad futurum reseruent. Do quod uis: Bene præsenti usus est tempore: Nam promissio in diis perfacto est. Subsident:remanebunt:latebunt latinorum scilicet multitudine: ut Galeaq; ima subsedit acestes. Ritusq; sacrorum adiiciam: Verum est. Nam sacra matris deum Romani Phrygio more coluerunt.

Mentem lætata retorsit: iste quidem hoc dicit: sed constat bello punico secundo exoratam iunonem:tertio uero bello a Scipione sacris quibusdam etiam Romam esse translatam.

CHRI. Troianos potuisti: Ad uitam moresq; pertinet hæc fabula. Iuno autem est ipsa ambitio quæ impellit Turnum idest iniustum regem & fœdus rumpere:& multa infanda patrare. Verum iuppiter.i.ipse tãdẽ huiuscemõi ĩpia facta coercet atque eũ pstat fauorem recte agentibus:ut uictores euare possint. Pro latio obtestor.ostendit ĩpudentiam ambitiosorum q etiam uicti aliqd cõtra fas petere audeant.

Vlterius tentare ueto sic iuppiter orsus.
Sic dea submisso contra saturnia uultu
Ista quidẽ quia nota mihi tua magna uolũtas
Iuppiter & turnum & terras inuita relinquo:
Nec tu me aerea solam nunc sede uideres
Digna indigna pati:sed flãmis cincta sub ipsa
Starẽ acie:traherẽq; inimica ĩ prœlia teucros
Iuturnam misero fateor succurrere fratri:
Suasi:& pro uita maiora audere probaui.
Non ut tela tamen non ut contenderet arcum
Adiuro stygii caput implacabile fontis
Vna superstitio superis quæ reddita diuis.
Et nunc cedo equidẽ pugnasq; exosa relinquo
Illud te nulla fati quod lege tenetur:
Pro latio obtestor:pro maiestate tuorum
Cum iam cõnubiis pacem fœlicibus esto
Component:cũ iam leges & fœdera iungent:
Ne uetus indigenas nomen mutare latinos
Neu troas fieri iubeas:teucrosque uocari:
Aut uocem mutare uiros:aut uertere uestes:
Sit latium:sint albani per sæcula reges.
Sit romana potens itala uirtute propago:
Occidit:occideritq; sinas cum nomine troia.
Olli subridens hominum rerumq; repertor
Es germana iouis:saturni que altera proles
Irarum tantos uoluis sub pectore fluctus:
Verũ age & incœptũ frustra submitte furorẽ:
Do quod uis:& me uictusq; uolensq; remitto
Sermonem ausonii patriũ moresq; tenebũt:
Vtq; est nomen erit:cõmixti corpore tantum
Subsident teucri:morem ritusque sacrorum
Adiiciam:faciamque omnes uno ore latinos.
Hic genus ausonio mixtũ qď sanguie surget
Supra homĩes supra iræ deos pietate uidebis:
Nec genus ulla tuos æque celebrabit honores
Annuit his iuno:& mentem lætata retorsit.
Interea excedit cælo:nubemque relinquit.

SER. His actis:remoto Turno auxilio. Dimittere ab armis:per transitum historiæ usus est uerbis nam qui ab exercitu relaxantur ab armis dicuntur remitti Salustius de Appio:ubi eum tota incontione ab exercitu cogit discedere dicit se eius opera nõ usurum eumq; ab armis dimittit. Pestes cognomine diræ:Proprie pestes uocantur:diræ uero cognomine:& dictæ diræ q: non nisi ante iratum iouem uidetur:ut Sæuique in limine regis Apparent diræ. Tartaream mægeram: Bene tartaream addidit:

His actis aliud genitor secum ipse uolutat:
Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ pestes cognomine diræ:
Quas & tartaream nox in tempesta megærã
Vno eodemq; tulit partu paribusq; reuinxit
Serpentum spiris:uentosasq; addidit alas.
Hæ iouis ad solium sæuiq; in limine regis.

Apparēt:acuuntq; metum mortalibus ægris.
Si quādo letū horrificum morboſq; deū rex
Molitur:meritas aut bello territat urbes.
Harū unā celerē demittit ab æthere ſummo
Iuppiter:inq; omen iuturnæ occurrere iuſſit
Illa uolat:celeriq; ad terram turbine fertur:
Nō ſecus ac neruo per nubem impulſa ſagitta
Armatam ſæui parthus quam felle ueneni
Parthus ſiue cydon telū immedicabile torſit
Stridens:& celeris icognita tranſilit umbras:
Talis ſe nocte ſata tulit:terraſque petiuit:
Poſtq̄ acies uidet iliacas:atq; agmina turni
Alitis in paruæ ſubito collecta figuram
Quæ quōdā ī buſtis aut culminibus deſertis
Nocte ſedēs ſerum cāit importuna ꝑ umbras
Haud uerſa in faciem turni ſe peſtis ad ora
Fertq; refertq; ſonās:clypeumq; euerberat alis
Illi membra nouus ſoluit formidine torpor
Arreptæq; horrorē comæ:& uox faucibꝫ hæſit.
At procul ut diræ ſtridorem agnouit & alas
Infœlix crines ſcindit iuturna ſolutos
Vnguibꝫ ora ſoror fœdās & pectora pugnis:
Quid nūc te tua turne poteſt germana iuuare?
Aut qd iā miſeræ ſupat mihi? q̄ tibi lucē
Arte morer? tali poſſū me opponere mōſtro.
Iam iam linquo acies:ne me terete timentem
Obſcœnæ uolucucres:alarum uerbera noſco:
Letalemq; ſonum:nec fallunt iuſſa ſuperba
Magnanimi iouis:hæc pro uirginitate rpōit?
Quo uitā dedit æternā:cur mortis adēpta ē
Conditio? poſſem tantos finire dolores
Nūc certe:& miſero fratri comes ire ꝑ umbras
Iā mortalis ego:haud mihi qcq̄ dulce meorū
Te ſine frater erit.o quæ ſatis ima dehiſcat
Terra mihi maneſq; deam demittat ad imos?

Vt oſtendat eſſe & terrenam & aeream megæram: Nam ut etiam in tertio diximus:Volunt periti quā dam triplicem poteſtatem & in terris: & apud ſuperos ſicut eſt furiarum apud inferos.Ideo autem dicit has ex nocte progenitas : Vt oſtendat: & latenter oriri:& intolerabilem eſſe iram deorum. Vno eodemque tulit partu:Diſpoſitio hæc poetæ quæ dicit has & ſimiles eſſe furiis: & cum his eſſe procreatas.Hoc agit:Vt oſtendat illam prudentium opinione eſſe tam apud ſuperos q̄ in aereis. Sicut apud inferos furias. Apparent : præſto ſunt ad obſequium: Vnde etiam apparitores conſtat eſſe nominatos. Letum horrificum uolunt Iouem non eſſe mortis auctorem:ſed poſſe mortis genere:uel prodeſſe uel obeſſe mortalibus. Inq; nomen iuturnæ occurrere iuſſit: ut iuturnæ omen fraternæ mortis efficeret. Nō ſecus ac neruo per urbem:ſic illa deſcendit ut ſolet ſagitta deſcendere:hinc Statius traxit ut diceret de diſco iacto.Similiſq; cadenti Creſcit in aduerſos. Impulſa:autem proprie: ſic ſupra Incertum qua pulſa manu. Felle ueneni:Amaritudine ueneni ſucco noxio:aut certe periphraſticos dixit uenenum. Tranſilit umbras:hyperbole eſt:namq; umbras ſemper tela comitantur:hinc ait.Tranſilit umbras ſagitta.Male enim quidam auras legunt. Talis ſe taliter collecta ex nimia ſcilicet furiæ magnitudine. Culminibus deſertis :noctuam dicit non bubonem:Nam ait Alitis in paruæ:Bubo autem maior eſt. Serum canit:Triſte:diuturnum:ut Seraq; terifici cecinerunt omina uates Saluſtius Serum bellum in anguſtiis futurum. Sonans clipeumq; euerberat alis: Signa ſunt iſta plangentium. Stridorem:uocis ſcilicet ſonum:nam utrunque tangit augurium & oſcinium & prepetum. Duræ : immiti : quæ poſſet fratrem cernere tot laboribus ſubditum. Monſtro : augurio ex Iouis uoluntate uenienti. Obſcenæ uolucres: inuidioſe dixit.Nam una eſt. Quo uitā dedit æternam:quia occurrebat:ſed preſtitit immortalitatem. dicit hanc eſſe cauſam doloris.

DONA. Non ſecus : interponitur parabola qua narratio interrumpatur:ut legentis tedium excludat. Alitis:noctuam uel bubonem intelligit. Pro uirginitate:pro erepto uirginitatis honore.

CHRI. Dicuntur geminæ peſtes : De his ī ſuperioribus diximus:Hic tamen demonſtrat q̃les ſint furiæ aduerſus ſuperos.Aſper ait Megeram habere uim tantum apud inferos.

SER. Glauco amictu:quaſi nympha propter undarum ſimilitudinem. Ingens arboreum:non ſunt epitheta:ſed æneas ingens telum coruſcat arboreum.

Tantum effata caput glauco contexit amictu
Multa gemens:& ſe fluuio dea condidit alto.
Aeneas inſtat contra:telumque coruſcat
Ingēs arboreū:& ſæuo ſic pectore fatur.
Quæ nūc deīde mora ē? aut qd iā turne rētractas
Nō curſu:ſæuis certandū eſt cominus armis:
Verte oēs tete in facies:& contrahe quicquid
Siue animis ſiue arte uales:opta ardua pēnis
Aſtra ſequi:clauſumq; caua te condere terra.

Contrahe:collige:eſt autem hoſtilis iracundia. Caput quaſſans:concutiens & conquaſſans caput. Et iuppiter ho.Ordo eſt & ferox hoſtis. Saxum circūſpicit.Homeri hic totus locus eſt. Campo quod forte iacebat:Limes agro poſitus: ſecundum artem priori reſpondit:ſic Saluſtius Eſt in carcere locus qđ tullianum appellatur. Manu raptum trepida : aut feſtina : aut reuera trepida : quia ſequitur : Sed neq; currentem nec ſe cognoſcit euntem. Torquebat:bene imperfecto uſus eſt tempore:quia non eſt perfectum quod uoluit: ut Nec ſpatium totum euaſit: nec pertulit ictum. Nec ſpatium euaſit:hic diſtin/

guendum ut ſit totum nec totum pertulit ictum.i. euacuatus eſt impetus ipſius ſpatio longiore. Ac ue luti in ſomnis: Comparatio Homeri. Nec quo ſe eripiat.Totum enim troiani clauſerant. Sortitus fortuna oculis:hunc locum ad feriendum oculis ele git Aeneas:quem fortuna deſtinauerat uulneri. Ful mine tanti:pro tonitru:ſine quo nunq̃ fulmen mit titur. Atri turbinis inſtar:multis utitur compara/ rationibus ad exprimẽdum nimium impetum.E t inſtar ut ſupra diximus:per ſe plenum eſt:nec reci/ pit præpoſitionem:licet Serenus ad inſtar dixerit: quod in idoneis reperitur auctoribus. Ictus:percuſ ſus:Nunc participiũ eſt:Ac ſi diceret : cecidit eliſus.

Equidem merui:Secundum artem rhethoricam: Nam quotiens perſonæ in inuidia ſunt aliæ pro his ponuntur.Vnde ait Ego quidem occidi mereor:ſed tu debes ignoſcere parentis intuitu. Nec deprecor: non refuto.

DONA. Aeneas inſtar:redit ad narrationem:quã interruperat ĩterpoſitis dictis Iunonis:Iouis & Iutur næ. Ingens arboreum:Non haſtam:ſed geſtatorem laudat. Pinnis:ſemper pinna & non penna eſt apud Donatum. In ſomnis:ponit parabolam quam quiſ que in ſe expertus intelligere poteſt quid Turno eue nerit. Vrbem:uel in qua erat Lauinia:uel unde ex/ pectaret auxilium:quod pudor peter̃ uetabat. Nec quo ſe eripiat:fugiendi occaſio deerat. Audendi fi/ ducia negabatur:nullum ſperat auxilium ſorore iã remota. Humilis:corpore.i.ſupplex deiecto faſtu.

CHRI. Alto:profũdo:ut ne tã crudele ſpectaculũ uideret:nã grauiora ut iã diximus ſunt q̃ uidemus q̃ quæ audimus.Arboreum expreſſit quid diceret in/ gens. Quæ nunc deinde mora. Amara in hoſtem uerba & hominis indubitatam uictoriam ſibi pro/ ponentis & quæ ſimpliciter æneæ clementiæ non conuenirent ſed merita Turni hæc ab eo extorque/ bant. Ille caput quaſſans : non diſcedit a ferocitate ſua:& uictus ſe uictum fateri non uult. Neque hu/ manis æneæ uiribus cedit:ſed a Ioue ſuperari dolet

Torquebat:Incipiebat quid contorquere.ſed deſe cerunt uires:ut rem perficere non poſſet. Genua.l. Proceleumaticus pes eſt: qui ex quattuor ſyllabis cõ ſtat.Poteſt tamen redire ad dactylum ſi u quæ uoca lis eſt conuertatur in conſonantem & facta ſynereſi genua duarum ſit ſyllabarum. Concreuit:conrigu it:ut Subito concreſcunt flumine cruſtæ.De hoc di/ ctum eſt in georgicis Per inane:uacuum. Atqui da re uacuum non:ſed regionem ab aere occupatam di cimus uacuam:quia ita cedit aer ut nihil eſſe uidea/ tur. Nec ſpacium euaſit ideſt non eſt egreſſus ex to to illo ſpatio:qui intercedebat inter ſe & æneam. Er go defecit in ſpacio anteq̃ ad æneam perueniret.Hic eſt ꝙ non pertulit ideſt ad deſtinatum finem tulit. Nam per incompoſitionẽ abſolutam rem demonſtrat. Hinc illud eſt:ut ſi quis legere incœperit & non totum leger.t dicat legi:ſed non perlegi:quod autem de in/ ſomnio dicit phyſicum eſt. Sortitus fortunam oculis:ideſt ſumẽs fortunam ideſt fortunatum ictum ocu/ lis quia oculis ꝑelegit:quo tellum dirigat:quæ res ſibi futura ſit fortunata. Nec fulmine tanti Diſſultant crepitus:Sententia eſt non uenit tanto impetu fulmen:Nam fulminis impetu ſcindũtur nubes.Vnde ipſe diſ ſultando gignunt crepitum. Turbinis:de quo iam dictum. Ille humilis:Optimum exemplum:nam ſuper biores q ſunt nũq̃ cedere potiori uolũt niſi cũ penitus uicti ſunt:& quo tempore nihil illis prodeſt.

Ille caput quaſſans non me tua feruida terent
Dicta ferox.dii me terent:& iuppiter hoſtis.
Nec plura effatus:ſaxum circunſpicit ingens
Saxũ antiquũ ingẽs campo qui forte iacebat
Limes agro poſitus :litem ut diſcerneret aruis.
Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent
Q ualia nũc hominũ ꝓducit corpora tellus.
Ille manus raptum trepida torquebat ĩ hoſtẽ
Altior inſurgens & curſu concitus heros.
Sed neque currentem ſenex cognoſcit euntẽ
Tollentem ue manu ſaxũq; ĩmane mouentẽ
Genua labãt:gelidus cõcreuit frigore ſanguis.
Tum lapis ipſe uiri uacuum ꝑ inane uolutus
Nec ſpacium euaſit totum:nec pertulit ictũ.
Ac ueluti ĩſomnis oculos ubi languida preſſit
Nocte qes nequicq̃ auidos extendere curſus
Velle uidemur & in mediis conatibus ægri
Succidimus:non lĩgua ualet nõ corpore notæ
Sufficiunt uires:nec uox nec uerba ſequunt̃
Sic turno quacunque uiam uirtute petiuit:
Succeſſum dea dira negat:tũ pectore ſenſus
Vertuntur uarii:rutulos aſpectat & urbem:
Cunctaturq; metu:telumq; inſtare tremeſcit:
Nec quo ſe eripiat:nec qua ui tendat ĩ hoſtẽ:
Nec currus uſquam uidet:aurigamq; ſororẽ
Cunctanti telum æneas fatale coruſcat
Sortitus fortunam oculis:& corpore toto
Eminus intorquet murali concita nunquam
Tormento ſic ſaxa fremunt:nec fulmine tanti
Diſſultant crepitus:uolat atri turbinis inſtar
Exitium dirum haſta ferens:oraſque recludit
Loricæ:& clypei extremos ſeptẽplicis orbes
Per mediũ ſtridẽs tranſit femur:incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplyte turnus
Cõſurgunt gemitu rutuli:totuſq; remugit
Mõs circũ:& uocẽ late nemora alta remittũt.
Ille hũilis ſupplexq; oculos:dextrãq; precantẽ
Protendẽs equidẽ merui:nec deprecor inquit

SER. Vtere ſorte tua:interfice hoſtem tuum. Fu it & tibi talis an.Hic diſtinguendum ut duo dicat:&

Vtere ſorte tua miſeri te ſiqua parentis

Tangere cura potest:oro:fuit & tibi talis
Anchises genitor dauni miserere senectæ:
Et me seu corpus spoliatum lumine mauis
Redde meis:uicisti:& uictum tēdere palmas
Ausonii uidere:tua est lauinia coniunx.
Vlterius ne tende odiis:stetit acer in armis
Aæneas uoluens oculos dextramq; repressit.
Et iā iamq; magis cunctantem flectere sermo
Cœperat infœlix humero cum apparuit alto
Baltheus:& notis fulserunt cingula bullis.
Palantis pueri uictum quem uulnere turnus
Strauerat:atq; humeris inimicū īsigne gerebat
Ille oculis postquam sæui monum ēta doloris
Exuuiasque hausit furiis accensus & ira
Terribilis tu ne hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi: palas te hoc uulnere palas
Immolat:& pœnā scelerato ex sāguine sumit.
Hoc dicens ferrum aduerso sub pectore cōdit
Feruidus:ast illi soluuntur frigore membra:
Vitaq; cū gemitu fugit īdignata sub umbras.

habuisti patrem:& pater es. Et me redde meis: Ordo est:redde meis:sed ne ex aperto rem uiro forti pudendam peteret:interpositione usus est dicens Seu corpus spoliatum lumine maius. Tendere palmas ausonii uidere: Ad gloriam æneæ pertinet q; se Turnus cunctis præsentibus uictum fatetur. Tua est lauinia coniunx:Quæ fuerat causa certaminis. Vlterius ne tenta: odiis:noli uele crudelitatem tuam ultra fata ꝓtendere:sed redde corpus sepulchro. Acer in ar.Non tantum ad præsens refertur:sed quia semper in armis acer esse consueuit. Cunctantem flectere sermo cœperat:Omnis intentio ad æneæ pertinet gloriam:Nam & ex eo quod hosti cogitat parcere: pius ostenditur:& ex eo q; eum interemit pietatis gestat insigne Nam euandri intuitu palantis ulciscitur mortem. Infœlix baltheus:nulli domino fœlix: & sic est dictum infœlix baltheus sicut lacedæmonios hymeneos.Et sciendum baltheum habuisse Turnū ad insultationē:& iactantiā:nō ad utilitatem. Vnde ē Atq; humeris inimicum insigne gerebat. Monumenta do.proprie:nam & monumentum ab eo dictum est quod mentem moneat. Hausit:uidit:Vt Hauriat nunc oculis ignem crudelis ab alto. Palas immolat:ad suæ mortis & abrupti fœderis ultionē te tāq̄ hostiam immolat Palas. Frigore:morte: Vt Corpusq; lauant frigentis & ungunt. Vitaq; cu.ge. fugit idi.sub um.Indignata uel quia mox p̄ce s ueniam non meruerant:uel quia lauiniam fore sciebat æneæ:uel quia ut supra de Camilla diximus discedebat a iuuētute:Nam uolunt phisici animam discedere a corpore inuitam:cum quo adhuc habitare naturæ legibus poterat:sic Homerus φυχνδεκ μελεωυτπαμεν ναιδοσ λεβα βηρει οντποτμον γοουσ ακιπουσ ανδροτηδα καιηβην.

DONA. Victoria æneæ quam ponit in fine operis perficit atque absoluit cumulum laudum æneæ:quas a principio ad finem omni artificio continuauit.

CHRI. Merui nec deprecor:Cum uiro forti pudenda res uideretur uitam ab hoste deprecari: id artificio se latenterq; agit.Et primo ꝓmittit mortē suam sibi:quæ res uidetur posse uehementer hosti misericordiā commouere.Deinde cum persona sua odiosa fit:interponit personam parentis quod ualidissimum esse poterat:p̄sertim apud eum qui in patrem pientissimus fuit. Vtere sorte tua:Non concedit plenam uictoriam sibi:non enim dixit utere fortitudine tua sed fortuna quæ tibi magisq̄ uirtus fauit. Miseri parentis: Commisetatio a statu q; miser:& a sanguine q; parēs & postremo ab ætate:cum dicit Dauni miserere senectæ. Et me:dum præcatur ut reddat cadauer:potest flectere ut condonet uitam. Vicisti: Magna est laus q; uicti testimonio uictor euadas.Et uictum.Cum summo gemitu pronuuciantur.Non enim mouetur morte uiri fortis : Sed quod uictus sit ausonii. Quos ego cupiebam adhibere testes meæ uictoriæ testes erunt meæ ignominiæ.Et hæc etiam flectere potuerunt æneam:ut cum nactus esset plenam uictoriam inuictum clementia uteretur quod omnino fortissimi uiri est. Ausonii: Apud quos summam gloriam ex rebus per multa tempora preclarissime gestis acquisiueram apud eosdem momento temporis: & illam amito:& ignominiam subeo. Videre:quod neq; hactenus uiderant:nec uisuros putarant. Tua:Qua quid mihi miserius accidere potest:ut uictor præmium uictoriæ secum auferat. Lauinia:Emphasim habet nomen quasi dicat quam ego mea uita cariorem habui:& propter quam omnes hos labores pertuli. Vlterius ne tende odiis: non enim est magni & excelsi uiri cum hostem tanta cum gloria superarit:& omnia sit p̄mia consecutus: eū occidere uelle.Nam inter magnas fortitudinis partes reponitur inimicitias condonare. Nam uindictam q̄rere humilis pusilliq; aī eē apparet.Hic Iuue.Ad summā collige q; uīdicta nemo magis gaudet q̄ fœmīa. Stetit acer:cōstitit nō metu q̄a acer sed inclinans ad misericordiam:Ignouisset si Turnus Palāti ignouisset:Sed cū ex balthei admonitu recordaretur crudelitatis Turni magis pium iudicauit amico euandro & qui sua causa filium unicum amisserat satisfacere q̄ inimicissimo Turno uitam concedere:ut pietate potiusq̄ crudelitate ipsum interemerit.Admonet præterea poeta multa in uita facere homines tanquā ad suam īmortalem gloriā pertineant:ex quibus deinde in exitium ruunt.Id enim ob dirreptum Palanthis baltheum opinione sua deceptus in se expertus est Turnus. Furiis & ira : Implacabili indignatione. Tu:tam immitis.Indutæ spoliis meorum:quod non ad tuam defensionem sed ad superbam iactantiam pertinet. Mihi: emphasim habet q̄ si dicat tam forti tam iniuriarum in meos collatarum prosecutori. Pallas:non mea crudelitas:sed ultio quā Palanti dabo. Immolat.Nō ueluti hostem cæsum:sed ueluti hostiam quæ fracti fœderis iustissimum piaculum sit. Scelerato:qui contra pacē prīo & contra iura hospitalitatis:Deinde contra fœdus arma sumpserat.

Maphei Veggii Laudensis poetæ clarissimi Liber Tertiusdecimus Additus duodecim Aeneidos libris.



Vrnus ut extremo uitā sub marte profudit.
Subdunt se rutuli æneæ troiana sequentes
Agmina: dehic supis meriti redduntur honores
Congaudet gnato ac sociis memor ante malorꝝ
Actorum pater æneas. turni inde latinus
Morte dolet. patriæ miseranda incendia daunus
Euersæ: & cari deflet pia funera gnati.
Connubium instaurat gnatæ lætosq; hymeneos
Rex socer æneæ genero: gens utraq; pacto
Fœdere pacis ouat: tum nomine coniugis urbem
Instruit: & tandem placida sub pace regentem
Transtulit æneam uenus astra i summa beatum.



Vrnus ut extremo deuictus marte ꝓfudit
Effugiētem animam medioque sub agmine uictor
Magnanimus stetit æneas mauortius heros
Obstupuere omnes: gemitumq; dedere latini
Et durum ex alto reuomentes corde dolorem
Cōcussis cecidere animis: ceu frondibus ingens
Silua dolet lapsis boriali impulsa tumultu.
Tum tella infidūt terræ: & mucronibus hærent:
Scutaq; deponunt humeris: & prœlia damnant:
Insanumq; horrent optati martis amorem
Nec frenum nec colla pati captiua recusant:
Et ueniam orare: & requiem finemq; malorum:
Sicut acerba duo quando in certamina tauri
Concurrunt largo miscentes sanguine pugnam.
Cuiq; suum pecus iclinat: sin cesserit uni
Palma duci: mox quæ uicto pecora ante fauebāt
Nunc sese imperio subdunt uictoris: & ultro
Quāq̄ animum dolor altus habet: parere fatent
Non aliter rutuli licet ingens mœror adhausit
Pectora pulsa metu cæsi ducis: inclyta malunt
Arma sequi: & phrygium æneā: fœdusq; præcari
Pacis: & æternam rebus belloq; quietem
Tūc turnum super asistens placido ore profatur
Aeneas: quæ tanta animo dementia creuit:
Vt teucros superum monitis summiq; tonantis
Imperio huc uectos patereris daunia proles
Italia: & pactis nequicquam expellere tectis?
Disce iouem uereri: & iussa facessere diuum.
Magnū etiā capit ira iouem: memoresq; malorꝝ
Sollicitat uindicta deos: en ultima tanti
Meta furoris adest: quo cōtra iura fidemq;
Iliacam rupto turbasti fœdere gētem.
Ecce suprema dies aliis exempla sub æuum
Venturum missura iouem & temnere frustra
Fas sit: & idignos bellorum accendere motus.
Nunc armis lætare tuis: heu nobile corpus
Turne iaces: at non tibi erit lauinia paruo
Nec dextra tamen æneæ cecidisse pudebit.
Nunc rutuli hic auferte ducē uestrꝝ: arma uirꝝq;
Largior: atq; omnem deflendæ mortis honorē.
Sed quæ palantis fuerat ingentia balthei
Pondera transmittam euandro: ut solatia cæso
Haut leuia hoste ferat: turnoq; exultet adempto
Vos memores tamen ausonii melioribus uti
Discite bellorum auspiciis: ego sydera iuro
Nunq̄ acies: nunq̄ arma libens in prœlia moui:
Sed uestris actus furiis defendere toto
Optaui: & licuit troianas robore partes.
Nec fatus plura æneas se lætus ad altos
Vertebat muros: & troia tecta petebat.
Vna ipsum teucrorꝝ omnis conuersa iuuentus
Exultans sequitur: uolucresq; per ardua pedū ui
Quadrupedes citat: incusans acri ore latinos:
Ignauosq; uocans: strepit altus plausibus æther
Et quis inhumata rogis date corpora surgat
Ingens cura animo sociosq; imponere flammis
Maius opus tamen æneas sub pectore uoluens
Primū aris meritos superos mādabat honores:
Tum pingues patrios iugulant ex more iuuēcos.
Immittuntq; sues: niueasq; in templa bidētes:
Purpuream effuso pulsantes sanguine terram.
Viscera diripiunt: & cæsim i frustra trucidant.
Denudātq; gregē: & flāmis uerubusq; remittūt.
Tum uina effūdunt patheris: & dona lyei
Accumulāt: plenis uenerantur lācibus aras.
Thura ignes adolent. onerata altaria fumant.
Tum plausus per tecta mouēt: magnūq; tonātē
Extollunt: ueneremq; & te saturnia iuno
Iam placidam: & meliorem igenti laude fatent
Mauortemq; ipsum: tamē extera turba deorum
In medium effertur summis cum uocibus altis
Perlata ad cælos: ante omnis gratior unus
Aeneas duplices mittebat ad æthera palmas:
Et puerum papica ore dabat complexus iulum
Nate in quo spes una patris per tanta laborum
Quem uariis actus fatis discrimina duxi
Ecce inuenta quies: ecce illa extrema malorum
Erumnis factura modum acceptissima semper
Atq; optata dies: quam dura in bella uocatus
Sæpe tibi diis auspicibus meminisse futuram
Iam memini: nunc te q̄primum aurora rubebit
Crastina sublimen rutulorum ad mœnia mittā:
Dehinc sese ad gentē iliacam uoluebat: & alto
Pectore uerba trahens blando est sic ore locutus.
O socii per dura ac densa pericula uecti
Per tantos bellorꝝ æstus: duplicesq; furores
Armorꝝ: per totq; hyemes: per quicq̄d acerbum:
Horrendum: graue: triste: igēs: per q̄cq̄d iniquū:
Infaustum: & crudele foret: conuertite mentem
In melius: iam finis adest: hic meta malorum
Stabit: & optatam latia cum gente quietem
Iungemus. dabit inde mihi lauinia coniunx
Bello acri defensa italo cum sanguine mixta
Troianam transferre æterna in sæcula gentem.
Vnum oro socii ausonios communiter æquo
Ferte aio: & uosmet socero obseruare latino.
Scæptrum idē sublime gerent. sentētia mētem
Hæc habet: at bello uos: & præstantibus armis
Discite me: & pietate sequi: quæ gloria nobis
Cesserit in promptu ē: sed cælū & sydera testor
Qui uos tantorum eripui de clade malorum:

Idem ego sub maiora potēs uos præmia ducant:
Talibus orabat.uariosq; in pectore casus
Præteritos uoluens:partamq; labore quietem
Haud paruo:nimium ardēti exundabat amore
In teucros:grauibus tandem euasisse periclis
Exultans:uelut e exiguis cum ex æthere gyrans
Incubuit pullis:& magno turbine miluus
Insiliens auido ore furit:stragēq; minatur.
Tum cristata ales pculso pectore mater
Consurgit misero gnatorum exterita casu.
Rostrum iacuit:totisq; petit conatibus hostē:
Et multa expulsum ui tandem cepere cogit
Dehinc pturbatos crocitans exquirit:& omnes
Attonitos cogit pro caris anxia gnatis.
Et tanto ereptos gaudet superesse periclo
Non secus anchisa genitus mulcebat amicis
Troianos dictis:antiquum corde timorem
Flagrantisq; agittans curas:& gaudia longis
Tandem parta malis:& quæ perferre molestum
Ante fuit:meminisse iuuat. uerum altior idem
Ingenti:& clara æneas supereminet omnes
Virtute excellens:& pro tot numina donis
Exorat:summisque iouem cum laudibus effert.
Interea rutuli:magnum:& miserabile funus
Exanimumq; ducē tulerant sub tecta frequētes.
Correpti mœrore animos : largumq; pluentes
Hymbrem oculis:& iam lato clamore latinum
Defessum:& uarios agitantem pectore casus
Complerant:qui postq̄ altos crebescere questus
Et turnum ingenti confossum uulnere uidit:
Haud tēuit lachrymas:dehinc mœstū lēit agmē
Corripuit manibus uerbisq; silētia ponens.
Ceu spumantis apri quando per uiscera dentes
Flumineos canis excepit præstantior omni
Ex numero:tunc infausto perterrita casu
Cætera turba fugit latrantum:atq; ore magistrū
Circunstans querulo pauitat:magnoq; ululatu
Infremit:ac commota manu dominiq; iubentis
Ore silet:gemitumq; premit:seseq; cohercet.
Haud aliter rutuli suppressa uoce quierunt.
Tunc sic illachrymans rex alto corde latinus
Verba dabat:quantos humana negocia motus
Alternasq; uices miscent quo turbine fertur
Vita homium o fragilis damnosa supbia sceptri
O furor o nimium dominandi innata cupido
Mortales quo cæca uehis? quo gloria tantis
Inflatos transfers animos quæsita periclis?
Quot tecum insidias? quot mortes:quāta malorū
Magnorum tormēta geris. quot tela quot enses
Ante oculos si cernis habes:heu dulce uenenum
Et mundi letalis honos:heu tristia regni
Munera quæ:haud paruo constēt: & grādia regū
Pondera:quæ nunq̄ placidam promittere pacem
Nec requiem conferre queant.heu sortis acerbæ
Et miseræ regale decus:magnoq; timori
Suppositos regum casus pacisque negatos
Quid turne ingēti ausoniam mouisse tumultu
Et dura æneadas turbasse in bella coactos.
Quid iuuat & uiolasse sacræ promissa quietis
Pignora? quæ tibi tanta animo impatiētia uēit:
Vt matrem cum gente deum: iussuque tonantis
Huc uecta generes:& nostris pellere tectis
Vltro instans uelles: nataeque abrumpere fœdus
Pollicitæ genero æneæ:& me bella negante
Dura mouere manu:quæ tanta insania mētem
Implicuit:quotiens te in sæui martis euntem
Agmia sublimēque in equo:& radiātibus armis
Tentaui reuocare:& iter suspendere cœptum
Corripui:& pauitans cedētem in limine frustra.
Inde ego quanta tuli:testantur mœnia tectis
Semirutis magniq; albentes ossibus agri.
Et latium toto uacuatum robore:& ingēs
Exitium fluuiiq; humana cede rubētes
Et longi tepidiq; metus:duri que labores
Quos totiēs senior per tanta pericula cœpi.
At nūc turne faces:ubinam generosa iuuētæ
Gloria? & excellēs animus? quo splēdidus altæ
Frōtis honos? quonam illa decēs frōtis imago?
Ah quātas dauno lachrymas acresq; dolores
Turne dabis:quāto circunfluet ardea fletu
Sed nō degeneri & pudibundo uulnere fossum
Aspiciet:saltem hoc misere solamē habebit
Mortis:ut æneæ troiani exceperis ensem.
Hæc fatus lachrymisq; genas impleuit abortis.
Tum sese ad turbam uoluēs:miserabile corpus
Attolli:& charam mœsti genitoris ad urbem
Deferri:atq; pios fieri mādabat honores.
Mox circunfusi rutuli lato agmine cæsum
Sublimem ingēti iuuenē posuere pheretro:
Multa sup teucrum raptorum insignia secum
Et galeas:& equos:ensesq; & tela ferentes
Post currus phrygia sudantes cæde sequuntur.
It lachrymās:& ducis equū docta arte metiscus
Rorātem:& fletu madidū qui uixerat ante
Victorē turnū:atq; hostili strage furentem.
Hic alii uersa arma gerūt:tum extera pubes
Flēs sequitur: largisq; humectat pectora guttis.
Et iam fessi ibāt per muta silentia noctis
Cædentis sese:gressumq; in tecta latinus
Flexerat ingenti turbatus funere mētem
Vna omnes lachrymas: matres:puerique:senesq;
Fundebāt mœstā implētes mugitibus urbem.
Inscius ad tantos daunus superesse dolores
Et gnatum extremo cōsumptum marte supbā
Effudisse animam:largisq; ad mœnia duci
Cum lachrymis:alios gemitus curasq; fouebat
Nanq; ex diuersa caderet dum parte latini:
Et calido turnus fœdaret sanguine terram
Vrbem ingēs flamma : & muros inuaserat altos
Fumabatq; rutis miseri patris ardea tectis:
Et tota in cinerem uergebat:& astra fauillæ
Altiuolæ implebant:nec spes plus ulla salutis
Siue quidē sic diis placitum ē : seu præsētia turni
Signum ut fata darēt horrēdo marte perempti.
Extemplo concussi animos:turbataq; ciues
Pectora cædētes miserandæ sortis iniquum
Deflebant casum:longoq; ex ordine matres
Atq; auidos totis fugiebant uiribus ignes.
Ac ueluti cum nigra cohors posuere sub alta
Arbore & infixa radice cubilia longo
Formicæ instantes operi.sin dura securis
Incumbat:uersosq; infringat culmine paruas

Saeua casas: mox certatim sese agmine sparso.
Corripuit: moestaq; fuga: trepidaeq; feruntur
Et uelut ignitum testudo euersa calorem
Cum sensit luctata diu: pedibusq; renitens
Caudam agitansq; caput magna ui cedere tẽtat.
Aestuat: & multa insidians conamina miscet.
Haud aliter miseri per tanta pericula ciues
Iactabant sese: & turbata mente ferebant.
Ante omnes senio confectus ad aethera uoces
Fundebat querulas daunus: superosq; uocabat
Tum uero e mediis uisa ẽ consurgere flammis
Percussisq; ales uolitare per aera pennis
Indicium nomenq; urbis uersae ardea seruans:
Et cui sublimes stabant in moenibus arces
Mutata effusis nunc circum labitur alis.
Attoniti nouitate omnes: monitisq; deorum
Haud paruis confusi humeros atq; ora tenebant
Atq; daunus patriae ardenti concussus amore
Euersae: duros gemitus sub corde premebat.
Haec inter magno uolitans praenuncia motu
Fama ruit: latiisq; animos clamoribus implet
Aduentare nouum multo cum milite funus:
Et turnum exanimem: & letali uulnere uictum.
Mox turbati omnes nigras duxere frequentes
Incensas ex amore faces ardentibus agri
Collucent flammis: dehinc se uenientibus addũt.
Quos postquam toto uidere ex agmine matres
Percussis uocem palmis ad aethera tollunt.
At daunus cari ut patuerunt funera nati
Substitit: & demum ingenti correpta dolore
Ora mouens medium sese furibundus in agmẽ
Proripuit: turnumq; super prostratus & haerens
Quanprimum fari potuit: sic edidit ore
Nate patris dolor: & fessae miseranda senectae
Rapta quies quo me tantis iactare periclis
Duxisti: & saeuis tandem deuicte sub armis.
Quo tua me prestans animi constantia uexit.
Hic clarae uirtutis honos: & gloria scaeptri:
Hoc magni decus impium? tales ne triumphos
Nate refers? haec illa quies promissa parenti
Afflicto: totiens? haec meta optata laborum.
Heu miserum q̃ praecipites labentia casus
Saecla agitant: quanto uoluuntur fata tumultu:
Qui iam sublimes referebas clarus honores:
Et magnus toto in latio: quem troes in armis
Horrendum: & trepidi totiens sensere furentẽ:
Nũc mi turne iaces miserãdum: & flebile corpus
Iam mutũ ẽ sine uoce caput: quo pulchrior alter
Non fuit in tota ausonia: nec gratior ullus
Eloquio: nec quis positis ingentior armis
Nate ubi forma nitẽs? niueaq; in fronte serenus
Ille decor? dulcisq; oculorum aspectus: & altae
Sydereus ceruicis honos? his gloria martis
Contigit auspiciis: tali rediture paratu
Discedens uoluisti auidis te credere bellis:
Heu mortẽ inuisam quae sola ultricibus armis
Elatos frenas animos communia toti
Genti scaeptra tenens: aeternaq; foedera seruans:
Quae magnos paruosq; teris quae fortibus aeq̃s
Imbelles populisq; duces: seniumq; iuuentae.
Heu mortẽ obscuram quae causa indigna coegit
Eripere: atq; meum crudeli uulnere natum
Afficere: o foelix tam grato caedis amata
Successu laetare tuae quae tanta dolorum
Fugisti monumenta grauisq; immania casus
Pondera. quid misero genitori plura paratis
O superi? natum rapuistis: & ardea flammis
Cõsumpta in cinerẽ uersa ẽ: nunc aetherea pẽnis
Verberat. ah me turne tua plus caede cruenta.
Deerat adhuc sors ista patris suprema senectae
At uero tali se res cum foedere uersant
Vt quẽ infecta furẽs miserum fortuna moratur
Illum omni petat infrendens: & turbine cogat:
Dixerat: & multa illachrymans largo orẽ rigabat
Hymbre: trahẽs duros gẽitus rabidosq; dolores
Qualis: ubi ĩcubuit ualidus iouis unguibus ales
Et paruum effuso diuulsit sanguine foetum
Cerua uidens: miseri turbantur funere nati
Postea lux latum splendore impleuerat orbem.
Tunc pater infractos fatali marte latinus
Defecisse uidens italos: totamq; potenti
Cedere fortunam aeneae: belliq; tumultum:
Ingentisq; animo curas & foedera uoluens
Connubii promissa suae nateq; hymeneos.
Prestantes uocat electos ex agmine toto
Mille uiros: qui dardanium committẽtur ad urbẽ
Spectatum uirtute ducem: iungitq; togatos
Multa oratores memorans: & euntibus ultro
Impat ut quando auspiciis: monitisq; deorum
Troianam miscere italo cum sanguine gentem
Expediant: placido intersint animoq; recusant:
Aeneadesq; uehant alta inter moenia laeti.
Interea ipse urbẽ labefactam: & uulgus inerme
Componit: solidatq; animos requiẽq; futuram
Spondet: & aeternam uentura in saecula pacem
Inde iubet meritos turba plaudẽte triumphos
Sublimesq; domus fieri regales honores.
Atq; alacris mouet unanimes ut fronte serena
Occurant genero uenienti: & pectore toto
Excipiant gentem iliacam: magnisq; receptent
Plausibus: optataeq; effundant pacis amores.
Iamq; ĩstructa cohors teucrorum castra subibat
Cincta comas ramis oleae: pacemq; rogabat.
Quam bonus aeneas ad se intra regia duci
Tecta iubet: causamq; uiae placido ore requirit
Tunc senior sic incipiens ardentia drances
Verbera mouet nimium erepti pro funere turni
Exultans: o troianae dux inclyte gentis
Gloria spesq; phrygũ: quo nec pietate: nec armis
Maior in orbe fuit: uicti obtestamur: & omnes
Iuramus deosq; deas inuitus in unum
Conflatum uidit latium: & temerata latinus
Foedera nec phrygios unq̃ turbauit honores
Quin nate quando superum sic uota ferebant
Connubia: & generum magno te optabat amorẽ.
Sed quicquid tãto armorum flagrante tumultu
Tantorum furiisq; opum: atq; laboribus actũ ẽ
Id rapidus turni: & stimulis incẽsus iniquis
Confectusq; odiis furor attulit ille negantes
Inuitasq; dedit latias in proelia gentes.
Illum omnis conuersa cohors poscebat ut armis
Cederet: & magnum sineret succedere pactis

Cōnubiis anchisiaden:inde optimus ambas
Iungebat palmas defessa ætate latinus
Infractus:nimioq; ardentem marte rogabat:
Nec nostræ potuere preces inflectere durum:
Nec diuum portenta animum: quin acrius ignē
Spumabat ferus ore uomens: bellumq; ciebat.
At uero dignum inuenit pro talibus ausis
Exitium qui te tandem uictore momordit
Nigrantē ꝓstratus humū: nunc improbus ædes
Tartareas uisurus eat quæratq; sub imo
Nunc alias acheronte acies: aliosq; hymenæos.
Tu melior succede bonis laurentibus hæres.
In te omnis domus:& fessi inclinata latini
Spes iacet.unum omnes itali sup aurea mittunt
Sydera:& ingentem bello & celestibus armis
Extollunt:& uera canunt præconia uoces.
Te grauium ueneranda patrū consultaq; turba:
Inualidiq; ætate senes:te læta iuuentus:
Et cupidæ matres:pueri: innuptæq; puellæ.
Vnanimes æquo ore uolunt:turnūq; sub armis
Exultant cecidisse tuis:te tota precatur
Ausonia & claris præstantem laudibus effert:
In te unum conuersi oculi:pater ipse latinus
Iam senior sola hæc longeuæ munera uitæ
Qui gnatam tibi iungat habet:generiq; nepotes
Troianos italo admixtos in sæcula mittat.
Ergo age magne uēi teucrorum ductor: & altos
Ingrederē:& celebres cape quos spōdemus hono/res
Finierat:cunctiq; eadē simul ore fremebant:
Quos pius æneas hylari cum fronte receptos
Prosequitur paucis:& amico pectore fatur.
Nec uos:nec placida solitum sub pace latinum
Arguerim:uerum infesti uiolentia turni
Tātū opus haud dubito:& tāti discrimia martis
Conciuit:iuuenilis enim plus laudis amore.
Quicquid idest tamen ausoni nil pacta recuso
Connubia:& sanctam æterno cum fœdere pacē
Iungere.rex idem impium:& ueneranda tenebit
Scæptra socer:statueq; mei mihi mœnia teucri
Et nomen natæ urbis erit:sociosq; penates
Adiiciam uos:communes i sæcula leges:
Concordesq; ingenti animo mitteris amores:
Interea quid restat adhuc imponite flammis
Corpora:quæ duri miseranda insania belli
Arripuit: dehinc q̄ primum crastina surget
Clara dies:læti laurentia tecta petemus
Dixerat:& tanto affatu conuersa tenebat.
Ora simul: stupefacti omnes: & apertius ingens
Mirantes pietatis opus:mox robore toto
Congestas rapuere pyras:ignemq; repostis
Ciuibus immisere:altumq; sub æthera fumus
Euolat:atq; atris cælum sublime tenebris
Conditur:innumeras ex omni rure bidentes
Glandilegosq; sues iugulant pinguesq; iuuēcos.
Immituntq; rogis latos incendia campos
Enudant:fremit impulsus clamoribus aer.
Iamq; sequēs clarū extulerat lux aurea phœbū.
Tunc teucri ausoniq; omnes mixto agmine læti
Consedere in equis:& gressū ad tecta mouebat
Laurenti:atq; altis erectam mœnibus urbem:
Ante omnes pius æneas:post ordine drances
Multa duci senior memorans:dehinc unica ꝓles
Ascanius:multumq; animi maturus alethes:
Et grauis ilioneus mnestheusq; acerq; serestus.
Sergestus fortisq; gyas:fortisq; cloanthus.
Post alii mixtimq; itali teucriq; sequuntur.
Interea effusi stabant per mœnia ciues:
Sublimisq; alta statuebant laude triumphos
Troianam cupido expectantes pectore turbam.
Et iam aduentabant quos læta fronte latinus
Occurrens magna excepit comitante caterua.
At post q̄ medio uenientem ex agmine uidit
Dardanium æneam haud uera illusit imago:
Nanq; omnes simul excellens atq; altior ibat.
Et late regalem oculis spargebat honorem
Sydereis:tunc q̄ primū data copia fandi est:
Et uoces capere atq; optatas iungere dextras
Incipit:& prior affatur placido ore latinus
Venisti tandem:cupidum ne fixa fefellit
Spes animum lux troianæ clarissima gentis:
Magnorum quē iussa deum tot casibus actum:
Italia & nostris uoluerunt sistere tectis:
Quanq̄ humana furēs nimis ausa licētia sanctas
Turbarit leges:& diuum exciuerit iras:
Quin etiam inuictū toties meq; arma negantē
Tardiderit duri perferre pericula martis
Factū etenim:sed nec paruo stat numina iustas
Indignata animis:misere ultritia pœnas.
Nunc age magne phrygū ductor:q̄do oīs origo
Seditionis abest:& tanti criminis auctor.
Connubiis succede:& promissis hymenæis.
Sunt mihi regna:iacent ereptis opida muris.
Sola autem fessæ spes unica nata senectæ
Te generum:& natū tēpus cōplector in omne.
Quē contra bonus æneas rex maxime nullam
In te horum causam armorum tātiq; tumultus
Crediderim: placidæ assueto sub tēpore pacis
Et si qua est:pone hanc curam pater optime q̄so
Nunc adsum: & patrē:& socerum lætus i omnis
Accipio casus:magni mihi surgit imago
Anchisæ:& rursum ardebo genitoris amore.
Talibus orabant inter se:& tecta subibant
Regia: cum studio effusæ matresq; nurusq;
Longæuiq; patres stabant iuuenumq; cohortes
Pulchra reuisentes troianæ corpora gentis
Ante omnes magnum æneā:cupidoq; notabant
Altum animo genus:& præstantē frōtis honorē
Quæsitamq; alacres pacem optata quietis
Munera laudabant:ceu quando longus & ingēs
Agricolas tenuit resolutis nubibus hymber
Suspensos:curuumq; diu requieuit aratrum.
Tunc si clarus equos spatioso limine titan
Laxet:& aurato cælum splendore serenat
Lætitia exundant:& sese hortatur agrestis.
Non secus ausonii tam læto in tēpore rerum
Composuere animos:& iam rex alta latinus
Atria:regalesq; habitus itrarat:& una
Optimus æneas: sequitur quem pulcher iulus:
Dehinc itali mixtiq; phryges: tum splēdida lato
Applausu:& magno completur regia cœtu.
Hæc inter matrum innumera |nurumq; caterua
In medium comitata uenit lauinia uirgo:

Syderos deiecta oculos quam troius heros
Virtute & forma ingentem mirabile dictu
Vt uidit: primo aspectu stupefactus inhæsit:
Et secum turni casus miseratus acerbos
Qui haud ꝑua spe ductus ouans in p̄lia tantos
Ciuiset motus: durisque arsisset in armis:
Tum uero æterno iunguntur fœdera nexu
Connubii: & multa canunt cũ laude hymeneos.
De hĩc plausus fremitusq; altum sup aera mittũt
Et lætam uocem per regia tecta uolutant.
At fidum interea æneas affatur achaten.
Vadat: & andromachæ quõdã data mũera ueste
Intextas auro ferat: & quod sæpe solebat
Dum res troianæ stabant circondare collo
Auratum gemmis circunseptumque monile.
Præterea magnum cratera in pignus amoris:
Quem priamus patri anchisæ donauerat olim
Nec mora iussa seq̃ns pulcherria portat achates
Munera: tum socer ingentem cratera latinus
Donatum capit: ac coniunx lauinia uestes
Atque monile decens placido dehinc pector̃ sese
Demulcent: uariisq; trahunt sermonibus horas.
Et iam tarda epulas fugientis tempora lucis
Poscebant: mox regali conuiuia luxu
Effundunt latosque alta intra tecta paratus.
Conuenere omnes strato discumbere in ostro
Delitiis iussi: & dapibus se inferre futuris.
Dat manibus crystalus aquas: mẽsisq; reponunt
Flauentem cererem: tum læta fronte ministri
Innumeri magno distinguunt ordine curas.
Pars dapibus reficit mensas: pars pocula miscet:
Crateterasque replet. nunc ac nunc uoluit̃ illac
Turba frequens: uarios miscentq; ꝑ atria motus.
At puerum pater immotis spectabat iulum
Luminibus: uultum admirans moresq; latinus:
Et grauiter: puerili ex ore cadentia uerba:
Maturumq; animũ ante ãnos: & multa rogabat
Permixtas referens uoces: dehinc oscula figens
Dulcia cõplexum manibus iunctumq; fouebat.
Ex nimium exultãs fœlicem: & munere diuum
Donatum æneam pro tali prole ferebat.
Postq̃ epulis compressa fames: traducere longam
Incipiunt fando: & labentem fallere noctem:
Nunc duros troiæ casus gentesque pelasgas:
Nunc fera laurentis memorantes prœlia pugnæ:
Quo primum diffusæ acies: quo tela uicissim
Pulsa loco: qui primus ouans inuaserit agmen:
Fulmineumq; ardens in equo madefecerit ensẽ
Præcipue tros æneas seniorque latinus
Magnorum heroum latiique antiqua potentis
Gesta recensebant: fugientemque horrida gnati
Arma sui saturnum italis latuisse sub oris.
Hinc latium dixisse: genusque in montibus altis
Composuisse uagum: legesque: & iura dedisse:
Et bacchi: & frugum cultus: dehinc tecta secutũ
Esse paterna iouem: utq; electra atlãtide cretus
Iasio idæas cæso phrygiæ esset ad urbes
Dardanus ex chorito multa cum gẽte profectus
Vtq; insignẽ aquilam dono: & ioue p̃re supbus
Hectoreæ gentis signum: illustresque tulisset
Primus auum titulos troianæ stirpis origo.

Talibus atque aliis inter se longa trahebant
Tempora: tum fremitus lætæque ꝑ atria uoces
Alta uolant: strepitu ĩgenti tectum omne replet̃.
Dant lucem flammæ: & lato splẽdore coruscant.
Consurgunt phryges cithara resonante sequũt̃
Ausonii: & plausum ĩgeminant: seq; agmĩe toto
Permiscent: uariantque pedes: raptumq; ferunt̃
Et iam festa nouem largo connubia luxu
Attigerant celebrata dies: tum maximus heros
Aeneas urbem curuo signabat aratro:
Fundabantque domos: & amictas aggere fossas
Ecce aũt fatu haud paruũ diffundere flammam
Ingentem: & fulgore leuem: & se nubibus altis
Miscentem summo lauinia uertice uisa est.
Obstupuit pater æneas: duplicesque tetendit
Ad cælum cum uoce manus: si iuppiter unquã
Gens monitis troiana tuis: terraque marique:
Paruit imperiisque libens: si numina uestras
Si merui coluique aras: per siquid agendum est
Quod restat: placidam fœlici afferre quietem
Augurio: & firmate: malisque imponite finem
Talia iactantem circunstitit aurea mater
Se uenerem confessa: almo & sic edidit ore
Gnate animo pone hãc curam: & meliora capesse
Signa deum: gaudensq; bonis succeder̃ futuris.
Nũc tibi parta quies: nũc meta extrema maloꝝ
Nunc tandẽ optatam componũt sæcula pacem.
Nec flammam ad cælos ꝑlatam e uertice caræ.
Coniugis horresce: at constantẽ dirige mentem.
Nanq; erit illa tuum celebri quæ sanguine nomẽ
Troianosque auctura duces ad sydera mittat
Hæc tibi magnanimos sublimi prole nepotes
Conferet: egregiis totum qui laudibus orbem
Complebunt: totumque sua uirtute potentes
Sub iuga uictoresq; trahent: quos gloria summo
Oceanum transgressa ingens æquabit olympo.
Quos tandẽ innumera ardẽs post illustria regꝫ
Gesta deos factura uehet super æthera uirtus
Hanc flammam uentura tuæ præconia gentis
Designant: hoc omnipotens e culmine signum
Sydereo dedit: at tantarum in munere laudem
Quam statuis dicas nomine coniugis urbem:
Præterea sacros troia exardente penates
Ereptos compone noua intra mœnia: & altos
Infer ad æternum mansuros tempus honores:
Hi tibi mira feram tanto urbis amore trahent̃:
Vt uecti ad sedes alias loca prima latini
Sponte sua repetent: iterum: iterumq; reuersi.
O fœlix quẽ tanta manẽt: de hinc pace tenebis.
Sub placida gentem iliacam: post fessus: & æuo:
Confectus tandem elysias socer ibit ad umbras
Succedes scæptro: atq; italis dominabere: leges
Communes teucrisq; ferẽs: tum lætus ad altum
Te mitteς cælum. sic stat sententia diuum.
Dixit: & inde leues fugiens se uexit ad auras.
Aeneas tanto stupefactam nomine mentem
Percussus: diuæ peragit mandata parentis.
Et iam compositos fœlici in pace regebat
Dardanidas: & iam decedens scæptra latinus
Liquerat: & pius æneas successerat: omnem
Ausoniam: lataq; potens ditione tenebat.

Iam paribus phryges: atqꝫ itali se moribus ultro
Et socia ingenti firmabant pectora amore.
Concordique æquas miscebant fœdere leges.
Tum medio uenus exultans se immisit olympo
Ante iouem:& complexa pedes sic ore locuta est.
Omnipotens genitor qui solus ab æthere sūmo
Cuncta moues:qui rex hominum curaqꝫ recēses
Dum teucros traheret fortuna inimica recordor
Spondebas finem erumnis:rebusque salutem.
Nec tua me promissa pater sententia fallit.
Nanque omnes gaudere sacra tris pace ꝑ annos
Viderunt italiæ nullo discrimine partes:
Verum ad syderi missurum culmina cæli
Pollicitus magnum æneam:meritūqꝫ ferebat
Illaturum astris? quid nunc sub pectore uersas?
Illamque optat matura pollos æneia uirtus
Olli hominū sator atqꝫ deū dedit oscula ab alto
Pectore uerba ferens q̄tum cytherea potentem
Aeneam æneadasque omnes infessus amaui:
Et terra:& pelago: & per tanta pericula uictos:
Nosti:& sæpe equidē indolui commotus amore
Gnata tuo:tandemque malis iunone secunda
Imposuisinem.nunc stat sententia menti.
Qua ductorem alta phrygum succedere cælo
Institui.& firma est:numeroque inferre deorum
Constat:& id concedo libens:tu si quid in ipso
Mortale est ad me:atque astris ingentibus adde:
Quin si alios sua habet uirtus:qui laude perēni
Accingat sese gestis prestantibus orbem
Exorrent:illos rursum super æthera mittam
Assensere omnes:superi:nec regia iuno
Abnuit:ad magnum æneam suadebat ad altum
Efferri cælum:& uoces addebat amicas.
Tum uenus aerias descendit lapsa per auras.
Laurentumque petit uicina nuncius undis
Flumineis ubi currit in æquora harūdine tectus
Tunc opus gnati abluere:deferre sub umbras
Quicquid erat mortale iubet de hinc læta recēte
Fœlicemque animam secum super aera dixit
Immisitque æneam astris:quem iulia proles
Indigetem appellat:templisqꝫ imponit honores.

Alcini uersus.

Den numero uatum si quis se ponat homerum:
Proximus a primo:tum maro primus erit.
Et si post primum maro ponatur homerum:
Longe erit a primo quisquis secundus erit.

Cornelii galli uersus.

Temporibus lætis tristamur maxime cæsar
Hoc uno amisso quem gemo uirgilium.
Sed uetuit religi:si tu patiere libellos
In quibus æneam condidit ore sacro.
Roma rogat:ꝑcibus & enim tibi supplicat orbis:
Ne pereant flammis tot monumenta ducum.
Atqꝫ iterum troiam: sed maior flamma cremabit
Fac laudes italum:fac tua facta legi.
Aeneamque suum fac maior nuncius ornet.
Plus satis possunt cæsaris ora dei.

P.V.Maronis hortulus.

Adeste musæ maximi proles iouis
Laudem feracis prædicemus hortuli:
Hortus salubres præbet corpori cibos:
Variosque cultus sæpe cultori refert.
Holus suaue:multiplex herbæ genus:
Vuas nitentes:atque fœtus arborum.
Non desit hortis,& uoluptas maxima:
Multisque commixta modis iucunditas.
Atque strepentis uitreus ambit liquor.
Sulcoque ductus irrigat riuus sata:
Flores nitescunt discolore gramine
Pinguntque terras gemmis honoribus.
Apes susurro murmurant gratæ leni.
Cum summa florum uel nouos rores legunt.
Fœcunda uitis coniuges ulmos grauat
Textas ue inumbrat pampinus harundines.
Opaca præbent arbores umbracula:
Prohibentque densis feruidum solem comis.
Aues canoros garulæ fundunt sonos.
Et semper aures cantibus mulcēt suis.
Oblectat hortus:auocat:pascit:tenet:
Animoque mœsto demit langores graues.
Membris uigorem reddit:& uisus capit.
Refert labori pleniorem gratiam.
Tribuit colenti multiforme gaudium.

De Vino & Venere.

Nec ueneris:nec tu uini capiaris amore:
Vno nanque modo uina uenusque nocent.
Vt uenus eneruat uires:sic copia uini:
Et tentat græssus:debilitantque pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpe petit ferus extiale cupido:
Sæpe manu : itidem bacchus ad arma uocat.
Perdidit horrendo troiam uenus improba bello
Et lapithas bello perdis iacche graui uterque:
Denique cum mentes hominum fu riarit uterqꝫ:
Et pudor:& probitas:& m etus omnis abest:
Compedibus uenerem uinclis constringe lyæū:
Nec te muneribus lædat uterque suis
Vina sitim sedant:natis uenus alma creandis:
Serua fines horum transiluisse nocet.

De liuore.

Liuor tabificum malis uenenum
Intactis uorat ossibus medullas.
Et totum bibit arcutus cruorem.
Quod quisque furis inuidetque sorti
Vt dec t sibi pœna semperque ipse est.
Testatur in gemitu graues dolores:
Suspirat gemit:incutitque dentes:
Sudat frigidus intuens quod odit:
Effundit mala lingua uirtus atrum.
Pallor terribilis genas colorat:
Infœlix macies renudat ossa
Non lux:non cibus est sua uis illi.
Nec potus iuuat:aut sapor lyæi:
Nec si pocula iuppiter propinet.
Atque hæc porrigat:& ministret hebe:
Aut t dat ganymedes ipse nectar.
Non somnum capit : aut quiescit unquam
Torquet uiscera carnifex cruentus.
Vesanos tacitos mouet furores.
Intentans animo faces erīnys.
Et talis titii quo uultur intus

Qui semper lacerat comesti mentem.
Viuit pectore sub dolente uulnus.
Quod chironia nec manus leuaret:
Nec phoebus: soboles ue clara phoebi.

De cantu syrenarum.

Syrenas uarios cantus acheloia proles:
Et solis: miseros ore ciere modos.
Illarum uoces: illarum musa mouebat:
Omnia quæ thimele carmina dulcis
Quod tuba: quod: lytui: qd cornua rauca fuerunt
Quodq; foraminibus tibia mille sonat.
Quodq; leues calami suauis cantat & ædo:
Quod lyra: quod citheræ: qd moribundus olor
Illector nautas dulci modulamine uocis:
Mergebat auide fluctibus ionus.
Sanguine sisipho generatus uectus ulyxes:
Et totos solida præstitit arte suos.
Is leui cæra sociorum callida circes:
Atq; suas uictis præbuit ipse manus.
Transiluit scopulos & inhospita littora classis:
Illi præcipites dissiluere freto.
Sic blandas uocis notas: ac carmina uicit.
Sic tamen exitio monstra canore dedit.

Eiusdem.

Clarus inoffenso redibat lumine titan:
Lecti ficusq; dies erat omnibus æthere puro.
Vosq; simul iuuenes animis: & uoce fauentes:
Concelebrate diem notis fœlicibus almum:
Prosper ut is semper redeat uatiq; quot annis
Asmenidæ referam alacres sua mantua uati.

De fortuna.

Fortuna potens: tantum
Iuris atrox quæ uendicas
Euertis quæ bonos: eligis improbos:
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa uiros pauperie grauat.
Indignos eadem diuiciis beat.
Hæc aufert iuuenes: & retinet senes
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit transfert ad impios:
Nec discrimen habet: rectaq; iudicat:
Inconstans fragilis perfida lubrica.
Nec quos clarificat perpetuo fouet.
Nec quos deserit perpetuo premit.

De orpheo.

Treicius quondam uates
Fide creditur canora
Mouisse sensus trium fratrum:
Atq; omnes tenuisse uagos:
Et surda cantu concitasse saxa.
Suaui sono testudinis
Arbores secutæ umbram ferunt præbuisse uati:
Sed placidis hominum dictis
Fera corda mitigauit:
Doctaque uitam uoce temperauit.
Iusticiam docuit: cœtu quoq; congregauit uno:
Moresque agrestes expoliauit orpheus.

De se ipso.

Mellifluum quisquis romanum nescit homerũ
Me legat: & lecto credat utrumque sibi.
Illius immensos miratur græcia campos:
At minor est nobis: sed bene cultus ager.
Non miles pastor curuus non desit arator:
Hæc grais constant singula: trina mihi.

De ætatibus animalium.

Per binos decies que nouem superexit in annos
Iusta senescentum quos implet uita uirorũ
Hos nouies superat uiuendo garula cornix:
Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus:
Alipedem ceruum ter uicit coruus & illum
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales:
Quam nos perpetuo decies peruertimur æuo
Nymphæ amadriades: quaꝝ longissima uita ẽ
Hæc cohibet fines uiuacia fata animantum.
Cætera secreta nouit deus arbiter æui.

De ludo.

Sperne ludum: uersat mentes uesana libido.
Fraude carere graues: ignari credite doctis:
Lusuri nũmos: animos quoq; ponere debent.
Irasci nemini uictos placet optime frater.
Ludite secure quibus est æs semper in archa:
Siquis habet nummos ueniens exibit inanis
Lusori cupido semper grauis exitus instat.
Sancta probis pax est: irasci desine uictus.
Nullus ubique potest fœlici ludere dextra.
Initio furiis ego sum tribus addita quarta.
Plecte truces animos: ut uere ludere possis.
Ponite mature bellum precor: iraque cesset.

Monosticha de erumnis Herculis.

Prima clionei tolerata erumna leonis:
Proxima lerneam ferro & face contulit hydrã.
Mox herymantheum uis tertia perculit aprũ.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit uolucres discrimine qnto
Treiciam sexto spoliauit amazona baltheo.
Septima in argeis stabulis impensa laboris.
Octauo expulso numeratur adorea tauro.
In diomedis uictoria noua quadrigis.
Gerione extincto decimam dat hyberia palmam
Vndecimum mala hespidũ distracta triumphũ
Cerberus extremi suprema est meta laboris:

Argumenta duodecim libroꝝ æneidos.

Aeolus immittit uentos iunone precante:
Troianosq; uagos libycas expellit in oras.
Solaturq; uenerem dictis pater ipse dolentem:
Aeneam recipit pulchra carthagine dido:
Cui uenus ascanii sub imagine mittit amorem.

Secundi.

Cogitur æneas bellorum exponere causas:
Graiorumque dolos: & equũ: fraudẽq; sinonis
Excisamque urbem: priamiq; miserrima fata.
Vtque patrem impositum forti ceruice p ignes
Extulerit: claramq; amiserit ipse creusam.

Tertii.


Post casum troiæ fabricata classe superstes:
Vela dat æneas: urbemque in littore thraces
Mox aliam pulsus creteis condidit oris.
Cedit & hinc: helenũq; uidet: preceptaq; sumit
Aetnæum cyclopa fuit sepelitque parentem.

Quarti.

Ardet amore graui dido soror anna suadet
Nubere:iunguntur nimbo cogente sub antro.
Incusat precibus patrem contemptus hiarbas:
Nauigat æneas iussu iouis:illa dolore
Impatiens:& amore necem sibi protinus infert.
Quinti.
In siculas iterum terras fortune reducit
Aeneam:tumuloque patris persoluit honorem.
Tum cogit naues incendere troadas iris.
Troes ibi linquunt socios:uenus anxia placat
Neptūnum:somnus palynurū mergit in undas:
Sexti.
Sacratam phœbo cumarum fertur in urbem
Rex phrygius:uatisq; petit responsa sibyllæ.
Misenum sepelit:post hæc adit infera regna.
Congressusq; patri discit genus omne suorum.
Quoq; modo casus ualeat superare futuros.
Septimi.
Tandem deueniunt laurentia troes in arua.
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.
Nocte satam iuno furiam uocat.illa latinos
Inter:& æneidas bellum serit:& ciet arma.
Protinus auxiliis terra instruit itala turmas.
Octaui.
Vidit ut æneas summa ui bella parari:
Arcadas euandrumq; senem sibi fœdere iungit.
Dardanioq; duci sociatur hetruria tota.
Arma petit genitrix:dat mulciber:in clipeoq;
Rex pingit latias:& fortia facta nepotum.
Noni.
Ad turnum propere iunoni mittitur iris:
Infestatq; animos:aciem mouet ille phrygasque
Obsidet inde igni euersa est æneia classis.
Euryalus:nisusq; ruunt:nece prœlia noctis.
Vt turnus potitur castris:impellitur inde.
Decimi.
Placat & uxorem dictis & iurgia natæ
Iuppiter auxiliis instructus troius heros:
Aduehit:occurrūt populi:atq; in littore pugnant.
Occidit:a turno palas:uictorq; superbus
Aeneæ eripitur:mezentius interit acer.
Vndecimi.
Occisis proprium pars utraque reddit honorem
Supplicibus calydone satus negat arma latinis:
Cum turno alterno iurgat certamine drances
Aeneas equitem præmittit & obuia uirgo
Excipit:extincta rutuli dant terga camilla.
Duodecimi.
Troianis rutulisq; placet coniungere fœdus.
In rutuli rumpunt:nato uenus alma medetur
Dictamo:rutuliq; ruunt periuria uicti.
Cogitur æneæ dauni concurrere proles.
Palantea necem misero dant cingula turno.
P.V.Maronis de musarum iuuentis.
Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lasiuo gaudet sermone thalia.
Dulciloquis calamos euterpe flatibus urget
Terpsicore affectus citharis mouet:impat auget
Plectra gerens eratho saltat pede:carmine uultu:
Carmina calliope libris heroica mandat.
Vrania poli motus scrutatur:& astra.
Signat cūcta manu:loquiturq; polymnia gestu
Mentis apollineæ uis has mouet undiq; musas
In medio residens complectit omnia phœbus.
Clio historias inuenit:melpomene tragœdias
Talia comœdias.euterpe tibias.terpsicore
Psalterium.eratho geometriam.calliope litteras.
Vrania astrologiam.polymnia rhetoricam.
Epitaphia uirorum illustrium.
Palladius.
Conditus hic ego sum:cuius modo rustica musa
Per siluas:per rus uenit ad arma uirum.
Asclepiades.
Tityron ac segetes cecini maro:& arma uirumq;
Mantua me genuit:parthenope sepelit.
Eusebius.
Virgilius iacet hic:qui pascua uersibus edit:
Et ruris cultus:& phrygies arma uiri.
Pompelianus.
Qui pecudes:qui rura canit:qui prœlia uates:
In calabris moriens hac requieuit humo.
Maximianus.
Carminibus pecudes:& rus:& bella canendo:
Nomen inextinctum uirgilius meruit.
Vitalis.
Mantua mi patria est:nomen maro:carmia siluæ
Ruraq; cum bellis:parthenope tumulus.
Basilius.
Qui siluas:& agros:qui prœlia uersibus ornat
Mole sub hac situs est ecce poeta maro.
Asmodianus.
Pastores:uates ego sum:cui rura:ducesq;
Carmina sunt:hic me pressit acerba quies.
Vouianus.
Asiluis ad agros:ab agris ad prœlia uenit.
Musa maronis adest nobilis ingenio.
Eugenius.
Bucolica expressi:& ruris præcepta colendi:
Mox cecini pugnas:mortuus hic habito.
Iulianus.
Hic data uirgilio requias:qui carmine dulci
Et pana:segetes:& fera bella canit.
Hilasius.
Pastores cecini:docui qui cultus in agris:
Prœlia descripsi:contegor hoc tumulo.
Aliud.
Subduxit morti uiuax pictura maronem:
Et quem parca tulit:reddit imago uirum.
Aliud.
Lucis damna nihil tanto nocuere poetæ
Quem presentat honos carminis:& plutei.
Virgilius.
Mantua me genuit:calabri rapuere:tenet nunc
Parthenope:cecini pascua:rura:duces.
Tristia fata tui dum fles in daphnide flacci
Docte maro fratrē diis immortalibus æquas.
Pastor arator eques:paui colui superaui:
Capras rus hostes fronde ligone manu.
Iuppiter in cælis:cæsar regit omnia terris.
Tarpeio quondam consedit columne cornix
Est bene non potuit dicere:dixit erit

Littera rem gestam loquitur: res ipsa medullam
Verbi quam uiuax mens uidet: intus habet.
Sus iuuenis serpens calu uenere sub imo
Sus iacet extinctus: serpens pede: ille ueneno.
Anguis: aper iuuenis pereunt in uulnere morsu:
Hic fremit: ille gemit: sibilat hic moriens.
Sus: serpens iuuenis pariter perire uicissim.
Dente perit iuuenis: serpens pede porcus ab ictu.

P.V. Maronis de speculo.


Redditur effigies: liquidaque tuentis in unda:
Qualis in aduerso speculorum cernitur orbe.
Formam pura refert oculis spectantibus unda.
Quales obiecti speculi fulgore uidentur:
Fōtis aquæ redeūt simulachra imitātia uerum:
Qualia leue refert speculi cum cernimus æquor:
Exprimit oppositas in mollibus unda figuras:
Leuati quales speculi ui tor ipse remittit.
Apparet mendax in limi fonte figura.
Qualem reiectat speculi nitidissimos orbis:
Vnda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac ueluti speculum nitido splendore coruscans
Spectantis faciem mundissimus assimulat fons:
Sicut in opposito speculi solet æquore cerni.
Forma repercussus liquidarum fingit aquarum.
Qualis purifico speculorum ex orbe reducit.
Fontibus in liquidis: simplex generatur imago.
Vt solet e speculo facies splendente referri.
Effigies liquido respondet ab æquoræ fontis.
Qualis & a speculo simulatrix unde resultat:
Effingit species purissimus odor aquarum:
Palma uelut speculi uiuas imitantia formas
Fonte repulsatur depicta tuentis imago:
Ceu leui in speculo solet apparere figura.

Mira Virgilii uersus expientia.

Qua ratis egit iter iuncto boue plaustra trahunt
Postq̄ tristis hyems frigore iunxit aquas.
Sustinet unda rotam patulæ modo peruia puppi:
Vt concreta gelu marmoris instar habet.
Quas mō plaustra p̄mit undas: ratis ante secabat
Postq̄ brumali diriguere gelu.
Vnda rotam patitur: celerem nunc passa carinam.
In glaciem solidam uersus ut amnis abit.
Quæ solita est ferre unda rates: fit peruia plaustris
Vt stetit in glaciem marmore uersa nouo
Semita fit plaustro: q̄ puppis aduecta cucurrit
Postq̄ frigoribus bruma coegit aquas.
Orbita signat iter: modo qua cuius alueus exit
Stringit aquas tenus ut glacialis hyems.
Omnis iter plaustro dat qui dedit ante carinæ
Diruit ut uentis unda fit apta rotis.
Plaustra boues ducunt: qua remis acta carina est.
Postq̄ diriguit crassus inane liquor.
Vnda capaxq; ratum: plaustris iter algida p̄bet:
Frigoribus sæuis ut stetit amnis iners.
Plaustra uiam carpunt qua puppes ire solebāt:
Cum frigidus boreas obstupefecit aquas.

Mira Virgilii experientia.

Thaumantis proles uarianti ueste figuras
Multicolor picto per nubila deuolat arcu:
Iris & insigni decorat curuamine cælum:
Cum sol ardentes radios in nubila fecit:
Cum colorifico nymbos fulgore repleuit:
Apparet uarii radiis distincta coloris
Clara sub æthereis fulget thaumantia proles
Nubibus: ut radiis pluuium sol attigit hymbrē
Et picturato cælum uelamine cingit:
Discolor æthereis apparet nubibus iris:
Postquam flamiferi rapuerunt lumina solis:
Et cælum uariis miranda coloribus ornat
Vmbriferas nubes radiis ubi cōtigerit sol
Luce sub aduersa uarios iacit unda colores:
Dicitur hæc iris picto spectantibus arcu
Dum nubes radiis fulgentibus tetigit atris
Phœbus & aduerso lumine resplenduit hymbri
Tunc iacit insegnes per nubila densa colores
Mirifico nubes ambit thaumante creata:
Quas cum ex aduerso tetigit rota fulgida solis
Tunc iris uario circundat nubila cinctu
Nuncia iunonis uario decorata colore
Aethera nubificum complectitur orbe decoro
Cum phœbus radios in nubem iecit aquosam:
Nubila cum phœbus perfudit lumine claro:
Tunc fit ut humor aquæ suffulgeat: atq; color
Sub uaria specie iaciat mirabilis archus.
Tum radiis hymbres: & aquæ pēdulus humor
Frangitur: existit quam græcia nominat iris
Multorum insignis uario splendore colorum
Iris habet uarios subiecta luce colores:
Quam sol hymbriferum fulgens de luce creauit
Cum pepulit radiis obstantia nubila claris:
Luce repentina tum sol impleuit aquosus
Aduersas nubes effulget protinus iris
Picta ueste decens: & multicoloribus alis

De quattuor temporibus anni.

Vterq; nouum stabat cinctum florente corona.
Stabat nuda æstas: & spicea serta gerebat.
Stabat & autunnus calcatis sordibus uuis.
Et glacialis hyems canos hyrsuta capillos.
Vere sinum tellus aperit: floresq; ministrat.
Tempore solis aget messis fert pinguis opimas:
Fœcundos autūne lacus de uitibus imples.
Vis hyems glacie currentis alligat undas
Frigoribus pulsis nitidū uer æthera mulcet.
Scindit agros æstus phœbeis ignibus ardens.
Autūno dat hyems mixtum uicina temporum.
Albentes hæc durat aquas: & flumina nectit.
Ver pingit uario geminantia prata colore.
Ignea uestit agros culminis cæralibus æstas:
Vitibus autūnus turgentes detrahit uuas.
Ast frigore hiberno grauidus niue: nubilo æther
Vere uenus gaudet florentibus aurea sertis.
Flaua ceres æstatis habet sua tempora regna.
Vinifero autūnus summa ē tibi bacche potestas.
Imperium sæuis hyberno tempore uentis.
Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas.
Frugiferas aruis fert æstus torrida messes.
Pomifer autūnus tenero dat palmite fructum
Mox hyems hybernis abescit operta pruinis.
Vere nouo letis decorantur floribus arua:

Et riget æſtiuis hyrſutus campus ariſtis.
Labra per autumnum muſto ſpumantia feruẽt
Et ponunt frondes hyemali frigore ſiluæ.
Ver placidum uario nectit de flore coronas.
Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus æſtas.
Temporaq; autũno cingunt tua bacche racemis.
Triſtis hyems montes niueo uelamine ueſtit.
Ver agrum nitidum gemmis ſtelantibus ornat.
Et feruens æſtas pinguiſſima frugibus arua.
Mox autumnali redolet uindemia fœtu.
Frõde nemus male nudat hyẽs: amneſq; rigeſcũt
Purpureos flores humus effert uere comãti
Et cereris donis orreſcunt arua per æſtum.
Bacche tuo tempus fluit autũno liquores:
Obtegitur tellus per frigora ueſte niuali.
Vere tepet picto zephyris ſpirantibus aer.
Decreſcũt celeres æſtiuis ignibus amnes
Temperies autumne fluit tua nectare dulci.
Perq; hyemẽ lentus cælo niuis aduolat hymber
Veris honos tepidi floret: uirẽt omnia rident.
Arua ſub æſtiuis undat torrentia labris.
Vite coronatas autumnus degrauat ulmos:
Decutit ipſe rigor ſiluis hyemalis honorem.
Flore ſolum uario depingit odoriferum uer.
Falciferamq; deam meſſes remorantur in æſtu.
Dat muſto grauidas autumnus pomifer uuas.
Scythonia gratialis hyems niue cana ſeneſcit.

P.V.M. De ortu ſolis.

AVrora oceanum croceo uelamine fulgens
Liquerat: & biiugis uecta ruebat equis
Luce polum nitida perfundit candidus orbis
Et clarum emicuit ſol oriente iubar.
Roſida puniceo palantias exit amictu
Aſtrigerum inficiẽs luce oriente polum.
Sol inſigne caput radiorum ardẽnte corona
Promit ab æquoreis tethos ortus aquis.
Extulit oceano caput aureus igniferum ſol:
Fugerũt toto protinus aſtra polo.
Conceſſere deo tenebræ rebuſq; colores.
Lux iterum cunctis reddidit alma ſuis.
Tithoni cõiunx roſeo ſub lumine iubar
Inficit: & cælum lutea ſydereum.
Cum ſol igniferos currus e gurgite magno
Suſtulit: & claris aſtra fugauit equis.
Nox abit aſtrifero uelamine cincta micanti:
Et redigit ſtellas: exoriturq; dies.
Emicat oceano phœbi tota clara relicto.
Illuſtrata nitent lumine cuncta ſuo:
Aurea fulgebat roſeis aurora capillis.
Et matutino rore madebat humus.
Tethos unda uago cum proſilit æquore titan
Flamiferos uultus ore micante furens.
Exoritur phœbus perfundens luce nitẽti
Et maria: & terras: ſteliferumq; polum.
Aſtraq; ceſſerunt fulgentia crinibus aureis:
Et nox ſydereas oculit atra faces.
Sol oriens curſuſq; ſuos e gurgite tollens
Oceano: claro reddidit orbe diem.
Flamiferumq; iubar: terræq;: poloq; reduxit:
Et pepulit radiis aſtra repente ſuis.
Memnonis ut genitrix infecerat humida cælum:
Et roſeis manibus ſydera diſpulerat.
Phœbus athlanteis e fluctibus aureus orbem.
Suſtulit igniferum: luxq;: dieſq; redit.
Præuia flamiferi curſus aurora rubebat:
Extuleratq; alto gurgite phœbus equos
Noctiuagoſq; ſimul radiis uagantibus ignes
Depulerat cælo: reddideratq; dies.
Vixq; aurora ſuo rubefecerat æthera curru.
Summaq; canebat roribus herba nouis.
Proſilit e mediis cadens rota tethios undis:
Et uaga ceſſerunt ſydera ſolis equis:
Surgit ab oceano tithonis fulgida coniunx:
Et ueſte abroſea ſubruit ipſa pedes.
Tum phœbus radiis nitidum fulgentibus orbem
Depellit e tenebris: noxq; peracta fuit.

P.Vir.M. De Herculis laboribus.

COmpreſſit nemeæ primum uitutele onem.
Extincta eſt anguis quæ pululat hydra ſecundo
Tertius euictus ſus eſt erymãthius ingens.
Cornibus auratis ceruum necat ordine quarto.
Deiicit horriſono quinto ſtymphalidas arcu.
Abſtulit hippolyti ſexto ſua uincula uitæ.
Septimus angei ſtabulum labor egerit undis:
Octauo domuit magno luctamine taurum.
Tunc diomedis equos nono cũ rege perempto.
Geryonem decimo triplici cum corpore uicit.
Vndecimo abſtractus uidi noua cerberus aſtra
Poſtremo heſperidum uictor: tulit aurea mala.

P.Vir.M. De littera. y.

LIttera pythagoreæ diſcrimina ſecta bicorni
Humãæ uitæ ſpeciem preferre uidetur.
Nam uia uirtutis dextrũ petit ardua callem.
Difficilemq; aditum primum ſpectãtibus offert
Sed requiem præbet feſſis in uertice ſummo.
Molle oſtentat iter uia lata: ſed ultima meta
Præcipitat captos: uoluitq; per ardua ſaxa
Quiſquis enim duros caſus uirtutis amore
Vicerit: ille ſibi laudemq; decuſq; parabit:
Atqui deſidiam: luxumq; ſequetur inertem:
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores.
Turpis inops ſimul miſerabile tranſigit æuum.

P.Vir.M. De ſignis cæleſtibus.

PRimus adeſt aries: tauruſq; iſignitus auro
Cornibus: & fratres: & cãcer aquatile ſignum
Tum leo terribilis ueniens: atq; innuba uirgo:
Libra ſubit: caudaq; aĩal quod dirigit ictum:
Armatuſq; arcu chiron: & corniger hircus
Fuſor atq; ſimul: & fulgentis piſcis in auro
Creditor eſt helles & proditor cicropeus:

Et gemini iuuenes:& pressus ab hercule cancer.
Horrendusq; leo sequitur cum uirgine sancta.
Libraq; lance pari:& uiolentus acumine caudæ.
Inde sagitiferi facies sæuis & capricornus:
Et qui potat aquam puer urniger:& duo pisces
Signorum princeps aries:& taurus:& una
Tyndaridæ iuuenes: & feruida brachia cancri,
Herculeusq; leo:nemeæ pauor armaq; uirgo
Libra iugo æquali pendens:& scorpius acer:
Centaurusq; senex chiron & cornua capri:
Et iuuenis gestator aquæ:piscesq; supremi.
Corniger astrorum ductor:taurusq; secundus.
Tum sydus geminũ:& cancri gemẽtis imago
Trunxq; leo:& uirgo quæ spicea munera gestat:
Et libram quam cæsar habet:chelasq; minaces.
Atq; arcu pollens:& falsi gurgitis hircus:
Vrnaq; nymbiferi: piscisq; nouissima forma
Dux aries:& frons tauri metuenda minacis.
Et ledæ soboles:& cancri torridus ignis:
Terribilisq; leo:speciesq; uirginis almæ
Momentumq; sequẽs cauda timendus adunca.
Hinc tendens arcum:liquidi caper æquoris inde
Troianusq; puer geminiq; sub æthere pisces.
Rubigenas iuuenes uictor:tauriq; trucis frons:
Et proles duplex ioui & nepa torrida flammis
Aestifer inde leo mixta cum uirgine fulgens.
Quam sequitur libra:& uiolenta cuspide sæuus
Sẽifer arcupotens:subit & capricornus aquosus
Et cui nomen aquæ faciunt:piscesq; gemelli.
Corniger in primis aries & corniger alter
Taurus:itẽ gemini:sequitur quos cancer adustus
Terribilisq; feræ species:& iusta puella:
Libra simul:nigrum ferens acumine uirus:
Centaurusq; biformis adest: pellagiq; puella:
Atq; amnẽ fundens:& pisces sidus aquosum:
Corniger ductor gregis:europæ quoq; uictor
Et duo tyrannidæ:tum cancer sole perustus.
Herculeaq; manu presus leo:& optima uirgo:
Hinc erutinæ spẽs uenit armatusq; ueneno
Scorpius:atq; sagittifer:æquoreiq; caprifrons:
Quiq; urnam gerit:& pisces duo signa sub uno
Principium signis ouium sator:inde iuuencus
Progenies duplex:& aquarum cãcer alumnus:
Pressa sub herculeis mãibus fera iustaq; uirgo
Libra subest caudaq; furens letale uenenum.
Tum geminus chirõ:& corniger æquoris alti:
Dilectusq; ioui puer:& duo sydera pisces:
Dux gregis & placidũ pandẽs sub æthera taurus
Germaniq; patres:& cancro iam comes æstus:
Atq; leo primus labor herculis & pia uirgo.
Libra comes sequitur minitas & scorpius ictu:
Et qui tela gerit centaurus:& æquoris hircus.
Deucalionis aquæ:& spicis extrema figura.
Velleris aurati fulget pecus aurea cælo
Lætus:& amphion:cancriq; figura calentis
Insequitur leo sæuus:& almæ uirginis astrum.
Hinc æquale iugum caudaq; uenenifer unca.
Centaurusq; minax arcu:& neptũnia proles.
Quiq; refudit aquas:& piscis ultimus ordo.

Versus Ouidii.

Qualis bucolicis:quãtus tellure domanda
Vitibus:arboribusq;:apibus:pecoriq;:satisq;:
Aeneadum fuerit uates:tetrasticha dicent.
Cõtineat quæ quisq; liber:lege carmina nostra
Summa uirgilianæ narrationis ĩ tribus operibus:bucolicis:georgicis:& æneide.
Pastorum musam uario certamine promit:
Ruis item dociles culturam carmĩe monstrat
Arboribus uitem:prolem quoq; iungit oliuæ.
Pastorũq; palen:& curam tradit equorum.
Tunc apium seriem mellis:& dona recenset.
Aeneas profugus intrat carthaginis oras.
Conuiuio series narratur troica belli.
Tertius complet narrantis ordine gesta.
Ardet amans dido fatum sortita supremum.
Quĩtus habet tumuli uaria spectacula patris
Infernosq; ditis manes:& regna pererrat.
Aeneas latium italas simul intrat in oras.
Intonat hic bellum tecti de culmĩe turnus.
Eurryalum:& nisum deflet cum matre iuuẽtus.
Palãti exitium:& turni deluditur orsus.
Euãder urbsq; simul multorum fũera deflet
Mezenti ĩteritus canitur:post funera lausi.
Vlta de hic fertur telo mactata camilla.
Turni uita fugit ĩfernas mœsta sub umbras.

Publii Virgilii Maronis
Ad priapum.

Carminis ĩcompti lusus lecture procaces
Conuenies latio pone supercilium.
Non soror hic hitat phœbi:non uesta sacello
Nec quæ patrio uertice data dea est.
Sed rubet hortorum custos membrosior æquo:
Qui tectum nullus uestibus inguem habet.
Aut igitur tunicam parti prætende tegendæ:
Aut quibus hæc oculis aspicis:ista lege.

Ad priapum.

Ludens hæc ego teste te priape
Horto carmina digna non libello
Scripsi non nimium laboriose.
Nec musas:tamen ut solent poetæ:
Ad non uirgineum locum uocaui.
Nam sensus mihi corq; defuisset
Castas pieridum chorum sorores
Auso dicere mẽtulam ad Priapi.
Ergo quicquid idest quod ociosus
Templi parietibus tui notaui:
In partem accipias bonam rogamus.

Priapus.

Obscure poteram tibi dicere da mihi:quod tu
Des licet assidue:nil tamen inde perit.
Da mihi quod cupies dare forsitan olim:
Dum tenet obsessas inuida barba genas.
Quodq; ioui dederat:quod raptus ab alite sacra
Miscet amatori pocula grata suo.
Quod uirgo prima cupido dat nocte marito
Dum timet alterius nulnus inepta loci.
Simplicius multo est da predicare latino
Dicere.quid faciam?crassa minerua mea est.

Ad lalagen.

Obscenas rigido deo tabellas
Ducês ex elephantidos libellis
Dat donum lalage:rogatq; tenentes:
Sic picas opus edat ad figuras.

Pr apus.

Quam puero legem fertur dixisse priapus
Versibus hic infra scripta duobus erit.
Quid meus ortus habet sumas ĩpune licebit:
Si dederis nobis quod tuus hortus habet.

Priapus.

Quod sim ligneus ut uides priapus:
Et falx lignea:ligneusq; pennis:
Prendam te tamen:& tenebo prensam:
Totanq; hanc sine fraude quantacunque est:
Tomento cytharaq; tensiorem
Ad costam tibi septimam recondam.

Priapus.

Cum loquor una mihi peccatur littera.nam te
Pædico semper:blæsaq; lingua mea est.

Ad matronas.

Matronæ procul hinc abite castæ
Turpe est uos legere impudica uerba:
Non assis faciunt:eunq; recta.
Ni mirum sapiunt:uidentq; magnam
Matronæ quoq; mentulam liberter.

Priapus.

Cur obscena mihi pars sit sine ueste requiris.
Quero tegat nullus cur sibi signa deus?
Fulmen habet mundi dominus:tenet illud apte.
Nec datur æquoreo fuscina tecta deo.
Nec mauors illum:per quem ualet:oculit ensem.
Nec latet in tepido palladis hasta sinu.
Non pudet auratas phœbum portare sagittas?
Clam ue solet pharetram ferre diana suam?
Num tegit alcides nodosæ robora clauæ?
Sub tunica uirgam num deus ales habet?
Quis baccum gracili uestem prætendere thyrso?
Quis te celata cum face uidit amor?
Nec mihi sit crimen:q mentula semper apertaẽ.
Hoc mihi sit telum desit:inermis ero.

Ad puellam.

Insulsissima quid puella rides.
Non me praxiteles:scopas ue fecit.
Non sum phidiaca manu politus:
Sed lignum rude uillicus dolauit:
Et dixit mihi tu priapus esto.
Spectas me tamen:& subinde rides.
Ni mirum tibi salsa res uidetur
Astans inguinibus columna nostris.

Priapus.

Ne prensare caue prensus nec fuste nocebo:
Sæua ne incurua uulnera falce dabo.
Traiectus conto sic extendere pedali
Vt culum rugas non habuisse putes.

Priapus.

Quædam senior hectoris parente
Cumeæ soror:ut puto:sybillæ.
Aequalis illi:quam domum reuertes
Theseus repperit in rogo iacentem:
Infirmo solet huc gradu uenire:
Rugosasq; manus ad astra tolens:
Ne desit sibi mentula rogare.
Hesterna quoq; luce dum precatur:
Dentem de tribus hic screauit unum
Tolle inquam procul:ac iube latere
Scisa sub tunica.stolaq; ruffa:
Vt semper solet:& timere lucem:
Qui tanto patet indecens hiatu
Barbato macer eminente naso:
Vt credas epicureos citari.

Priapus.

Præcidere puer moneo:futuere puella.
Barbatum furem tertia pœna manet.

Priapus.

Huc huc quisq; es:in dei salacis:
Diuerti graue ne puta sacellum:
Et si nocte fuit puella tecum:
Hac re quod metus adire:non est:
Istuc cælitibus datur seueris.
Nos uappæ sumus:& pusilla culti
Ruris numina.nos pudore pulso
Stamus sub ioue coleis apertis.
Ergo cuilibet huc licebit intret
Nigra fornicis oblitus fauilla.
Commisso mihi non satis modestas
Quicunq; attulerit manus agello:
Is me sentiet non esse spadonem.
Hic inter frutices loco remoto
Dicat forsitan hæc sibi ipse:nemo
Præcisum sciet esse me:sed errat.
Magnis testibus ista res agetur.

Ad priapum.

Qualibet hippomanes rapuit schœnida pomis
Qualibet hippomanis nobilis hortus erat.
Qualia credibile est spatiantem rure paterno
Nausicam pleno sæpe tulisse sinu
Quale fuit malum:quæ litteræ pinxit achonti:
Qua lecta cupido [illegible]acta puella [illegible]ro est:
Talia cunq; puer dominus florentis agelli
Imposuit mensæ rude priape tuæ.

Priapus.

Quid mecum tibi cycitor moleste?
Ad me quid prohibes uenire furem?
Accedat sine:laxior redibit.

Priapus.

Commoditas hæc est in nostro maxima pennæ:
Laxa quod esse mihi fœmina nulla potest.

Ad priapum.

Hic quando thelethusa circulatrix:
Quæ clunem tunica tegente nulla
Extis aptius:& altiusq; mouet:
Crissabit tibi fluctuante lumbo:
Sic ut non modo te priape posset:
Priuignum quoq; sed mouere phædræ.

Priapus.

Fulmina sub ioue sunt:neptunni fuscina telum.
Ense potens mars est:hasta minerua tua est.
Sutilibus liber committit prœlia thyrsis.
Fertur apollinea missa sagitta manu.
Herculis armata est inuicta dextera claua:
At me terribilem mentula tenta facit.

Ad priapum.

Copia me perdit tu suffragare rogatus:
Indicio nec me perde priape tuo.
Hæc quæcunq; tibi posui uernacula poma:
De sacra nulli dixeris esse uia.

Priapus.

Fœmina si furtum faciet mihi:uirq;:puerq;:
Hæc cunnum:caput hic:prebeat ille nates.

Priapus.

Quicunq; hic uiolam:rosamue carpet:
Furtiuum ue holus:aut inepta poma:
Defecti pueriq; fœminæq;:
Hac tenrigine:quam uidetis in me
Rumpatur precor usque:mentulaq;
Nec quicquam sibi pulset umbilicum.

Priapus.

Hic me custodem fœcundi uilicus orti
Mandati curam iussit habere loci.
Fur habeas pœnam:licet indignere:feramq;
Propter holus dicas:hanc ego propter holus.

Priapus.

Hoc sceptrum quod in arbore est recisum:
Nulla iam poterit uirere fronde.
Scæptrum quod pathicæ petunt puellæ
Quod quidam cupiunt tenere reges:
Cui dant oscula nobiles cinædi:
Intra uiscera furis ibit usque
Ad pubem:capulumq; coleorum.
Porro nam quis erit modus quirites?
Aut præcidite seminale membrum:
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinæ sine fine prurientes.
Vernis passeribus salaciores.
Aut rumpar:nec habebitis priapum.
Ipsi cernitis fututis ut sim:
Confectusq;:macerq;:pallidusq;:
Qui quondam ruber:& ualens solebam
Fures cedere quanlibet ualentes:
Latus deficit.& periculosam
Cum tussi miser expuo saliuam.

Ad priapum.

Delitiæ populi magno notissima circo
Quintia uibratas docta mouere nates:
Cymbala cum crotalis pruriginis arma priapo
Ponit & ad ducta tympana pulsa manu:
Pro quibus:ut semper placeat spectantibus:orat.
Tantaq; ad exemplum sit sua turba dei.

Priapus.

Tui qui non bene cogitas:& ægre
Carpendo tibi temperas ab horto:
Prædicabere fuscina pedali
Quod si tam grauis:& molesta pœna
Non profecerit:altiora tangam.

Ad priapum.

Obscenis poteram priape:si non
Vti me pudet improbisq; uerbis:
Sed cum tu posito deus pudore
Ostendis mihi coleos patentes:
Cum cunno mihi mentula est uocanda.

Ad priapum.

Flace minax ex parte tui maior priape:
Ad fontem quæso dic mihi qua sit iter.
Vade per has uites:quantum si carpseris uuas:
Quas aliter sumas hospes habebis aquas.

Priapus.

Donec proterua nil mei manu carpes:
Licebit ipsa sis pudicitior uesta.
Sin hæc mei te uentris arma laxabunt:
Exire ut ipsa de tuo queas culo.

Priapus.

Vuis aridior puella passis
Buxo pallidior:nouaq; cæra:
Collatasq; sibi:suisq; membris
Formicas facit altiles uideri:
Cuius uiscera non aperta thuscus
Per pellem poterit uidere aruspex:
Quæ succo caret:utq; putris pumex:
Nemo uiderit hanc:ut expuentem:
Quam pro sanguine puluerem:scobemq;
In uenis medici putant habere:
Ad me nocte solet uenire:& affert:
Pallorem:maciemq; larualem.
Ductor ferreus insularis equæ
Laternæ uideor fricare cornu.

Priapus.

Naiades antiqui:dryadesq; habuere priapi:
Et quo tenta dei uena subiret:erat.
Nunc adeo mihi est:adeo mihi plena libido
Vt nymphas omnes interiisse putem.
Turpe quidem factu:sed nec tetigine rumpar:
Falce manu posita fiet amica manus.

Ad priapum.

Cum sacrum fieret deo salaci:
Conducta est precio puella paruo:
Communis satis omnibus futura:
Quæ quot nocte uiros peregit una
Tot uerpas tibi dedicat salignas.

Priapus.

Pædicabere fur semel.sed idem
Si prensus fueris bis irrumabo.
Quod si tertia furta molieris:
Vt pœnam patiaris hanc & illam:
Pædicaberis:irrumaberisq;

Priapus.

Notas habemus corporis quisq; formas:
Phœbus comosus:hercules lacertosus:
Trahitq; uirginis tener bacchus formam
Minerua flauo lumine:uenus peto.
Fronte crinitos arcades uides faunos:
Habet decentes nuncius deum plantas.
Tutela lemni dispares mouet gressus.
Intonsa semper æsculapio barba est.
Nemo est feroci pectorosior marte.
Quod si quis inter hæc locus mihi restat:
Deus priapo mentulatior non est.

Ad spectatores de priapo.

Cur pictum memori sit in tabella
Membrum quæritis:unde procreamur.
Cum pennis mihi forte læsus esset:
Chirurgicamq; manum miser timerem:
Diis me legitimis:nimisq; magnis:
Vt phœbo puta:filioq; phœbi

Curatum dare mentulam uerebar:
Huic dixi fer opem priape parti:
Cuius tu pater ipse par uideris:
Qua salua sine sectione facta:
Ponetur tibi picta:quam leuaris
Parua consimiliq; concolorq;:
Promissit fore:mentulamq; mouit:
Pro nutu deus:& rogata fecit.

Priapus.

Simpliciter tibi me quodcunq; ẽ dicere oportet
Natura est quoniam semper aperta mihi.
Pædicare uolo:tu uis decerpere poma.
Quod peto si dederis:quod petis accipies

Priapus.

Forma mercurius potest placere.
Forma conspiciendus est apollo.
Formosus quoq; pingitur lyeus.
Formosissimus est omnium cupido:
Me pulchra fateor carere forma.
Verum mentula luculenta nostra est.
Hanc mauult sibi:q̃ deos priores:
Si qua est non fatui puella cunni.

De theletusa.

Nota suburranas inter theletusa puellas:
Quæ puto de quæstu libera facta suo est.
Cingit in aurata pennem tibi sancte corona.
Hunc pathicæ summi numinis instar habent

Priapus.

Quisquis uenerit huc poeta fiat.
Et uersus mihi dedicet iocosos
Qui non fecerit:inter eruditos
Fiscosissimus ambulet poetas.

Ad priapum.

Lætus aristagoras natis bene uillicus uuis
De cæra facta dat tibi poma deus
At tu sacrati contentus imagine pomi:
Fac ueros fructus ille priape ferat.

Priapus.

Nolite omnia quæ dico putare
Per lusum mihi per iocumq; dici.
Deprensos quoq; terq; quaterq; fures
Omnes non dubitetis irrumabo.

Priapus.

Velle quid hanc dicas:quis sim ligneus:hastam:
Oscula dat medio si qua puella mihi?
Augure non opus est in me mihi credite dixit
Vetetur ueris usibus hasta rudis.

Priapus.

Cum quendam rigidus deus uideret
Feruenti caput ustulare ferro:
Vt mauræ similis foret puellæ:
Heus tibi inquit dicimus cinæde:
Vras te licet:usque torquearis:
Num tandem prior es puella quæso
Quam sunt mentula quos habet capilli?

Priapus.

O non candidior puella mauro:
Sed mollior omnibus cinædis:
Pygmæo breuior gruem timenti:
Vrsis asperior:pilosiorq;:
Medis laxior:indicis libratis:
Manes hic licet:ut libenter ires.
Nam quanuis uidear satis paratus.
Erucarum opus est decem manipulis:
Fossas inguinis ut teram:dolemq;:
Cunni uermiculo scaturientes.

Priapus.

Quicunq; uestrum qui uenitis ad cœnam:
Libare nullos sustinet mihi uersus:
Illius uxor:aut amica riualem
Lasciuiendo languidum precor reddat.
Et ipse nocte longa dormiat solus:
Libidinosis incitatus erucis.

Priapus.

Quod partem madidam mei uidetis:
Per quam significator priapus esse:
Non ros est mihi crede:nec pruina:
Sed quod sponte sua solet remitti:
Cum meus est pathicæ memor puellæ.

Priapus.

Tu cuicunq; uides circa tentoria nostra
Non nimium casti carmina plena ioci:
Versibus obscenis offendi desine.non est
Mentula subducti nostra supercilii.

Ad priapum.

Quædam:si placet hoc tibi priape:
Ficosissima me puella ludit
Et non dat mihi:nec negat daturam.
Causas inuenit usq; differendi:
Quæ si contigerit fruenda nobis:
Totam comparibus priape nostris
Cingemus tibi mentulam coronis.

Priapus.

Quid hoc nogocii est? qua ue suspicer causa
Venire in hortum plurimos meum fures?
Cum quisquis in nos incidat:luat pœnas?
Et usque curuos excauetur ad lumbos?
Non ficus hic est præferenda uicinæ
Vuæq;:quales flaua non legit crete.
Non mala truncis asseruanda picenis.
Pirum ue:tanto quod periculo captes.
Magis quæ cæra luteum noua prunum.
Sorbum ue uentres lubricos moraturum:
Præpinguem rami nec mei ferunt morum:
Nucem ue longam.quæ uocatur alna.
Amygdalum ue flore purpureo fulgens.
Non brassicarum fero glosior caules.
Betæ ue quantas hortus educat nullus.
Crescens ue semper in suum caput portum:
Nec seminosas ad cucurbitas quenquam
Ad ocimum ue:cucumeres ue humi fusos:
Venire crede:sessilles ue lactucas.
Ne ue salaces nocte tollat erucas.
Mentaq; olentem cum salubribus rutis:
Acresq; cepas:aliumq; furatum.
Quæ cuncta quis nostro habeamus in septo
Non pauciora proximi ferunt horti.
Quibus relictis in mihi laboratum
Locum uenitis improbissimi fures.
Ni mirum apertam conuolatis ad prædam.
Et uos hoc ipsum quod minamur:inuitat.

priapus.

Heus tu non bene qui manum rapacem
Mandato mihi continens ab horto:
Iam primum stator hic libidinosus
Alternis sed eundo & redeundo
Porta te faciet patentiorem:
Accedent duo qui latus tuentur
Pulchre pensilibus peculiati:
Quiq; te male foderit iacentem
Ad portam ueniet salax asellus.
Nil est deterius mutoniatis.
Quare si sapis hoc malum cauebis:
Cum tantum scias esse mentularum.

Ad priapum.

Contentus modico bacchus solet esse racemo:
Cum capiant altos uix sua musta lacus.
Magnaq; fœcundis cum messibus arca desit:
In cereris crines una corona datur.
Tu quoq; diue minor maiorum exempla secutus
Quamuis pauca damus consule poma boni:

Priapus.

E.d.si scribas:temonemq; insuper adas.
Qui medium d uult scindere:pictus erit.

Priapus.

Credere quis posset:falcem quoq; turpe fateri
De digitis fures surripuisse meis?
Nec mouet amissi tam me iactura pudorq;:
Quam præbent iustos altera tela metus
Quæ si perdidero:patria mulctabor:& olim
Ille tuus ciuis lampsacæ gallus ero.

Priapus.

Derides quoq; fur:& impudicum
Ostendis digitum mihi minanti:
Heu me miserum quid ista lignum est.
Quæ me terribilem facit uideri?
Mandabo domino tamen salaci:
Vt pro me uellit irrumare fures.

Priapus.

Cornix:& caries:uetusq; bustum
Turba putrida facta sacculorum:
Quæ forsan potuisset esse nutrix
Tithoni:priamiq;:nestorisq;:
Illis in pueris anus fuisset.
Nec desim sibi me rogat fututor.
Quid si nunc roget ut puella fiat
Si minimos tamen hæc habet:puella est.

Priapus.

Quicunq; nostram fur fefellerit fidem:
Effœminato culo eminet procul:
Quæq; hæc proterua carpserit manu poma
Puella:nullum inueniat fututorem.
Prædictum tibi ne rogare possis:
Si fur ueneris:impudicus eris.

Ad priapum.

Si quod babes uersus:tot haberes poma priape:
Esses antiquo ditior alcinoo.

Priapus in persona mali.

Quid frustra quereris colone mecum:
Quod quondam bene fructuosa malus
Autumnis sterilis duobus astem?
Non me prægrauat ut putas senectus.
Nec sum grandine uerberata dura.
Nec gemmas meo germine exeuntis
Sæui frigoris ustulauit aura.
Nec uenti:pluuiæ ue:siccitas ue.
Quod de se quæritis:malum dederunt.
Non sturnus mihi:gracculus ue raptor:
Aut cornix anus:aut aquo sus anser:
Aut coruus nocuit siticulosus.
Sed quia carmina pessimi poetæ.
Ramis sustineo laboriosus.

Priapus.

Securi dormite canes:custodiat hortum
Cum sibi dilecta simius erigone.

Priapus.

Parum est mihi quod hic fixi sedem
Agente terram per canicula rimas
Saticulosam sustinens æstatem:
Parumq; sinus superfluunt hymbres
Et in capillos grandines cadunt nostros.
Rigetq; dura barba iuncta cristallo:
Parumq; acta sub laboribus lucem
Parem diebus præuigil traho noctem
Huc addeq; me terribiles fuste
Manus sine arte rusticæ dolauerunt:
Interq; cunctos uultus deos numen
Cucurbitarum ligneus uocor custos:
Accedit istis impudentiæ signum
Libidinosa tenta piramis neruo
Ad hanc puella pene nomen adieci
Solet uenire cum suo fututore:
Quæ tot figuris quot philenis enarrat
Non inuentis prinosa discedit.

Priapus.

Quidam mollior anseris medulla
Furatum uenit huc amore pœnæ.
Furetur licet usque:non uidebo.

Ad priapum.

Hic tibi qui rostro crescentia lilia mersit:
Cadetur tepida uictima porcus ara.
Nec tamen extraneum facias pecus omne priape
Horti sit facias ianua clausa tui.

Priapus.

Tu quæ ne uideas noram uirilem
Hinc auerteris ut decet pudicam.
Nimirum nisi quod times uidere:
Intra uiscera habere concupiscis.

Priapus.

Penelopes primam:didonis prima sequatur:
Et primam cani:syllaba prima remi.
Quodq; fit ex illis:mihi tu deprensus in horto
Fur dabis:hac pœna cupa luenda tua est.

Priapus.

Rusticus indocte siquid dixisse uidebor
Da ueniam:libros non lego:poma lego.
Sed rudis hic dominum totiens audire legentem
Constitui:meracas edidiciq; notas.
Psoleon ille uocat.quod nos psolenta uocamus.
Id quod nos culum:culeon ille uocat.
Merdaleon certa nisi res non munda uocatur:
Et pædiconum mentula merdalea.

Priapus.

Quod nisi tenario placuisset troica cunno:

Mentula quod caneret non habuisset opus.
Mentula tantalidæ bene si non nota fuisset:
Nil senior chryses quod quereretur erat.
Hæc eadem socium tenera spoliauit amica:
Quæq; erat æacide maluit esse suam.
Ille pelethronium cecinit miserabile carmen
Ad citharam:cithara tentior ipse sua.
Nobilis hinc nota nempe incipit ilias ira.
Principium sacri carminis illa fuit.
Altera materia est error fallentis ulyxi:
Si uerum queras:hunc quoq; mouit amor.
Hinc legitur radix de qua flos aureus exit.
Quæ cur moly uocat:mentula moly fuit.
Hinc legimus circen:atlantiademq; calypson
Grandia dulichii ista tulisse uiri.
Huius & alcinoi mirata est filia membrum
Frondenti ramo uix potuisse tegi.
Ad uetulam tamé ille suam properabat: & omnis
Spes erat in cunno penelopea tua.
Quæ sic casta manes:ut iam conuiuia uisas:
Vtq; fututorum sit tua plena domus.
E quibus ut scires quicunq; ualentior esset:
Hæc es ad arrectos uerba locuta procos:
Nemo meo melius neruum tendebat ulyxe
Siue illi laterum:seu fuit artis opus.
Qui quoniam periit:modo uos incendite qualẽ
Esse uirum sciero:uir sit ut ille meus.
Hac ego penelope potui tibi lege placere:
Illo se nondum tempore factus eram.

Priapus.

Dum fici tibi suauitas subibit:
Et iam porrigere huc manum licebit:
Ad me respice fur:& æstimato
Quod pondo tibi mentulam est cacandum.

Priapus.

Sit pauper mihi sit:& inquilinus:
Qui libum dederat:mollaq; fusa.
Quare partibus additis in ignem
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc subinde uenit
Nitorem puto prosecuta fumi:
Quæ libamine mentulæ comeso
Tota nocte mihi litat rigendo.
At uos amplius hoc loco cauete.
Quicquam ponere:ne famelicorum
Ad me turba uellit canum uenire:
Ne dum me colitis:meumq; numen:
Custodes habeatis irrumatos.

Priapus.

Si commissa meæ carpes pomaria curæ
Dulcia:quid doleam perdere:doctus eris.

Ad priapum.

Curam pomarii diligens priape facito.
Rubricato furibus minare mutino.

Priapus.

Quod mouear non est:quia si furaberis ipse
Grandia mala:tibi brachia macra dabo.

Priapus.

Obliquis pathicæ quid me spectaris ocellis?
Stat non inguinibus mentula tenta meis.
Quæ tamen ex animis nnuc est:& inutile lignum:
Vtilis hæc aram si dederitis:erit.
Per medios ibit pueros:mediasq; puellas
Mentula:barbatis non nisi summa petet.

Quæ quorum locorum sint numina.

Dodona tibi iuppiter sacrata est.
Iunoni samos:& mycenæ dites:
Vndæ tenedos æquorisq; regi.
Pallas cecropias tuetur arces.
Delphos pythius orbis umbilicum.
Cretem delia:cynthiosq; colles.
Faunus mænalos:arcadumq; siluas.
Tutella rodos est beata solis.
Gades herculis:humidumq; tybur:
Cyllene celleri deo niuosa
Tardo gratior æstuosa lemnos.
Aethneæ cererem nurus frequentant.
Raptam cocytos ostreosa diuam.
Formosamq; uenerem:gnidos:paphosq;:
Mortales tibi lampsacum dicarunt.

Priapus.

Quod sim iam senior:meumq; canis
Cum barba caput albica capillis:
Deprensos ego perforare possum
Tithonum:priamumq;:nestoremq;:
Immanem mihi stomachum uidetis:
Qui densam facitis subinde sæpem.
Et fures prohibetis huc adire.
Hoc est læderet:dum iuuatis:hoc est
Non admittere ad aucupem uolucres.
Obstructa est uia:nec licet iacenti
Iactura natis expiare culpam.
Ergo qui prius usque & usque
Furum scindere podices solebam:
Per noctes aliquot diesq; cesso.
Pœnas do quoq;:quod satis superq; est
In semenq; abeo:salaxq; quondam
Non uitam perago:quis hoc putaret
Vt lusus citharœdus abstineret?
At uos ne peream situ senili:
Queso desinite esse diligentes.
Ne ue imponite fibulam priapo.

Priapus.

At dii:deæq; dentibus tuis escam
Negent:amicas cunni ligni uicinæ:
Per quem puella foris ante:nec mendax:
Et quæ solebat impigro celer passu
Ad nos uenire nunc missella landace
Vix posse iurat ambulare pro focis.

Ad priapum.

Priape quod sis fascino grauis tenero:
Quod exprobauit hic tibi suo uersu
Poeta noster:erubescere hoc noli.
Non est poeta sarcinosior nostro.

Priapus.

Vt non longa satis bene:non stat mentula crassa:
Et quam si tractes.crescere posse putes.
Me miserum cupidas fallit mensura puellas.
Non habet hoc aliud mentula maius eo.
Vtilior tydeus:qui si quid credis homero
Ingenio pugnax corpore paruus erat:
Sed potuit damno nobis nouitasq;:pudorq;:

Esse repellendus sepius iste mihi.

Ad priapum.

Dum uiuis sperare decet:tu rustice custos.
Hucades:& neruis tente priape faue.

Ad priapum.

Rusticus ærarii quondam:nunc uillicus horti:
Hæc tibi perspecta templa priape dico.
Pro quibus officiis si fas est:sancte paciscor:
Assiduus custos ruris ut esse uelis.
Improbus ut si quis nostrum uiolabit agellum
Hunc tu:sed taceo:scis puto quod sequitur.

Querela priapi.


Quid hoc noui est.quid ira nuncia deum.
Silente nocte candidus mihi puer
Repente cum iaceret abditus sinu:
Venus erat quieta:nec uiriliter.
Iners senile penis extulit caput
Placet priape qui sub arboribus comis
Soles sacrum reuinctus pampino caput
Ruber sedere cum rubente fascino.
At o priape sæpe floribus nouis
Tuas sine arte deligauimus comas:
Abegimusq; uoce sæpe cum tibi
Senex ue coruus:impiger ue gracchulus
Sacrum feriret ore corneo caput
Vale nefande destitutor inguinum:
Valle priape:debeo tibi nihil.
Iacebis inter arua squalidus situ.
Carnifice ille sæuus usq; bene
Fricabit obloquium latus lutosus
O scelesté pennis:o cui meum malum
Licet querare:nec tibi tener puer
Patebit ullus.imminente qui toro
Iuuante uerset arte nobilem natem:
Puella nec iocosa nec leui manu.
Fouebit apprimetue lucidum femur:
Bidens amica romuli senis memor
Paratur inter arua:cuius inguina.
Vacuaq; pelle tectus inguinm gelu
Araneosus obsidet fores situs.
Tibi hæc parantur ut tuus ter aut quater.
Voret profunda fossa lubricum caput:
Licebit hebes:aut languentior cubes.
Hæres & usq; ah miser miser
Triplex quadruplexq; complens specum
Superbia ista proderit nihil simul.
Vagum sonante merseris caput luto
Quid iners piget ne lentitudinis
Licebit hoc multus auferas semel:
Sed ille cum redibit aureus puer
Simul sonante senseris iter pede
Repente neruos excitet libidine:
Et inquietus inguina arriget tumor:
Neq; mutare possit usq; dum mihi
Venus iocosa mole ruperit latus.

DOMITII CALDERINI VERONENSIS COMMENTARII IN PVBLII VIRGILII MARONIS ELEGIAM.



Defleram Iuuenis tristi mō carmine fata: Non compertū habemus cuius hæc elegia fuerit.neq;.n. Virgilio ascribi pōt ex dicendi charactere nec est alter auctor quē ea tēpestate existimemus scripsisse:ueq; non desunt q Lactantii firmiani opus dicāt.Eo.n.stilo uersari uidetur:quo & eius uiri scripta uident.sūma tamē oīs ē:ut Mecœnatē laudet:pariterq; filii ipsius mortē defleat. Iuuenis:filii mei q īmatura morte peremptus fuit. Seui merenti:qui iā diē suū obierat:Vt sicut. Iuuenes:filiū mecœnatis. Auo annoso:in genere dixit neq;.n.mecœnatis auus longo uixisse tēpore tradit. undē quēpiā alium longioris uitæ hominē notauit. Annoso:antiquissimo. Ratis: rates trabes iscultæ appellabant:nauigio postea accōmodatæ sunt:& ꝓ nauibus ponunt. Ratis:acherontis.Carina appellat trabs illa in fundo nauis quam circum tabulæ tā q̄ brachia affinguntur:etiam pro naui ponūtur. Lacus uastos fluminis læthei per quod charon animas transfert. Amici illius:quoniam habuit consuetudinem. Tecum o mecœnas: Nō habui familiaritatem illius filii tui. Opus:Si habet per hanc epistolam de obitu filii mecœnatis eidem se factum amicū. Regis ethrusci:quia mecœnas natus erat ex nobili stirpe ac regia aretinorum. Vnde & Horatius Mecœnas atauis edite regibus. Vrbis erat custos: Quoniam Cæsare in bella concedente Mecœna

Elegia in Mecœnatis obitu:quæ dicitur Virgilii:cum non sit.



Defleram iuuenis tristi modo carmine fata.
Sunt etiam merito carmina dāda seni.
Vt iuuenis deflendus erat:tā candidus:& tā
Longius annoso uiuere dignus auo.
In religata ratis nunquam defessa carina
It redit in uastos semper onusta lacus.
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta.
Non oblita rapit sed tamen illa senes.
Nec mihi mecœnas tecum fuit usus amici
Illius:hoc ergo conciliauit opus.
Fidus eras nobis.nam propter cæsaris arma
Cæsaris:& similem propter ī arma fidem.
Regis eras genus hetrusci:tu cæsaris almi
Dextra romanæ tu uigil urbis eras
Omnia cum posse:tanto tam carus amico
Te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cum docta phœbus donauerat artes
Tu decus:& laudes huius:& huius eras.
Vincit uulgares uincit peritus harenas:
Littore ī extremo quas simul unda mouet.

Quod discinctus eras:aio quoq; carpit̃ uno
Diluuii ac nimia simplicitate tua.
Sic illi uixere quibus fuit aurea uirgo:
Quæ bene præcincto post mõ pulsa fugit.
Inuide quid tandem tunicæ nocuere solutæ:
Aut tibi uentosi quid nocuere sinus:
Nũ minus urbis erat custos:& cæsaris obses:
Num tibi non tutas fecit in urbe uias:
Nocte sub obscura quis te spoliauit amanté:
Quis tetigit ferro durior ipse latus.
Maius erat potuisse tamen:nec uelle triũphos
Maiores maius abstinuisse fuit.
Maluit umbrosã quercũ:nymphasq; canẽtes
Paucaq; pomosi iugera certa soli.
Pierides phœbumq; colens ĩ mollibus hortis
Sederat argutas garrulus inter aues.
Marmora meonii uicunt monumenta libelli.
Viuitur ingenio:cætera mortis erunt.
Quid faceret:defũctus erat:comes ĩpiger idẽ
Miles:& augusti fortiter usq; pius.
Illum piscosi uiderunt saxa pelori
Ignibus hostiles reddere ligna rates.
Puluere in æmathio fortem uidere philippi
Quã tener ille fuit:tam grauis hostis erat.
Cum freta niliacæ texerunt lata carinæ
Fortis erat circum:fortis & ante ducem.
Militis æoi fugientis terga secutus
Territus ad nili dum fugit ille caput.
Pax erat:hæc illos laxarunt ocia cultus.
Omnia uictores marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno
Postquam uictrices conticuere tubæ.
Hic modo miles erat:ne posset fœmina romã
Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos tantum curauerat arcum
Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche coloratos postquam deuicimus idos:
Potasti galea dulce iuuante merum.
Et tibi securo tunicæ fluxere solutæ:
Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sũ memor:& certe memini sic ducere thyrsos
Bacchia purpurea candidiora niue.
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus:& auro.
Serpentes hederæ uix habuere locum.
Argentata tuos etiam sandalia talos.
Vixerunt:certe:nec puto bacche negas.

tem urbis romæ custodem & gubernatorem reliqs/se cõstat. Posse nocés:cõmendat ex animi tranquillitate & mansuetudine:quia de nomine ulcisci uoluit.

Pallade:designat Mecœnaté artibus liberalibus præstãtissimis:hic litteratos semp coluit pariter rem militarem amauit cuius artis & dea pallas est. Vincit uulgares:ostẽdit doctria Mecœnaté & reg̃ pitia non sanguinis claritaté principatũ adéptũ fuisse : atq; aliis p̃stantissimis prælatum. Vulgares:populares. Arenas:in extremo littore dicit̃ Mecœnaté sapienté lupare omnes gẽmas & lapides p̃ciosos q nascũtur in mari. Extremo oriẽte:Oui.Induitis collo lapides oriente petitos. Discinctus:ostẽdit Mecœnatem molli ac effœminato fuisse corpore:uerum magnãimitate & simplicitate uitæ p̃stantissimæ:q̃lis fuisse traditur:& diluuii tẽpestate:in qua p tẽpore & necessitate quisq; ad uillæ cultũ nitebat̃ & opportunitatem Discincti enim homines laxi ac molles & minime apti appellãtur.Hortensium discinctum hominé & ut nepotem & luxuriosum appellauit:cõtra cictos illustres& omnibus laboribos exercitos atq; expeditos ĩtelligimus.

Aío tuo.i.magnitudine animi tui. Diluuii:qualis simplicitas fuit tempore diluuii. Sic uixere : laudat ip̃um a iusticia. Virgo:iusticia:quæ una cũ pudicitia nequitiã mundi reliquisse proditum est non cũ fide ut multi scribũt:dicẽte Iuuenale ĩ satyra Credo pudicitiã saturno rege moratam:Postquam ad superos astrea recessit Hac comite atq; duæ piter fugere sorores:& hoc cũ de pudicitia loqueret̃. Præcinctos:industres. Inuide:ad inuidos q criminabantur ex corporis mollicie:ac dicit illã animi prudentiã compescitam:sic quæ nihil offuisse. Solutæ aut tibi uentosi: notat uestiũ tenuitatem.quæ uẽtos faciũt.Dicit tempore quo gubernator urbis relictus est ab Augusto Siciliã petente urbẽ omni ĩpedimẽto liberam fuisse.

Quis spoliauit.q.d.nemo te spoliauit amanté. Ip̃e: solet dictiões nõnunq̃ uacare teste Seruio:quoniam: Virgi.inqt Nũc dextra ĩgeminãs nunc ille sinistra ille enim abũdat. Maius erat: laudat Mecœnaté:qa non erat ambitiosus ĩ desiderãdis triũphis cũ potuisset habere.tũ ab illis se abstinuit:qđ qdẽ maius fuit. Nymphas:musas. Iugera:habuit.n.hæc iugera in æsqliis: & his cõtẽtus ab Hora.fuisse perhibet̃:nisi qđ ĩ ædificiorũ molle rep̃hẽdit̃ : ex qua exulãs ĩ sabinis & ip̃ius Horatii agrũ spectar̃ poterat. Pierides phœbũ:colẽs ip̃e Mecœnas musas studiosissime uenerabat̃ poetas: ut Virgiliũ:Horatiũ: Propertiũ. Argutas : sonoras q̃ aues erant i tuis hortis:uel aues poetas ĩtelligit.q.d. Mecœnatẽ esse numerandum inter sonoros poetas.

Meonii:cõmendat Mecœnatem a poetica. Meon: idest Homeri:nam uariæ fuerunt sententiæ de ipsi/us patria ephorus.n.cumæum dixit : pindarus smyrnæum & chium Antimachus:& Nicander Colophonium:Aristarchus & Dionysius Atheniensem:Ari/stoteles hietem:nonnulli salaminium:alii argiuum contendunt.Oui.Meoniũ:unde est : Aspice mœnidẽ a quo ceu fonte peremni Vatum pieriis ora rigantur aqs. Marmora:marmorea. Faceret:facere poterat.

Defunctus:emeritus. Pius:pii dicunt̃ qui maiores suos excolũt. Illũ piscosi:Octauius uicit Sextũ pompeium bello nauali in mari siculo. Piscosi : Asperi.

Pelori:pelorus sūmis est ex promōtoriis siciliæ ad uersus Italiam. Rates.s.Sexti pompeii. Puluere in æmathio:æmathia appellat Thessalia ab Aemathione filio Deucaliōis. Saxa pelori:notat Mecœnatem fuisse secutū Augustū i bello cōtra Sextū pōpeiū per Agrippam & fratrē:& cōmissa pugna non a carybdi & scylla ea pte q̄ pelorus italiā respicit. Piscosi.n.dicit qa circa ipsum promontoriū propter aspera saxa optimi sunt pisces. Illū: Mecœnatem. Ignibus.i.incēdere naues Inimicoꝝ. Philippi:campi thessaliæ a philippo rege denominati. Puluere æmathio: idest certamine:nā & contra Cassium & Brutum Mecœnas Octauiū secutus ē. Tener fuit secūdū Senecam:q eum mollissimum dixit corpore etiam effœminato.

Niliacæ carinæ:significat & illū fuisse secutū Augu. ad bellum actiacum habitum tamen contra Antonium & Cleopatram:quā nauigia sequebant ægyptiaca unde niliacæ dixit. Circum: quando erat & ante & circū Augu.erat semp fortis. Secutus: Octauius uictoria potitus ē de Antonio & Cleopatra: quā idē Antonius imperio urbis ornare pollicitus fuerat in stupri præmium: uerum deuictus est: & Cleopatra Alexādriam usq; ad nil caput aufugit. Aeoi: autē militis quia ex oriēte ipsam plures sunt secuti:& Herodes rex iudeoꝝ:& amathus arabiæ:& Polemō ex pōto & bessi: & Philadelphus ex paphlagonia: & glices quando Mithridates ex comagena Amyntas lycaonius ex mauritania:& pene totus oriens. Ipse:Mecœnas: q exactis bellis dedit opam musicæ & poeticæ.

Hic:Mecœnas. Fœmīa turpis:ceopatra meretrix.

Dotalem:quia in cōuiuiis & crapulis Antonius promiserat imperium urbis:hic Mecœnas in profugos ægyptios fugientes quos pepulit usq; ad orientem.

Bacche:uertit serm onem ad Bacchum & colligere hinc possumus ex poetæ uerbis: qui uictoriæ & triumpho ipsius dei interfuisset: se dicit Gallum poetā opus hoc scripsisse: quippe in cuius corpus euphorbi & pithagoræ ac Homeri & ennii aīo intrasse probat:ueꝝ fuerit sit uel ne incertū hēo. Quicūq;. Ille sit omnino refert. Coloratos:nigros factos calor solis. Alibi Vir.ī geor.iiii.usq; coloratis amnis deuexus ab indis. Tunicæ:uestes lōge duas.s.uestes habuisse eo tpe. Thyrsos:hastas pāpinis iuolutis: qbus in sacris Bacchi & choreis utebāt. Purpura:ēt repit alba quū ꝑprie sit rubra: Tibi cōsulto:o bacche. Vix habuere:tygres uix hēbāt locū pp multitudinē gēmaꝝ seu serpētū. Sādalia:gēus calciamētoꝝ alboꝝ: qbus magni uiri utebant. Noua: non militarie sed dulcia & amori apta. Impiger:alcide uertit sermonē ad Herculem. Defuncto.i.qui euasisti a multis laboribus.

Puella tenera:qa habebat Oniphalem: cui secūdum oraculum responsum parere coactus erat.Dum nauigans in aphricam a quorundā ex amicis suis sponte esset uenundatus:illa enim Iordane menioꝝ idest lydioꝝ reginæ filia fuit. Nemæi laboris habito ī silua nemea propter mortem leonis.circa montem tritonem & etiam ī apro erymātheo arcadiæ agros deuastāte:& mādatū erat ut eum uiuum afferret. Morsu:nam mulieres filando solent mordere fila. Nodos:quia Oniphale faciebat multos nodos causa tua o Hercules:quoniā & tu idē faciebas. Torsa: mem-

Mollius es solito mecum tum multa locutus:
  Et tibi consulto uerba fuere noua.
Impiger alcide multo defuncte labore.
  Sic memorant curas te posuisse tuas:
Sic tecum tenera lætum lusisse puella
  Oblitum nemeæ iamq; erymanthe tui.
Vltra nunquid erat:torsisti police fusos:
  Lenisti morsu leuia fila parum.
Percussit crebros te propter lydi nodos:
  Te propter dura stamina rupta manu.
Lidia te tunicas iussit lasiua fluentes
  Inter lanificas ducere sæpe suas.
Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat:
  Quam pede suspenso percutiebat amor.
Quis fore credebat cū iā premit īpiger īfans
  Hydros ingentes uix capiente manu.
Tunc ne renascentē tereret uelociter hydrā:
  Frangeret immanes uel diomedis equos:
Vel tribus aduersis coēm fratribus aluum
  Et sex aduersas solus in arma manus.
Fudit & æolidas postq̄ dominator olympi
  Dicitur in nidum procubuisse bouem.
Atq; aquilā misisse suam:quæ quereret equis
  Posset armaturo uina referre ioui.
Valle sub idæa:dum te formose sacerdos
  Inuenit:& presso molliter ungue rapit.
Sic est.uictor amet.uictor potiatur i umbra.
  Victor odorata dormiat inque rosa.
Victorem uictus mutuat.metus imperet illi.
  Membra nec īstrata cernere discat humo.
Tempora dispensat usus:& tempora cultus.
  Hæc homīes:pecudes:hæc moderāt aues.
Lux est:taurus arat.nox est.requiescit arator.
  Liberat emerito feruida colla boui.
Cōglutinātur aquæ.scopulis se cōdit hirundo
  Verberat & gelidos garrula uere lacus.
Cæsar amicus erat:poterat uisisse solute
  Cum iam cæsarides quod cupiebat:erat.
Indulsit merito:non est temerarius ille.
  Vicimus augusto iudice dignus erat.
Ergo saxa parens postquam scyllia legit
  Cyaneosq; metus iam religanda ratis.
Viscera disciecti mutauit arietis agni
  Aetas:& succis amne perita suis.
His te mecœnas iuuenescere posse decebat.
  Hæc utinam nobis calchidos herba foret.

Reddit̃ arboribus flores reuirentibus æſtas.
Ergo non homini quod fuit ante redit?
Viuaceſq; magis ceruos decet eſſe pauentes:
Si quorum in torua cornua fronte rigent.
Viuere cornices multos dicuntur in annos.
Cur non anguſta conditione ſumus.
Paſcitur auroræ tithonus nectare coniunx:
Atq; ita iam tremulo nulla ſenecta nocet.
Vt tibi uita foret ſemper medicamine ſacro:
Te uellem auroræ complacuiſſe uirum:
Illius aptus eras croceo recubare cubili.
Tu dare purpurea lora regenda manu.
Tum mulcere iubam:tũ iam torſiſſet habẽas
Procedente die reſpicientis equi.
Q ueſiuere tori iuuenem:ſic heſperon illum:
Q uem nexum medio ſoluit in igne uẽus.
Q uẽ nunc i fuſcis placida ſub nocte nitentẽ:
Luciferum contra currere cernis equis.
Hic tibi coritium:caſias hic donat olentis:
Hic & palmiferis balſama miſſa iugis.
Nũc preciũ cãdoris hẽs:nũc reddit̃ umbris.
Ve ſumus obliti decubuiſſe ſenem.
Ter pylium fleuere ſui ter noſtra canum
Dicebant tamen hunc non ſatis eſſe ſenem:
Neſtoris annoſa uiciſſem ſecula:ſi me
Diſpenſate tibi ſtamina nempe forent.
Nunc ego qd poſſum? tellus leuis oſſa teneto.
Pendula librato pondus & ipſa tuum.
Semper ſerta tibi dabimus:tibi ſemp odores
Nonnunquam ſitiens florida ſemper eris.
Sic eſt mœcenas fato ueniente locutus
Frigidus & iam:iam tum moriturus erat.
Me ne inquit iuuenis primæui turpiter ante
Anguſtam bruti non cecidiſſe fidem.
Pectore maturo fuerat puer:integer æuo
Et magnum magni cæſaris illud opus.
Diſſidio uellemq; prius:non omnia dici
Inciditq; pudor quæ prope dixit amor.
Sed mãifeſtus erat moriens:quærebat amatæ
Coniugis amplexus:oſcula:uerba: manus
Si tamen hoc ſatis:uixi te cæſare amico.
Et morior dixit:dum morior q; ſatis.
Mollibus ex oculis aliqs procedet & humor:
Cum dicar ſubita uoce fuiſſe tibi.
Hoc tibi contingat:iaceam tellure ſub æqua:
Nec tamen hoc ultra me potuiſſe uelim.

broſa ex duro amore uerſus Oniphalem. Pede ſu-
ſpenſo:quia Hercules ſuſpendebat pedem ſuum ſup
pedem aiacem:ſicut ſæpius nos fecimus renaſcẽtem
propter fœcũditatem capitis. Equos:equos Threii
cii Diomedis humana carne ueſcẽtes ĩteremit Her-
cules. Tribus fratribus: Geryoné tangit qui in iſula
erythrea exiſtens tria corpora habebat: & ſic ſex ma-
nus. Aluũ:uẽtrẽ. Aeolidas:Thetũ & ephialtẽ Aeoli
filios. Dominator:Iuppiter. Nitidũ: clarum diem.
Hoc ſecundum morẽ thraciæ:quæ qetas dies & fœ-
lices candido lapillo denotabant. Referre ioui:quia
uoluit habere Ganymedem. Sacerdos : fecit enim
ipſum ſacerdotem in ida ſilua. Formoſe:o Ganyme
des. Potiatur:Mecœnas amica. In umbra.i. hortis
ſuis. Roſa:peſtana maioris odoris ſecundum morẽ
antiquum lectos:& anaclyteria ex roſarum filiis con
ficiebat:ad ſuauitatem ſpirandam: ut & de principe
Antonio Helius Lampridius refert. Diſpenſant: di
uidunt & ordinant:omnia fieri ſolent ſecundum ſe-
riem temporis. Cæſar amicus erat: concludit in lau
dem Mecœnatis nil fuiſſe quod a Cæſare ĩpetrare ne
quiuiſſet. Amicus: Mecœnati erat paratus ad om-
nia eius uota. Indulſit:igeſſit morem ei. Saxa parẽs:
Iaſon legit.i.nauigauit:de Iaſone loquor. Oethas rex
colchoꝝ filiã habuit Medeam. Oethas dicitur ab oe-
tha Theophraſtus ponit herbã ĩ ægypto qua reuiui-
ſcunt hoĩes. Iuba hiſtoricus tradit ſuccis herbaꝝ re-
uocari hoĩes ad uitã. Xãthus primo hiſtoriaꝝ ait dra
cõis Catulũ reuocatũ ad uitã herba quadã. quã balin
appellãt. Colchidos:Medea in formã uetulæ muta
ta ĩtrauit Iolchon regiã peliæ regis Theſſaliæ teſtans
ſe miſſã ab hipboreis cũ qbuſdã medicaminibus ut fa
ceret iunenẽ peliã:& ut fidẽ darẽt uerbis ſuis expimẽ
to pbauit:mactauit.n.arietẽ:& ĩ aheno coxit: & inde
reſtituit ĩ uitam.pelias ſenex phanaticus cupiẽs iuue
neſcere pro pauit ut id fieret:& ſic a Medea cæſus fu-
it. Ergo ſaxa:laudat & ipſum Iaſonis cõpatione: &
Aeſonis ad iuuẽtutem reuocati:ac dicit eo modo re-
uocari ad iuuẽtẽ debuiſſe Mecœnatem.parẽs Medea
mater ob filios quoq; habuerãt.ex Iaſone. Cyanæos
metus: ſymplegadas ita eni denominãt̃ ultra pontũ
intra ſe ſcopuli concurrentes. Arietis:ſignificat Me
deam poſtquam ad iolchõ urbem peliæ regis pueĩt:
ut ſuam doctrinam:atq; artem oſtenderet: mactaſſe
arietem & ĩ aheno decoxiſſe:mox in agnum reſtituiſ-
ſe:quod cum pelias optaret iuueneſcendi gratia atq;
id faceret a Medea cæſus fuit per eius filias: ut Oui.
teſtatur. Otias:Medea filia Oetæ regis: & per ſynere
ſim prima breuis & ſecunda longa in unã cõuertitur
ſyllabã lõgam. Omne:ad omne fuerat pariter Oui.
Medeæ faciunt ad ſcelus omne manus. Herba : Pli.
ex Theophraſto & ex multis aliis teſtatur in ægypto
herbam qua homines reuiuiſcunt. Quidam hanc
moli:nõnulli balin.cuius ſucco:dracõis catulos ad ui
tam reuocaſſe:quidam Xanthus dixit huiuſmõi her
bam Medeã uſum poeta oſtendit. Quod fuit:quod
fuit ſi herbæ reuiuiſcũt tãto magis debẽt hoĩes reui-
uiſcere. Cerui uiuaces:crui teſte.Pli.exupãt.c.ãnos:
& mutatis cornibus iuueneſcũt. Anguſta:qa ita cito
nos morimur. Cornices:nõgẽtos ãnos uiuer̃ pdũt̃.
Vnđ & Oui:Ora capitq; nouẽ cornicis ſæcula paſſæ.

Auroræ tithonus:aurora Titanis &;terræ filia fuit: dictaq; ab eo q̄ ab igne solis ut auro aurescit. Titho/nus filius Laomedōtis priami patris relicto fratre ex phrygia ī assiryam se cōtulit: breui in re militari pre stantissimus fuit. Regi gratus duxit uxoré filiá regis æthiopū:ex quo genuit Ménoné ea tempestate pria/mus uexabatur bello Teutani regis capadociæ:regnū phrigyæ tūc subditum erat regibus assyriorum. Titho/nus qui præfectus erat assyriorum misit Ménonem filium cum decé milibus æthiopū:totidemq; Susia/nis:& cum ducétis curribus ut priamo auxilium fer ret. Alii uolūt Titonos fuisse duos & phrygé & assy/rium:& scribunt non peon. Alterum Ménonem Titho ni:sed alternm imperasse phrigyæ & lydiæ:& ex uxo re dindimene genuisse Cybelem. Tithoni de Titho/no Auroræ marito plurima scripta sunt. Itaq; satis é intelligere illum sené delectatione tamé coniugis iu uenes centeni quotidie ī Ménonem filium ī troiano rum auxilium quondá missum ex ultima plaga orié tis. Vt tibi uita foret:ut fieret maritus Auroræ. Iu bam:crines. Tori:uult cōparare eum Hespo Athlá tis filio. Tori: spōsæ. Hespon illum:Hespus filius fuit athlantis:cum ascendisset monté athlanté nunq̄ amplius uisus fuit Crediderūt incolæ impiti ascédis se cælū & eé stellá:quæ eadé mãe dicit' lucifer. Alii uo lunt Veneré adeo pditam fuisse amore hespi formo si iuuéis:ut eius nomen sumpserit:& Venus é quæ di citur hesperus & lucifer:hic uero hesperus filius fuit auroræ & cephali:Hoc aūt ideo quia pythagorea ean dem munere eé stellá quæ sero & mane apparet: & ī sero hesperus in mane lucifer appellatur. Igne: amo re. Hic:lucifer. Corytū:crocū intelligit: qui pluri/mum ī coryco ciliciæ antro abundat: crisias sic Iugis palmife. palmifero inter assyriam & phœniciam lo/cus est palmarum abundantissimus ex quo etiam loco balsama aduehi produt ex arbore modica:& hoc nō lōge ab hierosolymis. Candoris:uirtutis. Nestora canū:qa nestor uixit tres ætates:fuitq; nelei filius. Ne leus ī messania regiōe condidit opidum Pilon: unde Nestor pilius. Pili tres sunt in peloponneso: in pisea regiōe & hæc pilos cōdita ab Emathōte tertio ī mes sania patria Nestoris. Tellus:o tellus. Librato: pro libres. Serta.i.semper ponam coronam super tumu lum tuum:& sacrificabo. Angustam:breuem ī Cæ saré.q.d.uoluissem mori āte bella ciuilia. Illud opus fuerat.n.nutritus a Cæsare: Disidio:Quæ fuit inter Augustum Cassium & Brutum. Amor: Cogit me ulterius loqui: manifestus moriés:determinata erat ei mors. Si tamé hoc satis:Mecœnas incipit alloqui Augustum. Humor:lachryma. Sub æqua:nō pō/derosa. Potuisse ultra.i.iacere non desiderio ī melio re tellure q̄ tu. Erá pectus pectoris:eram cor cordis tui. Te quoque uelle decet:Idest diu uiuere. In ter/ris:ob cōmoditatem mortalium. Cæsare: hoc dicit pp Tiberiū adoptatum ab Augusto:& germanicum ab ipo Tyberio. Quin & Drusum tyberii fratré:ut.n. Sueto. tradit ex Scribonia Iulia nata é ex Liuia ī fans qui conceptus fuerat ī maturus fuit editus Iulia Mar cello Augusti iunxit. Deíde. M. Agrippæ:ex quo tres nepotes Caium & Titū & Luciū: Arippiná & Iuliá ne ptes de qbus late apud Sueto. tradunt. producant: &

Sed meminisse uelim:uiuam sermonibus:illic
Semper ero:semper si meminisse uoles
Et decet:& certe uiuam tibi semper amore:
Nec tibi quæ moritur desinit esse tuus.
Ipse ego quicquid ero cineres interq; fauillas
Tunc ego non potero non memor esse tui.
Fxemplum uiri te propter molle beate
Vnus mecœnas teq; ego propter eram.
Arbiter ipse fui:uoluit quod contigit esse
Pectus eram uere pectoris ipse tui.
Viue diu micare senex:pete sydera sero:
Est opus hoc terris:te quoq; uelle decet.
Et tibi succrescant iuuenes bis cæsare digni:
Sed tradant porro cæsaris usque genus.
Et tibi securo quod primum liuia coniunx
Expleat amissi munera rupta gener.
Cum decus in terris diuis insignis auitis:
Te uenus in patrio collocet ipsa sinu.

P. V. Maronis coppa.

Coppa syrissa caput graia redimita mitella
Crispum sub crotalo docta mouere latus:
Ebria famosa saltat lasciua taberna
Ad cubitum raucos excutiens calamos.
Quid iuuat æstiuo defessum puluere abesse
Quam potius bibulo decubuisse toro?
Sūt cuppæ:calices: cyathi: rosa:tibias:chordæ:
Triclinia umbrosis frigida harundinibus:
En & mænalio quæ garrit dulce sub antro
Rustica pastoris fistula more sonat.
Est & uappa cado nuper diffusa picato.
Et strepitans rauco murmure riuus aquæ
Sunt etiam croceo uiolæ de flore corolæ:
Sertaq; purpurea lutea mixta rosa:
Et quæ uirgineo libata achelois ab amne
Lilia uimineis attulit in chalatis.
Sunt & caseoli:quos iuncea fiscina siccat.
Sunt autumnali cærea pruna die:
Castaneæq; nuces:suaue rubentia mala:
Est hic mūda ceres:est amor: est bromius.
Sunt & mora cruenta:& lentis uua racemis.
Et pendet iunco ceruleus cucumis.
Est tuguri custos armatus falce saligna.
Sed non & uasto est inguine teribilis:
Huc alibida ueni:fessus iam sudat asellus.

Parce illi:uestri delitium est asinus.
Nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadæ.
Nunc uere in gelida sede lacerta sedet.
Si sapis æstiuo recubans nunc prolue uitro
Seu uis cristallo ferre nouos calices
Eia age pampiea fessus requiesce sub umbra:
Et grauidum roseo necte caput strophio.
Formosus tenere decerpes ora puellæ.
Ah pereant cui sunt prisca supercilia.
Quid cineri igrato seruans bene olētia serta:
An ne coronato uis lapide ista tegi?
Pone merū & talos:pereat qui crastia curat.
Mors autem ueniens:uiuite ait:uenio.

P.V.Maronis est:& non.

Est nō cuncti monosylaba nota frequentant.
His demptis nihil est hominum quod sermo uolutet.
Omnia i his:& ab his sunt omnia:siue negoci
Siue oci quicquam est: seu turbida:siue qetis.
Alterutro:pariter non nunquam:sæpe seorsis
Obsistunt dubiis:ut mores ingeniumq;:
Et faciles:uel difficiles contentio nacta est.
Si consentitur mora nulla interuenit.est:est.
Si controuersam dissensio subiciet non:
Hinc fora dissultant clamoribus:hinc furiosi
Iurgia sunt cyrci:cuneati hinc læta theatri
Seditio: & tales agitat quoq; curia lites.
Coniugia & nati cum patribus ista quietis
Verba serūt studiis:salua pietate loquentes
Hinc etiā placidis schola consona disciplinis
Docmaticas agitat placido certamine lites.
Hinc omnis certat dialectica turba sophorū.
Est lux:est ne? dies ergo:non conuenit istuc?
Nā facibus multis:aut fulguribus quotiēs lux
Est nocturna homini:non est lux ista diei.
Est & non igit' quotiens lucem esse fatendū ē.
Sed non esse diē mille hinc certamina surgūt:
Hinc pauci multi quoq; talia commeditantes
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
Qualis uita hoīū: duo q̄ monosyllaba uersāt

P.V.Maronis uir bonus.

Vir bonus & sapiens: qualem uix repperit ullum
Milibus e cunctis hominum ucosultus apollo:

amplificēt.munera ruptæ.q̄a ī ptu filius obiit primo sinu.i.ī cæsaris sinu.i.faciet te deum. Cæsaris usq; genus.semp sint ex genere tuo. Liuia coniunx.s.pdidit quia Liuie Drusilla fecit ab ortium ex Augusto.

Coppa Syrissa:Omnis huius opusculi sūma est hortetur Mecœnatem & socios ad uoluptatem īsinuatiōe q̄dā utēs coppæ mecœnatis libertæ: q̄ a loco sic nominata græciæ apud orchomenō Boetiæ. Sunt enim Coppæ iuxta cephisum amnem qui lacum facit copaidē noīatum. syrissa quæ uenerat ex syria. Graia mitella:Fuit eni mitra ornamētum capitis primum apud Mæonios:deinde ægyptii & syri usi sunt teste Herodo.Virgi.Mæonia mētum mitra crinesq; madente. Crotalo:crotalū īstrumentū musicum quo ægyptii in deoꝝ cerimoniis utebantur:& quidē acruo quod est pulso denominarunt nonnulli græcoꝝ pro plaustro resonante posuerunt.Alii annulum ex ære factum qui ferreo baculo percutiebatur ad sonitum reddendum intellexerūt. Calamos: phystulas quas ipsa pulsabat. Raucos:sonoros. Ad cubitum.i.quietem. Bibulo:nam qui dormiunt uidentur bibere susurando in somno. Cuppæ:uasa uinaria. Cordæ:Cytharæ. Triclinia:lecti erāt:uel triclinia in quibus ueteres comedebant. Harundinibus:quæ solebant apponi ad uoluptates. Menalio arcadico:idest:quales solent esse in mōte arcadio ubi solebant pastores:& etiam potest referri ad euandrū qui uenerat ex arcadia: ubi erat palanteum : & palatium condiderat. Vappa:uinum asperum & fetidū: & Vappa dicitur Vinum euaporatū: idest quod amisit saporem. Picata:nigra uel apice lege Martialem.

Chorolæ:dicuntur a choro & sic a chorona cecropio apud Himetum montem Atheniensem solent adesse apes. Luthea:rubicunda apud Bucoli. Mollia:Luteola Achelas nympha fuit acheloi filiæ enim Acheloi dicuntut sirenes ut idem Virgi. alibi sirenū cantus uarios acheloia proles fiscina canistrum & chalatus. Bromius : Cognomen Bacchi est a Bromo quod est consummo uino enim moderate sumpto omnes humores repelluntur. Tugurii:casa pastoralis, Custos:priapus saligna ex salice factus. Alybida:priape a lybidibus apud quos in uneratione ē.

Illi:Asello. Vestri : idest quod habetur ex uobis.

Vitro : Cyatho Vitreo. Aestiuo:Optimo & apto tempore Aestatis. Strophium:Coronam. Decerpes : Capies. Prisca pereant : illi qui seruant grauitatem ut prisci nostri habuere. Cineri ingrato. Nihil sentienti alibi idem Virgi.in.vi.ænei. Flebant & cineri ingrato suprema ferebant : solebant enim sepulchra unguentis & floribus odoriferis spargere antiqui quod testatur Tibulus dicens : Illic quas mittit diues panchaia merces æoi quæ arabes diues & assyria. Pone : pare & funde Vinum. Curat: Qui seruat uoluptatem ad diem crastinum.

Est & non:Deridet dialecticos & sophistas: quorū oīs scientia nugax & uana est:nec aliud continet q̄:est & nō. Fatemur huiusmodi disputatiōibus īgēiū eddi acutius: sed tamen ba rbarius fieri ī primis āt effectū eoꝝ exponit inde

hippotethicum quedã syllogismũ adducit. Cuncti: mortales. Illoꝝ:dialecticoꝝ hominum. Ocii: ge/tis: alterutro unũ dicimns. Obsistunt: aduersãtur. Seorsis:a se remotis & icognitis:ut mores sunt illorum sic & disputãt. Si cõsentitur ab aduersario. Subiciat:subiungat:& dicat aduersarius nõ ẽ ueꝝ:sub ito fiunt controuersiæ. Cuneati:ad similitudinẽ cu/nei facti. Coniugia:maritus & uxor agitant hæc est & non: & sic nati faciunt cum patribus. Consona: Conueniẽs agitat mouet lites. Dogmaticas:dogma significat decretum & iudicium atq͂ deliberatiõem. Sophorum:sapientium. Est lux:exemplum ponit hippotethicorum syllogismorum: quorum species sunt quinque Syllogismorum dialecticorum octo &.x.tradantur. Et lux:fateris esse lucẽ:ergo est dies. Non est dies:nõ uidet̃ dies. Certamina:disputationes qualis uita:exclamatio poetæ qui mirat̃ quod sp uita hominũ uersat̃ i his monosyllabis ẽ & nomen.



Ir bonus: Sermo d̃ uiro bono hic habetur. In quo Maro noster nõ mĩus alios sapiẽtes q̃ se in numero sapiẽtum eẽ declarat qui tam recte interptat̃ hominẽ bonum & sapientẽ & merito Apollini comparandus uidetur:qui Socratem sapientem solum iudicauit. Iudex: qui iudicat seipsum ad un/guẽ.i.pfectiõem:nã metaphora a marmorariis sumpta:q unguem super marmora elaborata & plana facta ducũt. Quin & possumus deducere ab his q ma/gna diligentia & cõsideratione aliquid faciũt & i ipsa re cogitanda ungues mordent. Persius. Nec demorsus sapit ungues. Securus:sapiens non quærit quid faciant pceres & cæteri homines. Rotũdus: ois res rotunda pfectior ẽ. Leuia:polita & ornata. Ille:sapiens. Cancri:cancer signũ cæleste:ad qd̃.xv.kalẽ.Iuli. sol accedit:p qd̃ æstatẽ designat. Capricorno: capri/cornus signũ cæleste ẽ cælo sacratũ pp memoriam. Amaltheæ capræ: quæ iouẽ aluisse & lactasse pdit̃. ad hoc signum sol accedit.xv.kalen.Ianuarias. Tro/picum:dicitur a tropi quæ ẽ cõuersio Eo.n.tpe sol se cõuertit & retrogradit̃ expẽsat se.examine in medio spatio. Hiet:ultra aperiet:se coeat uult uir sapiẽs qd̃ uita sua sit æqua ex omni parte. A mussis regula siue linea:qua latoni aut fabri utunt̃:sed late p omni or/dine sumitur. Delirare:a lyra quæ sulcum significat componitur:& de ppositione & errare: atq͂ etiã sul/cũ & uiam regulam incedere notat. Subest: omnis locus quẽ sapiẽs uult esse solidũ. Decus ornamẽtũ: Rõ: iudiciũ.placuit miseratus si quẽ uidet egẽtem. Cur aliquem:Cur passus sum dolorem nã cur ego potius ducor & uincor malignitate nostræ q̃ doctrinæ pstantia. Prauis:rebus ledit̃ sapiẽs bonis lætat̃.



Er erat:Opusculũ Virgi.de rosa:in quo uirgines hortat̃ ad uoluptatẽ percipiendam:& piter uiros itelligere possumus erudiri ad ætatis suæ cõmoda percipiẽ/da: ita.n.pulchritudo & uirginum de/cus preterit:& breue tps sortitæ sunt:sicut rosa q̃ mãe apta & uiuacitatẽ ostẽdẽs pacto die lãguida & fragilis uero rubore depdito apparet. Ver: tps ueris:quo oĩa florent. Reuecta:reducta. Cro/ceo:purpureo pp auroræruborẽ. Strictior:quia no

Iudex ipse sui totum se explorat ad unguem.
Quid proceres:uaniq͂ leuis qd opinio uulgi:
Securus.mũdi instar habẽs teres atq͂ rotũdus
Externæ ne quid labis per leuia sidat.
Ille diem quam longus erit sub sydere cancri:
Quãtaq͂ nox tropico se porrigit i capricorno
Cogitat:& iusto trutinæ se examine pensat.
Ne quid hiet:ne quis proturbet angulus:æqs
Partibus ut coeat:nil ut deliret amussis.
Sit solidũ quodcũq͂ subest:nec inania subtus
Iudicet amotus digitis pellentibus ictus.
Nõ prius in dulcem declinat lumina somnũ.
Omnia quam longi reputauerit acta diei.
Quo preter gressus:quid gestũ in tpe:qd nõ
Cur isti facto decus affuit:aut ratio illi:
Quid mihi præteritũ:cur hæc sẽtẽtia sedit:
Quã melius mutare fuit:miseratus egentẽ:
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem:
Quid uolui:qd nolle bonũ foret:utile hõesto
Cur malus ãte tuli:nũ dicto:aut deniq͂ uultu
Perstrictus quisq͂:cur me natura magisquã
Disciplina trahit:sic dicta & facta per omnia
Ingrediens:ortoq͂ a uespere cuncta reuoluens
Offensus prauis dat palmã & præmia rectis.

P.V.Maronis rosæ.

Er erat:& blando mordentia frigora morsu
Spirabat croceo mane reuecta dies:
Strictior eoos præcesserat aura iugales
Aestiferum suadens anticipare diem.
Errabam riguis per quadrua compita i herbis
Maturo cupiens me uegetare die.
Vidi concretas per gramina fessa ruinas
Pendere:aut olerum stare cacuminibus.
Caulibus & patulis teretes colludere guttas:
Et celestis aquæ pondere tunc grauidas.
Vidi pestano gaudere rosaria cultu
Exoriente nouo rosida Lucifero.
Rara pruinosis canebat gemma frutetis
Ad primos radios interitura die.
Ambigeres raperet ne rosis tunc aura ruborẽ:
An daret:& flores tingeret orta dies.
Ros unus:color unus:& unũ mane duorum.
Syderis & floris est domina una uenus.
Fronsan & unus odor:sed celsior ille per auras

Difflatur: spirati proximus iste magis.
Communis paphiæ dea syderis & dea floris
Præcipit unius muricis esse habitum.
Mentum interea: quo se nascentia florum
Germina comparibus diuiderent spatiis.
Hæc uiret angusto foliorum tecta galero.
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Hæc peperit prima fastigia celsa obelisci
Mucronem absoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exinuabat amictus:
Iam meditans foliis se numerare suis
Nec mora: ridentis calathi patefecit honorem
Prodens inclusi semina densa croci.
Hæc modo quæ toto tū lauerat igne comarū:
Pallida collapsis deseritur foliis.
Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam:
Et dum nascuntur consenuisse rosas.
Ecce & defluxit rutuli coma punica floris
Dum loquor: tellus tacta rubore micat
Tot species: tantosq; ortus: uariosq; nouatus
Ipsa dies aperit: conficit ipsa dies.
Conquerimur natura breuis qđ gratia florū ē
Ostentata oculis ilico dona rapis:
Quam longa una dies: ætas tā longa rosarū:
Quas pubescentes iūcta senecta premit.
Quam modo nascenté rutilus cōspexit eous:
Hanc radiens sero uespere uidit anum.
Sed bene quod paucis licet interitura diebus
Succedens æuum prorogat ipsa suum.
Collige uirgo rosas: dū flos nouus: & noua pubes
Et memor esto æuū sic ꝓperarꝭ tuū.

P. V. Marōis ad Octauiū culex.



Lusimus octaui gracili modulante thalia:
Atq; ut araneoli tenuē formauimus orsum.
Lusimus: hæc ꝓpter culicis sunt carmia dicta
Omnis ut historiæ per ludum consonet ordo.
Notitræq; ducum uoces licet inuidus adsit:
Quisqs erit culpare iocos musamq; paratus
Pondere uel culicis leuior: famaq; feretur.
Posterius grauiore sono tibi musa loquetur
Nostra: dabūt cū securos mihi tēpoꝛ fructus.
Vt tibi dignato poliantur carmina sensu:
Latonæ: magniq; decus iouis: aurea proles
Phœbus erit nr̄i priceps: & carminis auctor

ctes sunt breuiores. Anticipare: ante capere. Quadrua: q̄drata. Riguis: aspis. Vegetare: uiuatioré me esse. Pruinas: rores. Gramina herbas. Guttas: congelatas. Grauidas: caules oppressos pruinis. pestum oppidum ī campania abūdatissimū rosarum. Biferi: qua rosaria pesti. Lucifero: stella maturia. Canabat: albescebat. Rosida: plena rore ad primos radios quia quādo sol oritur rosa liquescit. Duorū auroræ & floris color unus. Ille: color floris dea Venus dea floris & stellæ. Murex: conchille: quo tingitur purpura hæc rosa. Galero: appellat galeꝝ illa folia: quibus uestiť rosa. Obeliscus: Amianus Marcelinus dicit obelis cū lapidem aspimū in figura metæ cuiusdā sensim a ꝓceritate in celsum cōsurgenté eē: & ut radium imiteť paulatim gracilescentem ipseq; quadrata in uerticé ꝓductum augustum manuq; artificis leuigatū: ad cuius similitudiné rosæ ipsius cubaré noster hic poeta obeliscū appellat rosa uideť obeliscus anteq̄ apperiatur. Mucronem: cuspidé. Illa: alia rosa explicabit amictus folia: quæ sūt tāq̄ amictus. Meditans: cogitans. Rosa: quando est apta ut calathus ridens. i. lætus Rutilauerat: splenduerat: sed facta est Pallida. Punica: rubicunda. Rubore: rosaꝝ. Nouatus: nouationes. Iuncta: cōiūcta & uicina. Aeuum: suum qa rosa uiuit lōgo tépore noie & fama atq; gloria. Oui. in amoribus: Venturæ memores iam nunc æstote senecte Sic nullū uobis tépus abibit iers.

Domitii Calderini Veronensis commentarii in pu. Virgilii Maronis Culicem.



Astor oues de more ad umbrā cōpellés ad fonté platanis & aliis arboribus ī umbratā ꝑuéit huius aquā serpés bibere solitus illuc ꝑuenit: pastoré q obdormierat repit morsu īpetere nitebatur. Culex pastoré mordens excitauit pastor culicé māu captā īteremit: & īdignatus postea q; culicé suæ salutis cām interemerat: iteꝝ obdormiuit: culicé ī qete uidet: ei omnē īferoꝝ corā mōstrāté excitatus déiq; somno ei sepulchꝝ miro īstruit ornatu. Thalia: musas Iouis & Memoriæ filias Poetæ tradūt Alii tetis Iouis ac Terræ ac cæli alii Homeꝝ is eé asserit. Hesiodus noía recenset uidelicet Clio. eutherpe: Thalia: melpœmene: terpsicore: Erato: polymnia: Vrania Calliope. Diodorus haꝝ nominibus ꝓprietaté ponit ꝑꝑ gloriā: q̄ poetaꝝ laudibus oriť ob uoluptaté ꝑceptā ab audiētibus: quoniā poetaꝝ laus lōgo tépore uiret a melodia q̄ demulceāt audiētes oblectatio ob doctrīæ bona. Quod docti amét homíes poetæ immortalitas ob suauitaté gloriā qđ uiros doctos ad cælū tollat gloria. Quod cātus suauitate cæteras antecedés magis ab auditoribus extiméť. Phœbus erit: phœbus & Diana Latōæ & Iouis filii phœbū lyrā a Mercurio accepisse ait Higinius. Alma chimæræo nō ꝓcul a carmileso mōte lyciæ ē conuallis quædā noíe chimæra a littore Porrecta īmediteranea. hic finxerūt de mōstro chimæra: quod occidit bollorophō. fabula tamé est xanthus flumen quem priores sirbin uocabant ad decem stadia lembis nauiganti é latonæ templum ultra qđ ad sexaginta stadia é xanthus inter lycias urbes maximā olim Latoniam cum

filiis deuēiſſe:& ut ſiti ſedaret cōſediſſe ꝓpe paruū la cū:q & ſub chimæra ē.Eſt & chimæra liciæ mōs q flā mas uomit ab eo labit̃ xanthus q deſcēdit in phrygiā in radice mōtis patium facit lacum:ad quē ꝑueit Latona cum filiis æſtiuo tpe ut ſitim ſedaret.Ruſtici id egre ferētes lacū intrātes turbauerūt aquam q ſtatim demutati ſunt in ranas. Siue educat illum: luna legi noluit nō alma ut hoc ſit quod diana præbuit ſe fieri obſtetricē. Seu decus aſtrigeri:id ē iuppiter q educa uit bacchū.Nā liber pater & apollo idē eſt ut ipſe ait ī geor.Liber & alma ceres.i.ſol & luna. Seu qua parnaſia rupes hinc:in parnaſo Boetiæ monte ē uaſta rupes hæc uel numinis maieſtate uel ſitu honorē in ſentibus generat: undiq; fere præceps in forma theatri receſſus:quo ſonitus uoceſq; multiplices audiuntur: hic ē Apollinis delphici templum :hic fons caſtalius muſis dicatus has oras pieres natio threitia habitaue re:unde pierius fons & pieridies muſæ. Nec Ouidio aſſentiamus:q dixit hoc nomē a filiabus. Pieri cū eis certantibus & deuictis in picas mutatis muſas accepiſſe. Phlegra gigātheo:phlegra ſilua & uallis eſt in theſſalia:ubi oēs gigātes cōtra Iouē pugnauerunt: & fulminati a Ioue occiſi ſunt cuius in fidē faces ſaxaq; adhuc ibi cernūtur. Solinus meminit Alia phlegra ē in italia non longe a cumis. Nec cētauros ia.Iapithus Apollinis & Scilbiæ penei filius circa peneū flu.theſſaliæ īperauit a quo illi populi lapithæ appellati ſunt hinc ex Cirione Phorbantem:& periphātem liberos ſuſcepit.Periphas ex aſtigea octo liberos genuit natu maior Antion ex Ayclace Ixionē procreauit: & cum proieciſſet ſocerum in ardentem foueam a Ioue pur gatus ē tandē auſus interpellare Iunonē de ſtupro in terpoſita a Ioue in forma Iunonis nube ex ea centauros ꝓcreauit.Hos ferunt tāquam Pyrithoi cognatos: ab eo regni paterni partem petiiſſe:Quod renuēti bellum a Centauris illatum eſt:quo ſedato quum Pyrithous Hippodamiam deſpōdiſſet Theſeo ad nuptias ac centauris uocatis in humo ebrii fœminis quæ in nuptiis erant ſtuprum inferre uoluere: qua iniuria permotus Theſeus & lapithæ multis cētauris peremptis reliquos ex ciuitate expulerunt.hanc ob cauſam centauri una aduerſus lapithas profecti plures interfecere. Qui cædi ſuperfuere partim in pholoen arcadiæ profecti ſunt partim in malea habitauerunt.

Perfoſſus athos:Xerxes perſarum rex bellum contra græcos & præſertim Athenienſes geſſit: cunque ꝑſica claſſis ad eleuntē cheroneſi ſtationē haberet:ne per deſidiā torpeſceret iuſſu regis mōtē athō ꝑfodere cepit adiuuātibus & accolis ꝓpoſiti opi fueř arthaches Arthachis filius & bubares megateri filius: eſt mōs athos īgēs ad mare ꝑtingit: deſinēs in peniſule effigie:cū iſthmo duodecī ſtadiorū:ī quo ē urbs ſana noie.Foſſa fiebat iuſta ſenā retro limitē.latitudinē foſſæ duæ triremes īplebāt ſtrymō flu.cuius hoſtia ꝓpe ſunt pōtibus uictus fuit. Nō heleſpōtus:Herodo.li. viii.pōs ī heleſpōto abidonuſq; & ſeſtō.vii.ſtadii ſpatio factus tēpeſtate primū delapſus eſt.mare indignatus Xerxes iuſſit helleſpōtū trecentis uerberibus ꝑcuti:& ſacci cōpedes mea ſtigmata & colaphos īcuti cū barbara execratione quaſi diſiecta pontis pœnas daret opis præpoſitis caput ꝑcidit aduocati ali: trireme

Et retinente lyra fautor.ſiue educat illum
Alma chimæræo xanthi perfuſa liquore:
Seu decus aſtrigeri:ſeu qua parnaſſia rupes:
Hic atq; hinc patula præpandit cornua frōte:
Caſtaliæq; ſonans liquido prælabitur unda.
Quare pieri laticis decus ite ſonores
Naiades:& celebrate deum ludente chorea.
Et tu ſancta pales ad quam uentura recurrūt
Agreſtum bona:ſecura ſit cura canentis
Aerios nemorum ſaltus feror inter & aſtra.
Et tu cui meritis oritur fiducia chartis
Octaui uerunde meis allabere cœptis.
Sancte puer.tibi nanq; canit nō pagina bellū:
Phlegra gigāteo ſparſa eſt quo ſanguīe tellus.
Nec centaureos iapithas compellit in enſes.
Vrit erichthonias oriens non ignibus arces.
Non pfoſſus athos:nec magno uincula pōto
Lecta meo quærent iam ſera uolumine famā.
Non helleſpontus pedibus pulſatus equorū
Gratia cum timuit uenientis undiq; perſas:
Mollia ſed tenui pede currere carmina uerſu
Viribus apta ſuis phœbo duce ludeř gaudet.
Hoc tibi ſancte puer mortalibus:& tibi certet
Gloria perpetuum lucens manſura p æuum.
Et tibi ſede pia maneat locus:& tibi ſoſpes
Debita fœlices memoretur uita per annos
Grata bonis liceat:ſed nos ad cœpta feramur:
Igneus æthereas iam ſol penetrarat in arces.
Candidaq; aurato quatiebat lumina curru.
Crinibus & roſæis tenebras aurora fugabat.
Protulit e ſtabulis ad pabula læta capellas
Paſtor:& excelſi montis iuga ſumma petiuit:
Lurida qua patulos uelabant gramina colles:
Iam ſiluis:dumiſq; uagæ:iam uallibus abdūt
Corpora:iamq; omni celeres e parte uagante
Tondebāt tenero uiridantia gramina morſu:
Scrupea deſertas hærebant ad caua rupes:
Pendula proiectis carpūtur & arbuta ramis.
Denſaq; uirgultis auide labruſca petuntur.
Hæc ſuſpenſa rapit carpente cacumia morſu:
Hæc ſalicis lænte:uel quæ noua naſcit̃ alnus
Hæc teneras fruticum ſentes rimantur.at illa
Imminet in riui præſtantis imaginis undam
O bona paſtoris:ſi qui non pauperis uſum
Mente prius docta faſtidiat:& probet illis
Omnia luxuriæ preciis incognita curis:

Quæ lacerāt auidas inimico pectore mētes:
Si non aſſyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data uellera.ſic nitor auri
Sublaqueare domos animum nō angit auarū
Picturæq; decus.lapidum nec fulgor in ulla
Cognitis utilitate manet:nec pocula gratum
Alconis referunt boetiq; toreuma:indi
Cōchea bacca maris precio æſta pectoř puro.
Sæpe ſup tenero procumbūt gramie corpus:
Florida cum tellus gemmantis picta p herbas
Vere notat dulcis diſtincta coloribus arua.
Atq; illum thalamo lætum retinente plauſtri:
Ociaq; inuidia degentem:ac fraude remota:
Pollentemq; ſibi uiridi cum palmite lucens
Mollia pampineo ſubter coma uelat amictu.
Illi ſunt gratæ rotantes lacte capellæ:
Et uenus:& fœcunda pales:& uallibus imis
Semper opaca nouis manātia fontibus antra:
Quis magis optato queat eſſe beatior æuo:
Quā q mēte procul putas:ſenſuſq; ꝓbando
Non auidas agnouit opes:nec triſtia bella:
Nec funeſta tenet ualide certamina claſſis:
Quo ſpoliis dū ſancta deū fulgētibus ornet
Templa:nec euectos finē tranſcendit habēdi.
Aduerſum ſociis ultro caput hoſtibus offert.
Illi falce deus colitur non arte politus.
Ille colit lucos.illi panchaica thura
Floribus agreſtes herbis uariantibus adſunt.
Illi dulcis adeſt requies:& pura uoluptas
Libera ſimplicibus curis huic imminet omnis
Dirigit hūc ſenſus:hæc cura ē ſubdita cordi:
Qualibet ut reqe motus cōtemptor abūdet
Iocundoq; locet languentia corpora ſomno.
O pecus:o panes:o gratiſſima tempe
Fōtis amadryadum quarum non diuite cultu
Aemulus aſcræ o paſtor ſibi quiſq; poeta
Secura m placido traducit pectore curam.
Talibus in ſtudiis baculo dum nixus apricas
Paſtor agit curēs:& dum non arte canora
Cōpacta ſolidum modulatur arundie carmē.
Tendit & euectus radios hyperionis ardor:
Lucidaq; æthereo ponit diſcrimina mundo:
Dū iacit oceanum flāmas in utrunq; capaces:
Et iam compellente uagæ paſtore capellæ
Ima ſuſurrātis repetebant ad uada lymphæ:
Quæ ſubter uiridē reſidebāt cærula muſcū

biremes & triremes ſimul.ccclx.uerſus exinū pontū
ab altero latere.cccxiiii.pōto tranſuerſas hæ ancho-
ris uaſtiſſimis tenebanť relicto ſpatio inter ordinem
nauigioꝝ ut eēt trāſitus nauibus i pōtū.Continenti
machinamenta lignea annexa fuere funibus lino &
ſcyrpo ſuperiniectæ poſtea trabes fuere:ſuper quas ī
poſuere noſtrā facto hinc inde aggere ne aſpectu ma
ris aīalia trāſeuntia terrerenť octo dies cōſūpſere trā
ſeundo. Aſſyrio colore:babylō aſſyriæ diuerſo co-
lore itexuit.Sed annoꝝ aſtalus itexere iuenit unū at
talicū & attalicæ ueſtes & babylonicæ. Bis lauta.i.
i colore pluries imerſa.de eis Tibullus: Sola puellaꝝ
digna eſt cui mollia charis Vellera det ſuccis bis ma
defacta tyros. Domos gtō caſu poſitū ē. Nā Sueto.
auctoritate Octauius auguſtus ſolitus ē ꝓnūtiař do
mos ꝓ domus i gtō caſu & ſenius & ſinuus & ꝓ ſtul
to batediū: & ꝓ pullo pulelatiū.Vir.ut Octauio gra
tificareť eodē mō caſū primū ꝓnūciauit. Alcōis re
ferent boetiq; toreuma:toreuma ſunt opa magnifi-
ce ſculpta:Sal.i Catelina.Cū tabulas ſigna toreuma-
ta emūt. Cōchea bacca maris:Margaritas maxime
ī dus oceanus fert ut pli.meminit Margaritas genus
cōchilii eſt. Boetiq; torreuma:Pli.li.xxxiiii.dicit ꝓ-
ximos a mēitore fuiſſe boetū Agragāta & Miē:quo-
rum oium extāt opa i iſula Rodiorum boetus apud
lyndiā Mineruā i tēplo agragas i tēplo liberi patris in
ipſa rhodo baccas:cētauroſq; celatos i ſcyphis. Hæc
pocula gratū alcōis:alcō Oui.meminit i met.nřum
argēteoꝝ q æneæ paterā celauerat:craterē æneæ quē
fabricauerat alcō Hileus & lōgo celauerat argumen
to. Illi falce deus coliť:ad priapū alludit de quo ſic ī
obſcœno carmine:nō me praxiteles ſcopas ne fecit:
Hic ſū phidiaca manu politus:ſed lignum rude uilli
cus dolaui:dixit mihi tu priapus eſto.Filius fuit Ve-
neris & dionyſii.Aegyptii āt dicunt de priapo ſcribē
tes Iſidē cū cæteris oſiridis corporis partes a titani-
bus dilaniari repiſſet ꝑter pudendā q̄ illi in flumē ie-
cerāt ꝑcepiſſe ſacerdotibus pro deo coli ea in templo
q̄ ſuſpēdi iuſſit:& ut Diodo.meminit nō mō i ciui-
tatū tēplis minime ſed in aggreſtibus locis uinearū:
& hortoꝝ cuſtos coli meruit fructuū fures falce ca-
ſtigans cui ſacra cū ludo fiunt.appellatur ēt Ithypha
lus & tiphō. Ille.c.l.il.p.thura:ꝑter arabiā nullis:ut
Pli.meminit ac ne arabie quidē uniuerſæ:ſed i ea tā-
tū regione q̄ Saba appellať:qđ ſignificare græci mi-
niſteriū uocāt i hac ē panchaia regiūcula q̄dā ſpectat
eni ſaba ortus ſolis æſtiui undiq; in uici paribus:& a
dextera maris ſcopulis icetta id ſolū e rubro lacteum
traditur Alexādro magno i pueritia ſiue pſimonia
thura aris ingerēti pædagogus Leonides dixerat: ut
illo mō cū deuiciſſet turiferas gentes ſacrificaret:at il
le arabia potitus thure onuſtam nauim miſſit ei:lar-
ge exhortatus ut deos adoraret. O pecus o panes &
c.iter oſſā & olympū nemoroſa planicies & cōualis
eſt in Theſſalia:tēpe uocātur mōtibus circundata olī
palus:ſed poſt ea quū Hercules fracto monte dedit
alueū nihil amœnius atq; delectabilius:ſecat.n. pla-
nitiē peneus flu.ſemper liqdus:cuius ripæ arboribus
inūbratæ ab ea ſimilitudine poetæ ut meminit Pro
bus loca oia amœna & delectabilia tempe appellaue
runt:peneus autem quinq; milia paſſuum longitu-

dine & ferme ſex latitudine ultra uiſum homines at
tollentibus ſe dextera leuaq; leuiter cõuexis iugis in/
ter ſua luce uiridante allabitur uiridis calculo amœ/
nus circa ripas gramine canorus auiũ cõcentæ. Solũ
nõ adeo ferax allicit atq; iucũdũ aſpectu ut uiſentes
ipſa amœnitas alliciat & iuitet. Fõtis amadria. drys
Pli. referente nõ quercus dicit̃: ſed robur: q̃ arbor eſt
& ſpecies quercuum: durior tamen. Hamadryades
nõ q̃rcuũ ſed roboꝝ deæ: & ſacerdotes gallici q̃ uati
cinabant̃ i roboribus druidæ appellati ſunt. Aemu/
lus aſcræo paſtor. ſ. q. poetæ. i. Heſiodo. q paſtor fuit
& pecudes pauit. Oui. prio de arte docet: Paſcenti pe
cudes uallibus aſera tuis. Radios hipionis: regina q̃
ẽt ob prudentiã & uirtutẽ magna mater appellata ẽ
titheæ & cæli filia ex fratre ſuo hiperiõe i uirum aſ/
ſumptũ lunam & ſolẽ genuit. Poetæ tantũ uſurpaue
re ut patris nomẽ pro filio poneret̃ i utrũq; oceanũ
indicum: qui ab oriente & athlanticum ab occiden/
te qui terras ab occidente contingit ut Mela ait. Flã
mas capaces: nam ſolidum eſt i medio curſus ſpacio
utrũq; complectitur oceanũ & ideo flãmas capaces.
Luco tuo delia diua: lucus erat ſub cytherone mon
te in quo erat garaphius fas ea qua ſunt theſſalica tẽ/
pe: ubi ſe cũ nymphis diana lauabat: ſed cũ Actheon
uoluiſſet uidere quid eſſet in ſonte: uidit Dianã nu/
dã. ideo ab eadẽ Actheon ẽ mutatus in ceruum: & ſu
is canibus dilaniatus atq; laceratus ẽ Oui. in ibidem:
Quiq; uerecundæ ſpeculantẽ labra dianæ: idẽ de põ
to in quinto Inſcius actheon uidit ſine ueſte dianam
Præda fuit canibus nõ minus iſte ſuis idem etiam in
opere met. Diana delia dicta a delo inſula: in qua na/
Rapto:capillo Niſi patris. Qui bonus:poeta excuſat puellam:quod quiſq; iudex optimus exiſtimaret puellam non rapuiſſe crinem paternum dedita opera:ſed potius ex ignorantia & caſu quodam. Celeres:aues ueloces. Humãi: quia ex humano corpore factæ ſunt aues. Dauliades:progne & philomella q̃ fuerunt de dauiia oppido thraciæ cariſſima ſcylla:cognatos quia niſus pater ſcylæ frater erat philomellæ & prognes ex pandione parẽte rege athenarum. Cyris.i.ſcylla q̃ cyris ẽt đnomiata ẽ qa capillũ pr̃is ſecuit Cyris.n.græcæ etiam tondeo ſignificat.Itaq; uana ab auctoribus denominatio ipſius declarat̃. Peruertite:ite ante omnes nubes. Chalcheius:chalcis op

pidum:est locrorum & in euboea est:sed non propte
rea nisus megarensium rex chalcheius nominatus ē:
sed potius ab aureo capillo: nam chalcos æs & me-
tallum significat. Iamq; adeo:describit tempus quo
Scylla rapuit crinen Niso parenti:nā ī cassum. Pri
mis pedibus:idest punctis pedum ut ita dicam. Fur
ta:rapiendo crinen. Altum: alte. Mundi: quieti &
sereni. Charme:puella filia cuiusdam ogygii.i.the-
bani. Phœnicis:hic est nomen propriū cuiusdam ce
serani. Charme:nutrix ipsius scyllæ. Alūna:uerba
charmes ad scyllā eius alūnā. Pote:potens. Quod:
idest sed. Ramnusia:dea īdignationis dicitur:& ne-
mesis a quibusdam nominatur rhamnusia a rhami
op.de quo Luca.in euboia denominata est: in qua ēt
ciuitate fortuna colebatur Luca.Et timidis īfesta co-
lit qua numina rhamnis:& Oui.Exiget ad diras ul-
trix rhānisia pœnas.proprie enim ait contra siphos
eius deæ ut Pli.ait in capitolio simulachrum erat: &
neque ipsius latinum nomen habetur.Itaq; male q-
dam pro fortuna interp̄tantur. Pocula: nec uenisti
ad bibendum nec comedendum. Flumina cursus:
talis sensus est in bucoli. Et mutata suos requierunt
flumina cursus. Myrrha:cynare cypriorum regis fi
lia q̃ parentis concubitum affectauit:ex quo Adonis
natus tradit̃: Adrastea ipsa Rhamnusia uel Nemesis
dicta quia circa circum Adrastus rex illi templū con
didisse ꝓditur.Amatuntia appellat̃ ab amatūte in-
sula in mari ægæo:q̃ ueneris sacra fuit.Facit ergo de
riuatiuū amatū amatuntius aum: amatūteus aum.

Amatuntia scylla:tā rudis es o Scylla quod unico si
gno possum cognoscere furores tuos ergo nō est qđ
te iactes idest mihi aliquid dicas de amore tuo. Di-
ctynna:diana a cretē denominata ē quia uirgo quæ
dam cretē:suam uirginitatē Dianæ dicans:a Minoe
cum opprimeretur:& fugæ uia nulla daretur:in ma
re se precipitem dedit postea eius cadauer rhete cō-
pertum fuit:quod græce dyction dicit̃:sed cū patria
peste laboraret:responsū habuerunt a Diana ædem
consecrarent.quod ipsi facientes Dianam ipsam di-
ctynnam uocauere unde Tibullus Perq; suas impu-
ne sinit Dictynna sagittas. Scoria:scoriam metallo
rum squammā & purgationem denominant. Sco
ria.i.cura & ingenti passione. Marmoreum:album.
Illa autem responsio Scyllæ. Consueto: quo morta
les uti solēt:sed potius de uino. Cordi:non sum ca-
pta amore paterno. Heu heu: quoniā amor meus
est in mediis hostibus. Nō dicere nō sinit: omnia p
mittit dicere & aperire tibi. Pater deū:Iuppiter do-
nauit scæptri honore:quia fecit ipsum regem. Hau
stum:potum a me quia gustaui & bibi lac tuū. Inci
sa:remota.q.d.si nulla habetur spes. Pepissem lethe
um:mortua essem. Turpauit crinē: audita oratiōe
scyllæ illico charme crines terra maculauit. Seruiti
um tuū:o mīos.Quæ supple dat̃ senioribus. Quid
ego:supple dico hæc oīa. Britomartis:uirgo illa di-
cta fuit quam Minos:ut uirginitate spoliaret perse-
quebatur.Naupacto.Liuius ciuittatem ætholiæ fu-
isse ostendit in bello macedonico ubi meleager uer-
sabatur sagittis inuenatibus utēs. Cornu:ergo nau
pacto.i.arcu quali naupactoi utebantur. Dictæus:
a dictæ nympha uel a dicte mōte cræteo. Obnixe:

Et ualidas docuit uictas mansuescere tigres:
Ille etiam diuos homines:sed dicere magnū ē
Idem cum superis acuebat paruulus iras
Iunonis magnæ:cuius periura puellæ:
Olim se meminere diu periura puellæ:
Nonnulli liceat:uiolauerit inscia sedem
Dum sacris operata deæ lasciuit:& extra
Procedit longe matrum comitūq; caterua
Suspensam gaudens in corpore ludere uestē.
Et tumidos agitante sinus aquilone relaxans:
Nec dū etiam castos agitauerat ignis honores
Nec dum solēni lympha perfusa sacerdos
Pallantis foliis caput exornarat oliuæ
Cum lapse e manibus fugit pila:cunq; relaxæ
Procurrit uirgo quo uti ne prodita ludo
Aurea iam gracili soluisset corpore palla:
Omnia quæ retīere gradū cursumq; marari
Possent:o tecum uellem tua semper haberes
Nonnunquam uiolata manu sacraria diuæ
Iurando infœlix nequicquam iura piasses:
Et siquis nocuisse tibi periuria credat
Causa pia est: timuit fratri te ostendere iuno.
At leuis ille deus cui semper adolescentum
Quæritur ex omni uerborum iniuria dicto
Aurea fulgenti deproment tela pharetra
Heu nimium teriti:nimium tirynthia iussu
Virginis interea defixerat omnia mente:
Quæ simulat uenis hausit sitiētibus ignem:
Et ualidum penitus concepit in ossa furorem:
Sæua uelut gelidi sindonū bistonis honores
Icta ue barbarico cybeles antistia buxo:
Infœlix uirgo tota bacchatur in urbe
Non storace ideo flagrantes picta capillos
Cognita non teneris pedibus:sic omnia seruās
Non niueo retinens bacchata monilia collo
Multum illi incerto trepidant uestigia cursu:
Sæpe redit patrios ascendere prodita muros:
Aereasq; facit causam se uisere turres:
Sæpe etiam tristes uoluēs in nocte querelas
Sedibus ex altis cæli speculatur amorem.
Castraq; prospectat crebris lucētia flammis:
Nulla colum nouit carum nec respicit aurū:
Non arguta sonant:tenui psalteria chorda.
Non libyco molles pladuntur plectine telæ.
Nullus ī ore rubor:ubi enī rubor obstat amo-
Atq; ubi nulla malis r̄pperit solatia tātis -ri:

Turbidamq; uidet labi per uiscera mortem:
Quo uocat ire dolor:subiũgũt quo tẽdeŕ fata
Fertur:& horribili preceps impellitur ostro
Vt patris ah demens crinem de uertice seruet
Furtim:atq; arguto detonsum mitteret hosti.
Nanq; hæc conditio nisi rapto opponiť una
Siue illa ignorans quis nõ bonus omnia malit
Credere:quam tanto scelere damnare puellã
Heu tamẽ infœlix qđ eni ĩprudẽtia prodest:
Nise pater cum quo direpta crudeliter urbe
Vixerat una super sedes in turribus altis
Fessus ubi extructo possis conscendere nido.
Tu quoq; auis moriere:dabit tibi filia pœnas.
Gaudete o celleres subnixe nubibus altis:
Quæ mare quæ uirides siluas lucosq; sonãtes
Incolitis:gaudete uagæ blandæq; uolucres
Vtq; adeo humani mutatæ corporis artus
Vixo crudelis fatorum lege puellæ
Dauliades crudele uenit carissima uobis
Cognatos angens reges numerumq; suorum
Ciris & ipse pater uos o pulcherrima quondã
Corpora cæruleas pæruertite ĩ æthera nubes:
Qua nouus ad superũ sedes calcheius:& qua
Candida concessos ascendat ciris honores.
Iamq; adeo dulci deuictus lumina somno
Nisus erat:uigilu mq; procul custodia primis
Excubias foribus studio iactabat inani:
Cum furtim tacito descendens scylla cubili
Auribus arreptis nocturna silentia tentat:
Et primũ tenuem singultibus aerea captat.
Tum suspensa leuanas digitis uestigia primis
Egreditur:ferroq; manus armata bidenti
Euolat:at demptæ subita in formidine uires
Cæruleas sua furta prius testatur ad umbras:
Nam qua se ad patrium tendebat semita limẽ
Vestibulo in thalami paulũ remorať:& altũ
Supispicit ad cæli natantia sydera mundi:
Non accepta piis promittens munera diuis:
Quam simul orygii phœnicis filia charmæ
Surgere sensit anus:sonitum nam fecerat illi
Marmoreo æratus stridens in limine cardo:
Corripit extemplo fessam languore puellam:
Et simul o nobis sacrum caput inquit alumna
Non tibi nequicquã uiridis per uiscera pallor
Aegroto tenui suffudit sanguine uenas. ‹git
Nec leuis hoc faceret:neq; eni pote cura sube‹

certatim & magno conatu. Phoræ: a loco idest uir‹ginis phoreæ.alii poẽte. Tuo nomine:tua cã. Hyrcanos:hyrchania armenũ silua ĩ qua serpẽtes abun‹dant.Vnde comites hyrcanos.i.sæuos. Negaui:mori ꝓ te q̃uis naturæ cursus prope esset. Contus:ciui. ciciliæ croci abũdãtissima & quidẽ suauis. Flamea: uela tenuissima qbus uirgines spõsæ quũ ad maritũ ducebãť utereť tegendi pudori gratia.Vnde Cludianus flãmea sollicitũ p̃uellatura pudorẽ. Lege: fatali scilicet. Ilythiæ:Ilythia Diana est appellata qa dea siluaꝶ est.Illi.n.silua est & thea dea:unde Ilythea silua‹rũ dea. Molli:lacsciua. Poteris:põt fieri.Quid.n.q.d.oĩa poteris apud parẽtem tuum cũ sis unica. Re‹ferto:narrabis patri. Futuros:habebis & me & de‹os hominesq; fauentes. Virginis:Scyllæ. Bibulum: qa himen bibit oleum idest ardendo consumit. Oetha:mons inter macedoniam & thessaliã:a quo pri‹mus solis ortus græcis apparet. Optant:fugiunt.qa puellæ fugiũt:& cupiũt uideri:ut ĩ buco.Et fugit ad salices & se cupit ante uideri. Patriæ aurẽ: cohorta‹buntur patrem ad pacem cum Minoe. Inepto: uel uirgineo:quia uirgines nesciũt loqui:uel inepto propter furorem.ut Virgi.Incipit affari mediaq; in uoce resistit. Mendacia:oĩa dicebant & simulabant patri ut fieret pax. Vates:scylla corrupit uates ut dicerent faciendam pacem cum Minoe. Extis:aĩalium. Ancipites:dubias. Ter nouena.xxvii.fila ut ĩ buco. Ter litia. Generata:scylla filia. Idæis:troianis faciebant enim sacra ioui nunq̃ cognita troianis & græcis. Talum:herbam uerbenam. Amicleo:idest sparthano. amyclæ enim est ciuitas sparthæ. Iolchiacis: quali‹bus usa est Medea in iolcho quæ est ciuitas thessaliæ ubi regnum erat Pelíæ & Aesonis patris ipsius Iaso‹nis:qui ad iuuentam euocatus fuit auxilio Medeæ erant præterea ueneficæ multæ in Thessalia:& her‹bæ ueneficiis:aptissimæ. Stabulis: idest ab aula sua nam stabulum apud antiquos erat prior & prestan‹tior pars domus. Tondere:secare. Reuehi:reduci.

Coma:capillus aureus. Ostro sydonio.i.purpureo nam sydon ciuitas ubi nascitur murex:ex cuius sanguine tingitur ostrum. Glauco:uiridi. Matre:ino.

Palæmõ:Learcus nota est fabula apud Ouidium in fastis. Chara iouis soboles:de Polluce & Castore ĩtelligit. Has adeo uoces: concludit quẽadmodum ip‹sa Scylla conquesta fuerat & de Minoe.quod nõ merita secundum spẽ suã fuisset cõsecuta. Lumĩa:ocu‹los. Arcebant:cõstat.n.posteaq̃ parẽt Scylla prodi‹dit.& ad Minoẽ uenit spas cõnubio ipsius iũgi ad ꝓram nauis suspendi iussa.Quæq; ĩ testibus illis: eadẽ uerba ferme sunt ĩ buco. Mantina.i.thracia: nã mãtinæ populi thraciæ sunt:quibus imperauit There‹us Prognes maritus. Cognato sanguine:quia sum filia Nisi fratris philomelæ & prognes q̃ fuit uxor terei. Pollẽtis:splendẽtis ĩpio. Vincta:ligata ad pro‹ram nauis. Verum est: o Minos qđ prodidi patriam qđ sum digna tali supplicio. Quoꝶ direptis.q.d.ego existimaui eos ulturos ĩiuriã a me patriæ illa‹tã. Ipsi:megarẽses. Nõ te:cui seruiui. Flãmã:quia feci ĩcẽdi oĩa templa pp te.plus amaui te q̃ patrẽ & regnũ paternũ. Abstulit me:hæc eadẽ uerba sunt in buco. Delitiis:non sum capta diuitiis tuis:nec cora

ſio nec electro. Lachrymoſo:quia ex lachrymis ar-
boris populi defluit. Incenſam:inflammatam nul-
lum habui reſpectum deorum dũmodo te amarẽ.
Pronuba:quia faces pineæ fieri ſolẽt quæ accendũ-
tur in nuptiis. Lybis:eburneus quia in lybia ſunt ele
phanthes ex quibus ẽ ebur. Menalias:arcadias. Ca
ptiui:omnes captiui in bello mactabantur. Mar-
morea:alba. Adductis:curuatis. Claſſis:minois:de
cribit r̃ceſſũ minois a megara. Solo:mari. Iſthmos:
ſtrictura illa terræ appellat̃ iter Ionium & aegeũ ma
re Luca. Qualiter undas Qui ſecat & geminũ medi-
us mare ſepat iſthmos:Nec patitur conferre fretum
ſi terrã recedat Ionium ægeo franget mare. Cyſſeli
dæ:a Ciſello iſionis & Iade filio dicti ſunt corynthii:
Et enim fuerat oraculum primum corynthiorum
tyrannum fuiſſe:cui ſucceſſit Periander filius:& no-
men habuit a menſuræ frumentariæ genere quod
Cyſſellam nominant quippe eum querentibus co-
rynthiis interficere in menſura frumentaria mater
proditur cõdidiſſe. Scyronis:ſyron in megaræ mõ
tibus habitaſſe traditur:atq; appellantes hoſpites in
terficere ſolitum & prædari:inde ſcyronia ſaxa deno
minata ſunt. Speleũ:cepulã ſignificat: ſed portus ẽ
ſub ſaxis ſcyroniis infauſtus olim Minoi:& inde ru-
pes Minoia uocitata. Pyrrea: Pyrreum locum forũ
athenienſem ſignificat pariter & portum eiuſdem
nominis fuiſſe tradunt. Cycladem : in mari ægeo.
Strophadeæ:ſimiliter inſulæ ſunt appellatæ a con-
uerſione:quam fecerunt Zœtus & Calais Beroe &
orythiæ filii d̃pulſis hyrpiis a menſis pinei:& plotæ
antea dicebãtur. Hermiona:ciuitas eſt in cõſpectu
maris ægei. Delos:notiſſima inſula origine phœbi
& Dianæ. Cynthus:ciuitas. Pharos & doniſſam:ĩ-
ſulæ cycladum clariſſimæ marmoribus. Aeginam
ſeryphum.etiam clariſſimas inſulas non magnitudi
ne:ſed quod ad eas conſueuit damnatus aliquis di-
mitti:Egonia uero in peloponneſo eſt ubi eadem eſt
hermione & dicta eſt teſte Oui.a matre Aeaci. ait.n.
Aeacus æginam genitricis nomine dixit eſt enim in
epidauri cõſpectu. Conuixit nep. Amphitrite uxor
Neptuuni uerum ponitur pro omni mari quod cir
cuit terram ideſt oceano. Aliis aeris:quia conuerſa
eſt in auem. Anſer cygno qui habuit rem cum læ-
da:ſed inde iuppiter erat. Honos : reuerẽtia oris &
formæ ſuorum quia poſt illa tempora nunquam pe
tiit oras megarenſes. Exigit:p̃terit ætatem ſuam ĩ
ſcopulis & rupibus. Halyetos:de genere aquilarũ:q̃
talem habent naturam:ut non proprio generis ſui
concubitu naſcantur : ſed ex diuerſis aquilis fœtus:
quos noſcunt genoroſos cogendo eos intueri ĩ dies
ſolares paſcunt. Infeſti:quia Pater Niſus eſt inimi-
cus huic aui. Atrox:pater Niſus.

Haud fallor quod te potius rhamũſia fallor.
Nam qua te cauſa nec dulcis pocula bacchi:
Nec grauidos cereris dicam cõtingere fœtus?
Quæ cauſa ad patriũ ſolam uigilare cubile.
Tempore quo feſſas mortalia pectora curas:
Quo rapidos etiã requieſcunt flumia curſus.
Dic age nunc miſeræ ſaltẽ quod ſæpe petẽti
Iurabas nihil eſſe mihi cum mœſta parentis
Formoſos circum uirgo morerere capillo?
Hei mihi ne furor ille tuos inuaſerit artus
Ille arabis myrrhæ quondã qui cœpit ocellos
Vt ſcelere infando quod nec ſinit ad aſtra
Lædere utrunq; uno ſtudeas errore parentẽ
Quod ſi alio quouis animo iactaris amore:
Nam te iactari non eſt amatuntia noſtri
Tam rudis ut nullo poſſim cognoſcere ſigno.
Sin confeſſus amor noto te macerat igne:
Per tibi dyctinnæ præſentia numina iuro
Prima deum quæ dulce mihi donat alumnã
Omnia quæ potius digna atq; indigna laturã
Milia uiſuram quam te tam triſtibus iſtis
Sordibus & ſcoria patiar tabeſcere tali.
Hæc loquitur:molliq; ut ſe uellauit amictu.
Frigidulam iniecta circundat ueſte puellam:
Quæ prius ut tenui ſteterat ſucincta corona
Dulcia dein genis rorantibus oſcula figens
Perſequitur miſeræ cauſas exquirere tales.
Nec tamẽ ante ullas patit̃ ſibi reddere uoces.
Marmoreum tremebunda pedẽ q̃ retulit ĩtra.
Illa autẽ quod nũc me ĩquit nutricula torques
Quid tantũ propas noſtros nouiſſe furores?
Non ego conſueto mortalibus uror amore
Nec mihi notorũ deflectunt lumina uultus.
Nec genitor cordi eſt ultro:nãq; odimus oẽs.
Nil amat hic animus nutrix qđ oportet amari
In quo falſa tamen lateat pietatis imago
Sed media ex acie mediis ex hoſtib9 eheu-ore
Quid dicã:quo ue ipſa malũ hoc exordiat
Dicã equidẽ:quoniã qd nõ tibi dicere nutrix
Nõ ſinis? extremũ hoc munus moriẽtis hẽto.
Ille uides nr̃is qui mœnibus aſſidet hoſtis:
Quẽ pater ipſe deũ ſcæptris donauit honore
Cui parcæ & tribuũt nullo qđ uulnere lædi.
Dicendũ fruſtra circunuehor omnia uerbis.
Ille mea ille idem oppugnat præcordia mios
Quod te p diuum crebros obteſtor amores

Perqꝫ tuum memoris haustũ mihi pectus alũnæ
Vt me si uersare potes: nec perdere malis.
Sin autem optatæ spes est incisa salutis:
Nec mihi quam merui inuideas nutricula mortẽ
Nam si te nobis malus o malus optima charme
Ante hunc conspectũ casus ue deus ne tulisset:
Aut ferro hoc aperit ferrum quod ueste latebat:
Purpureum patris dempsissem uertice crinem:
Aut mihi præsenti peperissem uulnere lætum.
Vix hæc ediderat: cum clade exterrita tristis
Intonsos multo deturpat uulnere crines:
Et grauiter quæstu charme complorat anili:
O mihi nunc iterum crudelis reddite minos.
O iterum nostræ minos inimice senectæ
Semper & aut olim nata o te propter eundem
Aut amor insanæ luctum portauit alumnæ:
Te ne ego tam longe capta: atqꝫ euecta nequiui
Tam graue seruitium: tam duros passa labores
Effugere? obsistam exitium crudele meorum
Iam iam nec nobis ea quæ senioribus ullum
Viuendi copiam uiuit genus: aut quid ego amens
Te erepto brito marte est spes uana sepulchri
Te brito marte diem potui producere uitæ.
Atqꝫ utinam cereri: nec tantum grata dianæ
Venatus esses uirgo sectata uirorum.
Gnosia neu pacto contendens spicula cornu
Dictæas ageres ad gramina nota capellas
Nunquã tam obnixæ fugeres omninos amores.
Præceps aeries specula de montibus isses:
Vnde alii fustisse ferunt: & numina phocæ
Virginis assignat: alii quo notior esses:
Dictynnam dixere tuo de nomine lunam.
Sint hæc uera uelim: mihi certe nata perisses.
Nunquã ego te summo uolitãtẽ in uertice montis
Hircanos inter comites agmenqꝫ ferarum
Conspiciam: nec te redeuntẽ amplexa tenebo.
Verum hæc tum nobis grauia: atqꝫ ĩdigna fuere:
Tum mea alumna tui cum spes integra maneret.
Et uox ista meas nondum uiolauerat aures.
Te ne etiam fortuna mihi crudelis ademit?
Te ne o sola meæ uiuendi causa senectæ
Sæpe tuo dulci ne quicquam capta sopore
Cum premeret natura: mori me uelle negaui.
Vt tibi coritio glomerarem flamera luto
Quo nũc me infœlix: aut quæ me numina seruãt
Aut nescis qua lege patris de uertice canos
Edita candentes prætexerat purpura crines:
Quæ tenuis patrio pressit suspensa capillo:
Si nescis aliquam possum sperare salutem.
Inscia quando qdem scelus es conata nefandum
Sin est: quod metuo: per me mea alũna tuumqꝫ
Expertum multis miseræ mihi rebus amorem
Perdere sæua precor per flumina sacra ilythiæ
Ne tantum in facinus tam molli mẽte sequaris
Non ego te incœpro fieri quod non pote conor
Flectere: amor: neqꝫ sit cũ diis cõtendere nostrum
Sed patrios incolumi potius te nubere regno.
Atqꝫ aliquos tamẽ esse uelis tibi alũna pennates:
Hoc unum exitio docta atqꝫ experta monebo.
Quod si non alia poteris ratione parentem
Flectere: sed poteris: qd enim non uinca possis?

Tunc potius tamen ipsa pio cum iure licebit
Cum facti causam tempusqꝫ doloris habebis.
Tunc potius conata tuo: atqꝫ incerta referto
Meqꝫ deosqꝫ tibi comites mea alumna futuros
Polliceor: nihil est quod texat in ordine longum
Hic ubi sollicitus animi reuelauerit æstus
Vocibus & blanda pectus spe uiserat ægrum
Paulatim tremebunda genis obducere uestem
Virginis: & placidam tenebris captare qetem
Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo.
Incipit ad crebros insani pectoris ictus
Ferre manu assiduis mulcẽt ꝓcordia palmis
Noctẽ illã sic mœsta super morientis alumnæ
Frigidulos cubito subnixa pepẽdit ocellos.
Postera lux: ubi læta diem mortalibus almum
Et gelido ueniente mane quatiebat ab oeta.
Quem pauidæ alternis fugitat optãtqꝫ puellæ
Hesperium uitant: optant ardescere solem
Præceptis paret uirgo butricis: & omnes
Vndiqꝫ conquirit nubendi sedula causas.
Tentantur patriæ summissis uocibus aures:
Laudanturqꝫ bonæ pacis bona: multus inepto
Virginis insolitæ sermo nouus erat in ore
Nunc tremere instantis belli certamina dicit.
Communẽqꝫ timere deum nunc regis amicis.
Namqꝫ ipso uetita est orbari mœsta parente
Cũ ioue cõmunes q quondam habuere nepotes
Nunc etiam confecta dolo mendacia turpi
Inuenit: & diuum teret formidine ciues.
Nunc alia ex aliis nec desunt oĩa quærunt.
Quin etiam castos ausa est corrũpere uates:
Et cum cæsa pio cecidisset uictima ferro:
Vt sint qui generum minoia auctoribus extis
Iungere: & ancipites suaderent tollere pugnas:
At nutrix patula componens sulphura testa
Narcissum casiamqꝫ herbas incendit olentes:
Terqꝫ nouena ligat triplici diuersa colore
Fila: ter ĩ gremium circum inqt despue uirgo
Despue ter uirgo: numero deus impare gaudet
Hinc magno generata ioui frigidula sacra
Sacra nec idæis auibus: nec cognita graiis
Pergit amyclæo spargens altaria thallo
Regis iolchiacis animum defigere uotis:
Verum ubi nulla mouet stabilẽ fallacia nisum:
Nec possunt homines: nec possũt flectere diui:
Tanta est in paruo fiducia crine cauendi:
Rursus ad inceptũ sociam ne adiungit alumnæ
Purpureũqꝫ parat rursus tondere capillum:
Cum longo quod captat succurrere amori
Non minus illa tamen reuehi qđ mœnia crescant
Gaudeat: & cineri patriæ ẽ iucunda sepulchro
Ergo metu capiti sylla est inimica paterno.
Tum coma sidonio florens succiditur ostro.
Tum capitur megara: & diuum respõsa ꝓbantur
Tunc suspensa nouo ritu de nauibus altis
Per mare cæruleum trahitur niseia uirgo:
Cum plures illam nymphæ mirantur in undis:
Miratur pater oceanus: & candida tethis.
Et cupidas secum rapiens galathea sorores.
Illa etiam iunctis magnumqꝫ piscibus æquor

Et glauco bipedum curru metitur æquorum
Leucothoe:paruusq; dea cum matre palæmon
Illi etiam æternas sortiti uiuere luces.
Cara iouis soboles: magnum iouis incrementum
Tyndaridæ niueos mirantur uirginis artus.
Has adeo uoces:atq; hæc lamenta per auras
Fluctibus in mediis questu uoluebat inani
Ad cælum infœlix ardentia lumin atollens.
Lumina:nam teneras arcebant uincula palmas:
Supprimite:o paulum turbata o flamma uenti
Dum queror: & diuos:quãquam nil testibus illis
Profeci:extrema moriens tamen alloquor hora.
Vos ego:uos adeo uenti testabor:& auræ
Vos o matina si qui de gente uenitis:
Cernitis illa ego sum cognato sanguine uobis
Sylla quod o salua liceat tibi decere progne:
Illa ego sum nisi pollentis filia quondam:
Certatim ex omni petiit quam græcia regno:
Qua curuus terras amplectitur hellespontus.
Illa ego sum minos sacrato fœdere coniunx
Dicta tibi.tamen hæc:& si non accipis audis
Vincta me tam magni tranabo gurgitis undas?
Vincta tot assiduas pendebo ex ordine luces?
Nõ equidem me alio possum cõtendere dignam
Supplicio:q̃q̃ patriam carosq; penates
Hostibus immittiq; addixi ignara tiranno.
Verum est hæc minos illos scelerata putaui:
Si nostra ante aliquis nudasset fœdera casus:
Facturos quorum direptis mœnibus urbis.
O ego crudelis flammam delubra petiui.
Te uero uictore prius uel sydera cursus
Mutatura suos q̃ te mihi talia captæ
Facturum metui:iam iam scelus omnia uincit
Ten ego plus pario dilexi perdita regno:
Ten ego nec mirum uultu decepta puella
Vt uidi:ut perii:ut me manus abstulit error.
Non equidem ex isto speraui corpore posse
Tale malum nasci:forma uel sydera fallor.
Non me delitiis commouit regia diues
Coralio fragili:& lachrymoso mouit electro:
Me non florentes æquali corpore nymphæ.
Non metus incensam potuit retinere deorum
Omnia uincit amor:qd enim non uinceret ille?
Non mihi iam pingui sudabũt tẽpora myrtha:
Pronuba nec castos accendet pinus odores.
Non lybis assiro sternetur lectulus ostro.
Magna queror:nec ut illa qdem communis alũna
Omnibus iniecta tellus tumulabit harena
Me ne inter comites:ancillarumq; cateruas
Mænalias inter famularum munere fungi
Coniugis atq; tuæ quæcunq; erit illa beata
Non licuit grauidos penso deuoluere fusos.
At belli saltem captiuam lege necasses
Iam fessæ tandem fugiunt de corpore uires:
Et caput inflexa lentum ceruice recumbit.
Marmorea adductis labascunt brachia nodis.
Aequore pestes immania corpora ponti
Vndiq; conueniunt:& glauco in gurgite circum
Verbera caudarum atq; oris minantur hiatu:
Iam tandem casus hominum: iam respice minos.
Sit satis hoc:tantum solam uidisse malorum

Vel fato fuerit nobis hæc debita pestis.
Vel casu incepto merita uel deniq; culpa.
Omnia nam potius q̃ te lesisse putabo.
Labitur interea reuoluta ab littore classes.
Magna repentino sinuantur littora coro.
Flectitur in uiridi remus sale languida fessæ
Virginis in cursu moritur querimonia longo
Deserit augustis inclusum faucibus isthmon
Cypselidæ magni florentia regni corinthi.
Præterit abruptas chironis protinus arces:
Infestumq; suis diræ testudinis exit.
Spelæum multoq; cruentas hospite cautes.
Iamq; adeo tutum longe piræea cernit.
Et notas secum heu frustra respectat athenas:
Iam procul e fluctu minoia respicite:arua:
Florentesq; uidet iam cycladas:hinc strophadasq;
Hinc sinus:hinc statio:contra pater hermiona.
Linquitur ante alias longe gratissima delos
Nereidum matri:& neptunno ægæo.
Prospicit incinctam spumanti littore chintum:
Marmoreãq; pharõ: uiridẽq; ad lapsa donysan
Aeginamq; simul:se mentiferamq; seriphum
Fertur:& incertis iactatur ad omnia uentis
Cymba uelut magnas sequtur cũ paruula classes:
Afer & hyberno bacchatur in æquore turbo.
Donec tale decus formæ uexauerit ægram.
Non tulit:ac misero mutauit uirginis artus
Cœruleo pollens coniunx neptunnia regno:
Sed tamen externam squãmis uestire puellam
Infidosq; inter teneram committere pisces
Non statuit:nimium est auidũ pecus amphitrites.
Aeriis potius sublimem sustulit alis
Esset ut in terris facti de nomine ciris.
Ciris amycleo formosior ansere ledæ
Hic uelut in niueo teneræ cum protinus ouo
Effigies animantur & internodia membris
Imperfecta nouo fluitant concreta colore.
Sic liquido scyllæ circũfusum æquore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndiq; mutabant:atque undiq; mutabatur
Oris honos primum multis optata labella.
Et patulæ frontis species concrescere in unum
Cœpere:& gracili mentum producere rostro.
Tum qua se medium capitis discrimen agebat
Ecce repente uelut patrios imitatur honores
Purpuream concussit apex in uertice cristam:
At membris uarios intexens pluma colores
Mansurum uolucri uestiuit tegmine corpus:
Lentaq; perpetuas fuderunt brachia pennas.
Inde alias partes:nimioq; infecta rubenti
Crura:nouamq; aciem obduxit squallida pellis.
Et pedibus teneris ongues confixit acutos.
Et tamẽ hoc demũ miseræ succurrere pacto
Vix fuerat placida neptunni coniuge dignum
Nunquam illam posthac oculi uidere suorum
Purpureas saluo retinentem uertice uitas.
Non thalamus tyrio fragrans accepit amomo
Nullæ illam sedes:quid enim iã sedibus illis.
Quæ simul ut sese cano de gurgite uelox
Cum sonitu ad cælum stridentibus extulit alis
Et multum late dispersit in æquore rorem

Infœlix uirgo nequicquam morte recepta
Incultum solis in rupibus exigit æuum:
Rupibus & scopulis & littoribus desertis.
Nec tamen hoc iterum pœna sine: nãq; deum rex
Omnia q imperio terrarum milia uersat
Commotus talem ad superos uolitare puellam:
Cum pater extinctus cæca sub nocte lateret:
Illi pro pietate sua: nam sæpe uidemus
Sanguine taurorum supplex resperserat auras
Sæpe deum largo decorarat munere sedes
Reddidit optatam mutato corpore uitam.
Fecit & in terris halyethos ales ut esset.
Quippe. aqlis semp gaudet deus ille coruscus:
Huic uero miseræ quoniam iam nata deorum
Iudicio natiq;: & coniugis ante fuisset.
Infesti apposuitq; odium crudele parentis.
Iamq; utinã æthereo signorum munere præstans
Vnum quem duplici stellatum sydere uidi
Scorpius alternis clarium fugiant orionem:
Sic inter sese tristis halyethus in iras
Et ciris memori seruant ad sæcula fato
Quacunq; illa leuẽ fugiens secat æthera pennis
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequtur nisius: qua se fert nisius ad auras:
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.

Publii Virgilii Maronis catalecton.
Priapus loquitur.



Ere rosa: autũno pomis æstate frequentor
Spicis: una mihi est horrida pestis hyems
Nam frigens metuo: & uereor ne ligneus ignem
Hic deus ignarus præbear agricolis.
Ego hæc ego arte hac fabricata rustica.
Ergo arida uiator ecce populus
Agellum hunc sinistra tute quem uides
Heriq; uillam hortulumq; pauperis
Tueor: malasq; furis arceo manus.
Mihi corol a picta uere ponitur:
Mihi rubens arista sole feruido:
Mihi uirenta dulcis uua pampino:
Mihi glauca oliua duro cocta frigore
Meis capellæ delicata pascuis
In urbem adulta lacte portant ubera:
Meisq; pinguis agnus ex ouilibus
Grauem domum
Teneraq; matre mugiente uacula
Deum profundit ante templa sanguinem
Proin uiator hunc deum uerberis:
Manumq; sursum habebis. hoc tibi expedit:
Parata nanq; crux est arte mentula.
Velim pol iniquis: ac pol ecce uillicus
Venit ualenti cui reuulsa brachio
Fuit ista mentula apta claua dextræ
Hunc: iuuenes locum uillulamq; plaustrem
Tectam iuimine iunceo carisq; maniplis
Quercus arida rustica formata securi
Nutrior magis & magis ut beata quot annis
Huius nam domini colunt mediumq; salutant
Pauperis tugurii pater filiusq;
Alter assidua colens diligentia ut herba
Aspera si dumosa meoq; remota sacello:
Alter parua ferens semper munera larga
Florido mihi posuit pietas uere corollas
Primitiis & tenera uirens spica mollis arista.
Luteæ uiolæ mihi: lacteumq; pauper.
Pallentesq; cucurbitæ: & suaue olentia mala
Vua pampinea rubens educata sub umbra
Sanguines etiam mihi: sed tacebimus arma
Barbatus linit hirculus cornipedesq; capellæ
Pro qs omnia honoribus hoc necesse priape
Præstare & domini hortulum uineamq; tueri
Quare hic o pueri mala abstinete rapina
Vicinus prope diues est negligensq; priapus
Inde sumite semitam hæc deide uos feret ipsa
De qua sæpe tibi uenit: sed sæpe uidere
Non licet occulitur lumine clausa uiri
De qua sæpe tibi non uenit adhuc mihi nan
Si occulitur longe est tangere quod nequeas
Venit aut ibi sed iam mihi nuncius iste
Quid prodest illi dicere quæ rediit
Hormethiorum amator iste uerborum
Iste iste rhetor namq; quatenus totus
Thucydides tyrannus atticæ febris
Thau gallicum iminet ipsimet male illisit
Ista omnia uerba ista miscuit fratri
Aspice quem uideo subnixum gloria regno
Altius & cæli sedibus extulerat
Terrarũ hic bello magnũ cõcusserat orbem
Hic reges asiæ fregerat hic populos
Hic graue seruitium tibi iam tibi roma minatur
Cætera namq; uiri cuspide conciderant
Cum subito in medio rerum certamine pceps
Corruit & patria pulsus in exilium
Tale deum numen tali mortalia nutu
Fallax momento temporis hora dedit
Quocunq; ire ferunt uarie nos tempora uitæ
Pangere qua terras quosq; uidere homines
Dispeream si te fuerit mihi carior alter
Alter enim quis te dulcior esse potest
Conuẽit ante alios diui diuumq; furores
Cuncta neq; indigna multa dedere bona
Cuncta qbus gaudet phœbus deus ipseq; phœbo
Doctior o quis te musa fuisse potest
O quis te in terris loqtur iucundor uno
Clio nam certe candida non loquitur
Quare illud satis est si te permittis amari
Nam contra ut sit amor mutuus inde mihi
Ite hinc manes rhetorum manipli
Inflat roso non achaico uerba
Et uos seliquit arquitiq; uarroq;
Shcolasticorum uario madens pingui
Ite hinc inani cybalon iuuentutis
Tuq; o mearum cura sexte curarum
Vale sabine iam ualete formosi
Nos ad beatos uela immittimus porrus
Magni petẽtes docta dicta scyronis
Vitamq; ab omni uendicamus cura
Ite hinc camœnæ: nam nos quoq; limite sæuæ
Dulces camœnæ nam fatebimur uerum

Dulces fuistis:& amen meas chartas
Reuisitote:sed pudenter & raro
Socer beate nec tibi nec alteri
Generq; noctu impudicum caput
Tuq; nunc puella talis & tuo
Stupore pressa rus habitet mihi
Vt ille uersus usquequaq; pertinet
Gener socerq; perdidistis omnia
Scilicet hoc sine fraude uarro dulcissime dicam
Dispeream nisi me perdidit iste potus
Sin autem præcepta uetant me dicere:sane
Non dicam:sed me perdidit iste puer
Villula quæ scironis eras & pauper agelle
Verum illi domino tu quoq; diuitiæ
Me tibi & hoc una mecum quos semper amaui
Siquid de patria tristius audiero
Commendo primisq; patrem tu nunc eris illi
Mantua quod fuerat quodq; cremona prius
Pauca mihi niueo:sed non incognita phœbo
Pauca mihi docte dicite pegasides
Victoria est magni:magnum deus ecce trium
Victor qua terræ:quaq; patent maria
Horrida barbaricæ portans insignia pugnæ
Magnus & eneides usq; superbus eryx
Nec minus idcirco nostros expromere cantus
Maximus & sanctos dignus inire choros
Hæc itaq; insuetis iactor magis optime curis
Quid de te possim scribere:quid ue tibi
Nanq; fatebor enim quæ maxima deterrendi
Debuit hortandi maxima causa fuit
Pauca tua in nostras uenerunt carmina chartas
Carmina cum lingua tum sale cecropio
Carmina quæ pylium scælis accepta futuris
Carmina sed phylium uincere digna senem
Molliter huic uiridi patulæ sub tegmie quercus
Mœris pastores:& meliboœus erant
Dulcia iactantes alterno carmina uersu
Qualia trinacriæ doctus amat iuuenis
Certatim ornabant omnes heroida diuæ
Certatim diuæ munere queq; suo
Fœlicem ante alios tanto scriptore puellam
Alterno famam dixerit ipse prior
Non illa hesperidum ni munere capta fuisset
Quæ uolucrem cursu uicerat hypomantem
Candida cygneo non edita tyndaris ouo
Non supero fulgens cassipea polo
Non defensa diu multum certamine equorum
Optabant grauide quod sibi queq; manus
Sæpe animam proh qua pater impius hausit
Sæpe rubro similis sanguine fluxit humus
Raptato curru nimiumq; per æthera terræ
Immitti expectant fulmine & hymbre iouem
Non ocius raptum pelli liquere penates
Tarquini patrios filius atq; pater
Illo quo primum dominatus roma superbos
Mutauit placidis tempora consulibus
Multa nec immeritis donauit mater alumnis
Præmia messalis maxima publicolis
Nãquid ego immensi memorẽ studia ista laboris
Horrida quid duræ tempora militiæ
Castra foro solitis uerbi proponere castra
Tam procul hoc nato tam procul hoc patria
Immoderata patri iam sydera:iam colores
Sternere uel dura posse super silice
Sæpe trucem aduerso perlabens sydera pontum
Sæpe audendo mare & uincere sæpe hyemen
Sæpe etiam densos immittere corpus in hostes:
Communem belli non meminisse deum
Nunc celeres afros perituræ in milia gentis
Aurea nunc rapidi flumina adire tagi
Nunc aliam ex alia bellando quærere gentem
Vincere & oceani finibus ulterius
Non nostrum est inquam tãtas attingere laudes:
Quin ausim hoc etiam dicere uix hominum est
Ipsa hæc ipsa ferẽt rerum monumenta ꝑ orbẽ:
Ipsa etiam egregium facta decus parient
Hos ea quæ tecum finxerunt carmina diui
Cynthius & musæ bacchus.& egiale
Si laudem aspirem humilis sed adire sirenas:
Sic patrio graios.carmine adire sales
Possumus optatis plus iam procedimus ipsis
Hoc satis est:pingui nil mihi cum populo
Sabinus ille quem uidetis hospites
Ait fuisse multo celerrimus
Neq; ullus uolantis impetus eis
Nequisse præterire siue mantuam
Opus foret uolaret siue brixiam
Neq; hoc negat triphonis æmuli domus
Negare nobilem insulam ue ceruli
Vbi iste post sabinus ante quintio
Bidente dicit attondisse forcipe
Comata colla ne quis orion iugo
Premente dura uulnus ederet iuba
Cremona frigida & lutosa gallia
Tibi hæc fuisse & esse cognitissima
Ait sabinus ultima ex origine
Tua stetisse ultima in uoragine
Tuas in palude deposuisse sarcinas
Et inde tot per orbitosa milia
Iugum tulisse leua siue dextera
Strigare mulas siue utrumq; cœperat
Neq; ulla uota semitalibus deis
Tibi esse sancta propter hoc nouissimum
Paterna lora proximumq; pectinem
Sed hac prius fuere nunc eburnea
Sed eque sedes eque dedicat tibi
Gemellæ castor:& gemellæ castoris
Quis deus optauit te nobis abstulit:an quæ
Dicunt a nimio pocula dura mero
Vobiscum si est cupabilis sua quẽq; sequuntur
Facta qdem meriti crimen habent cyathi
Scripta qdem tua nos multum mirabimur
Raptum & romanam flebimus hystoriam
Sed tu nullus eris:peruersi dicite manes
Nunc superesse patri quod fuit inuidia
Superbe noctu repuditum caput
Datur tibi puella quam petis datur

P.V.Maronis moretum

IAm nox hybernas bis quinque peregerat oras
Excubitorque diem cantu prædixerat ales

Simulus exigui cultor cum rusticus horti
Tristia uenturae metuens ieiunia lucis
Membra leuat uili sensim demissa grabato
Sollicitaq; manu tenebras explorat inertes
Vestigatq; secum: laesus quem deniq; sensit
Paruulus exusto remanebat stipite fumus
Et cinis obducte celabat lumina prunae
Admouet his p̄nam submissa fronte lucernam
Et producit acu stupas humore carentes
Excitat & crebris languentem flatibus ignem.
Tandem concepto tenebre fulgore recedunt
Oppositaq; manu lumen defendit ab aura
Et reserat clausa quae preuidet ostia clauis
Fusus erat terra frumenti pauper aceruus
Hinc sibi depromit quātum mēsura patebat:
Quae bis in octenas excurrit pondere libras.
Inde abit: assistitq; mole: paruaq; tabella
Quam fixam paries illos seruabat in usus
Lumina fida locat: geminos tunc ueste lacertos
Liberat & cinctus uillosae tegmine caprae
Peruerrit caudaq; cauum geminumq; molarum
Aduocat inde manus operi partitus utramq;
Leua ministerio dextra est intenta labori
Haec rotat assyduis gyris: & concitat orbem
Trita ceres silicum rapido decurrit ab ictu
Interdum fesse succedit leua sorori
Alternatq; uices: modo rustica carmina cantat:
Agrestiq; suum solatur uoce laborem
Interdum clamat cybalem: erat unica custos
Afra gens tota patriam testante figura
Torta comam: labroq; tumēs: & fusca colore
Pectora lata iacent mammis: compressior aluo
Cruribus exilis: spaciosa prodiga planta
Continuis rimis calcanea scissa rigebant
Hanc uocat: atq; arsura focis imponere ligna
Imperat. & flamma gelidos adolere liquores:
Sed postquā impleuit iustū uersatile finem
Transfert inde manu fusas in cribra farinas:
Et quatit: ac remanēt summo purgamina dorso
Subsidit syncera: forminibusq; loquat̄
Emendata ceras: leui tum protinus illam
Componit tabula: tepidas supingerit undas
Contrahit admixtas tum frondes: atq; farinas
Transuersat durata liquidoq; coactu
Interdum grumos spargit sale: iamq; subiactu
Leuat opus: palmisq; suum dilatat in orbem
Et notat impressis aequo discrimine quadris:
Infert inde foco: cybale mundauerat aptum
Ante locum testisq; tegens superaggerat ignes
Dumq; suas peragit uulcanus: uestaq; partes
Simulis in terra uacua non cessat in hora
Verum aliam sibi quaerit opem: neu sola palato
Si nō grata ceras: quas iungat cōparat escas
Non illi suspensa focis carnaria iuxta
Durati sale terga suis: truncisq; uacabant
Traiectus medium sparto: sed caseus orbem
Et uetus astricti fascis pendebat anethi
Ergo aliam mollit opem sibi prouidus heros
Hortus erat iunctus casule: quē uimina pauca:
Et calamo redimita leui munibat arundo
Exiguus spatio: uariis: sed fertilis herbis
Non illi deerat: quod pauperis exigit usus
Interdum locuplex a paupere plura petebat:
Nec sumptus erat illud opus sed regula curae
Siquando uacuum casula pluuiae ue tenebant
Festa ue lux: si forte labor cessabat aratri
Horti opus illud erat: uarias disponere plātas
Horat: & occulte cōmittere semina terrae
Vicinosq; apte cura summittere riuos
Hic holus hic late fundētes brachia betae
Foecundisq; rumex: maluaeq; inuleq; uirebāt:
Hic cicer: & capiti nomen debentia porra
Sic etiam nocuum capiti gelidumq; papauer
Grataq; nobilium requies lactuca ciborum
Et grauis in latum dimissa cucurbita uentrem.
Verū hic non domini: quis. n. cōtractior illo
Sed populi prouentus erat: noctisq; diebus
Venales holerum fasces portabat in urbem.
Inde domum ceruice leuis: grauis aere redibat:
Vix unquam urbani comitatus merce marcelli
Cepa rubēs sectiq; famem domat aera porri:
Quaeq; trahunt acri uultus nasturcia morsu
Intibaq; & uenerem reuocans eruca morantem
Tunc quoq; tale aliqd meditās intrauerat hortū.
Ac primū leuiter digitis tellure refossa
Quatuor educit cū spicis alia fibris.
Inde comas apii graciles: rutamq; rigentem
Vellit: & exiguo coriandra trementina filo.
Haec ubi collegit: laetum consedit ad ignem:
Et clara famulam poscit mortaria uoce
Singula tum capitum numeroso cortice nudat
Et summis spolia coriis: tentaq; passim
Spgit humi: atq; adicit seruatū gramīe bulbū:
Tingis aqua lapidisq; cauū demittit in orbem:
Hic salis inspargitq; micas: sale diuus adusto
Caseus adicitur: dictas super inserit herbas.
Et leua uestem setosa sub inguina fulcit.
Dextera pistillo primum fragrantia mollit
Allia: tum pariter mixto terit omnia succo:
Et manus in gyrum: paulatim singula uires
Deperdunt proprias: color ē e pluribus unus.
Nec totus uiris: quia lactea frustra repugnant.
Nec de lacte nitens: quia tot uariat̄ ab herbis
Saepe uiti nares acer iaculatur apertas
Spiritus: & summo damnat sua prandia uultu.
Saepe manu summa lachrymantia lumia tergit.
Immeritoq; furens dicit conuitia fumo.
Procedebat opus: non iam salebrosus ut ante
Sed grauior lentus ibat pistillus in orbes.
Ergo palladii guttas instillat oliui
Exiguiq; super u res infundit aceti:
Atq; iterū cōmiscet opus. mixtūq; retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit: inq; globum distātia cōtrahit unum
Constet ut effecti species: nomenq; moreti.
Exuit interea cybale quoq; sedula panem:
Quem recipit lotis manibus: pulsoq; timore
Hinc famis: inq; diem securus simulus illam
Ambit crura ocreis paribus: tectusq; galero
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos
Atq; agit in segetes: & terrae condit aratrum.

Laus Omnipotenti Deo.

Tabula librorum qui in hoc uolumine continentur.

P.V.Maronis uita.	Virgilius.
P.V.M.bucolicoꝝ liber cū Seruii grāmatici cōmentariis nec nō & Christophori landini	Tytire.
P.V.Marōis georgicon libri quattuor cū Seruio eius interprete Christophoroq̧ lādino	Quid faciat
P.V.Maronis æneidos libri duodecim cū Seruii grāmatici:& Donati atq̧ Christophori landini interpretationibus	Arma uirū
Alcini uersus	De numero
Cornelii galli uersus	Tēporibus
P.V.Maronis hortulus	Adeste.
P.V.Maronis de uino & uenere	Nec
P.V.Maronis de liuore	Liuor
P.V.Maronis de cantu sirenarum	Sirenas
P.V.Maronis eiusdem	Clarus.
P.V.Maronis de fortuna	Fortuna.
P.V.Maronis de Orpheo	Threicius.
P.V.Maronis de seipso	Mellifluum.
P.V.Maronis de etatibus animalium	Per binos.
P.V.Maronis de ludo	Sperne.
P.V.Maronis de erumnis Herculis	Prima.
Argumenta duodecim libroꝝ æneidos	Aeolus.
P.V.Maronis de musarum inuentis	Clio.
Elegia in Mecœnatis obitu:quæ dicitur Virgilii cum non sit.	Defleram.
Epitaphia uirorum illustrium	Conditus.
P.V.Maronis de speculo	Redditur.
P.V.Maronis de Herculis laboribus	Compressit.
P.V.Maronis de littera.y.	Littera.
P.V.Maronis de cælestibus signis	Primus.
Versus Ouidii	Qualis.
Summa uirgilianæ narratiōis in tribus operibus.Bucolicis:georgicis:& æneide	Pastorum
P.V.Marōis sup libris duodecim æneidos	Solus
P.V.Maronis priapeia	Carminis
P.V.M.coppa cū Domitii cōmētariis	Coppa
P.V.Maronis est & non	Est & non.
P.V.Maronis uir bonus	Vir bonus
P.V.Ma.de rosis Domitio interpte	Ver erat.
P.V.M.culex cū Domitii expositiōe	Lusimus.
P.V.M.diræ cū Domitii interptatiōe.	Battare.
P.V.Maronis æthna:quæ a quibusdam Cornelio tribuit:quod opus Domitius exposuit.	Aethna mihi
P.V.Maronis cyris.	Et si me.
P.V.Maronis catalecton.	Vere rosa.
P.V.Maronis moretum.	Iam nox.

FINIS.

Impressū Venetiis p Bertolameū de Zāis de portesio.Sub anno domini.M.cccc.lxxxxi.die secūdo decēbris.

Registrum

a
prima alba
Christophori
uniuersa
Habebis
b
Tytire tu
tatem
Hinc
Aristo.
c
Teq̧
Aspice
in aram
Que tibi
d
nihil mihi
carminibus
terram
Pierides
e
Nec tibi
imparat
se esse
CHRI.
f
SER.
est sacrificium
si resonabunt
Sin ortu
g
marmore
est sericum
reliquit

eis sine
h
Agricolæ
phi filio
Ipse dies
dicuntur
i
Quam magis
Fermento
Vere madent
porcorum
k
Educunt
Tristior
Hoc geritur
Germanæ
l
bus Ergo
Carthago
ut Salu.
Cum rapidus
m
DONA.
bus &
esse laborātibus
Spemq̧
n
facto
Crudelis
pondet
SER.
o
Non metus
rogat.

multis
Bacchatum
p
CHRI.
Dona
fatebor
Mittimus
q
lopedis
bus a ciuitate
Festinate
sus dei
r
cordia
Nec prius
sunt
SER.
f
Magna
& propter
Et patrio
DONA.
t
militudinem
ti non
Humentemq̧
aspectus
u
dorem
Murorum
CHRI.
ua:ut
x
Cernenti

Pli.Gusus
Ipsa mola
tum sentiebat
y
tō.Helimus
ioco dixit
Persi.
Obnixi
z
Extremus
SER.
Auxilioq̧
tionem
&
apud
Vnum
Idem
Sed non
ɔ
Irruat:
Obruit
posse
Casta licet
ꝝ
Infœlix
SER.
rea polutæ
Quas ego
A
obliuiscendū
Vel ut
Et quo
solis
B

sedem
Immanem
cupiditate
Consilium
C
Quique
Massica
Tam magis
Auxilia
D
minores
Composuit
Hinc ad
Dum aliquos
E
diuisus
Feruere
Rerum:
Prospiciunt
F
Tercentum
Nec potuit
Aut tu
si per singulas
G
Maiestati
dera:qua
Assaraciq̧
Vna toruus
H
Illecapit
Siluicollæ
quæ non
at in tanto

I
celeritatem
Et uia
Tertia
Sydus:&
K
decet
dulces
destrem
gni dextra
L
Circunstant
Tirrhenusq̧
Et pater
Agminis
M
Ecce autem
Aeneas
Apparent
Tangere
N
Et riget
Obscenas
Curatum
Mentula
O
Quæ lacerāt
Argutis
Ocia
Reddidit
P
Illic
Et si
Omnia
Turbidamq̧

